

MARCI VIGERII SAONEN SIS SAN · MARIAE TRANS TIBE. PRAESBI. CAR. SENO GALLIEN · DECACHORDVM CHRISTIANVM IVLIO · II · PONT · MAX · DICATVM ·



Capita primi libri.

Capita secundi libri.

Capita tertii libri.

Capita quarti libri:

Capita Quinti libri.

Capita sexti libri.

Capita septimi libri.

Capita decimi libri.

Marci Vigerii Saonensis Sanctæ Mariæ Transtyberim Præsbyteri Cardinalis Senogalliensis in Decachordum Christianū/ad Iuliū.ii.Pōt.Max.

Præfatio.

d Ecachordum christianū Beatissime pater tibi potissimum dedicare debui/nō solum quia Christi locum tenes inter homines/ & canticorū christianorum ubiq̧ gentium primus modulator existis. Sed etiam quia de feracissima doctrinarū sylua Sixti quarti pont. max. patrui tui/præceptoris & pr̄is mei optimi ligna concidi: ac de ipsius Sixti uirtutum officina securim accepi: qua ligna conciderem: & instrumenta quibus ea dolarem/inflecterem/componerē/atq̧ in psalterii decē chordarum formam adducerem/ab eo mihi porrecta sunt: tāto optimi pceptoris studio/ut non tam discipulū q̄ filium ad diuinā philosophiā uideretur instruere. Tu quoq̧ pr̄ sancte quod patruus tuus in me plātauerat: crescere & tua munificentia fructum afferre fecisti. Nam cū primū inter christianæ religionis cardines assumptus es/me egenum & uilibus indutum uestimētis/decētioribus induisti/indicans qualem me de proximo reddi/& in quo ordine constitui tua opera uelles. Paulo.n.post cū ex prima ad regem gallorum legatione re bene gesta rediisses: primo sacrosenatu reāte habito te auctore Sixtus me Senogalliēsi ecclesiæ episcopum præfecit: unde mihi facultates ad theologiæ studia prosequenda abūde suppeditatæ sunt. Omitto publica munera/quibus postea me sæpissime decorasti. Hoc unū tacere nō possum q̧ ubi patrui locum/idest Pon.max. quartus ab illo assecutus es/mox arcis Sācti angeli de urbe custodiæ me præfectum esse uoluisti. Existimo ut cōmodius opi incœpto insisterē/& meis me studiis.i.disciplinis a Sixto acceptis copiosius īstruerem. Et nūc pr̄ sancte q̧ opi finem imposui me sacrosanctis Cardinibus ecclesiæ christianæ tua sola clemētia & in me profusa beneficētia ascripsisti. Quod quid aliud fuit q̄ laboribus & studiis meis in Decachordi huius fabrica congestis grām simul & auctoritatē contribuere? Accipe igit̄ beatissime pr̄ de fructibus plantulæ/quā plantauit patruus tuus Sixtus Ponti.Max. tu Cardinalis irrigasti/& Ponti.Max. ita auxisti/ut professio mea plus ab homine sperare nō possit. Verum quia meritis de me tuis/ tuiq̧ animi splendore fructus tenuitatis meæ digni esse nō possunt: tua Iulia clementia dignos facias supplico. Nā Iulius a quo tibi nomē ē parua sæpe munera/& aī grati pusilla indicia gratāter accepit & maxima existimauit. Et dn̄s Iesus Christus/cuius officio inter hoīes amplissime fungeris duo æra minuta in Gazofilatiū dn̄i a paupere uidua missa/deo nō minus grata fuisse confirmat: q̄ auri talenta oblata per diuites.

Eiusdem ad Lectores præfatio.

Deus canticum nouum cãtabo tibi in psalterio Decachordo psallã tibi. Cantandi ratio: quæ uno nomine musica nuncupatur: parium: disparium uocũ: aut sonorũ in unum concentũ est aggregatio: & quasi cõspiratio unio ue perfecta: unde & numerus sonorus dicta est. Q ñ multorum hominũ uocibus: aut instrumẽtorum sonis: his grauibus: illis acutis: aliis quasi mediis una conficitur melodia: singulis quos complectit̃ sonis: aut uocibus: auditu lõge suauior: ueluti si multa aromata in unũ condimentũ adducta sint: illud singulorũ quidem odorẽ: & saporẽ acutius sentiẽtibus redolet: singulis uero olfatu: gustu ue suauius. Sed quale est canticũ hoc nouum/quod nos cantare/quale ue Decachordum/in quo nos cantare Dauit rex talis ac tantus inuitat? Canticum nouum est canticum gratiæ noui testamenti: cuius inter incunabula angelus grãm præfatus est/dum Virginem salutans dicere incœpit. Aue gratia plena. Decachordũ psalterium est decem festi dies/quos Christiana religio ad gratiarum actiones de redẽptionis beneficio/suo redemptori accuratius habendas domino Iesu Christo quot annis imperpetuum consecrauit. Et profecto quemadmodum per decem harmonicas chordas in unum certa ratione collectas per Decachordum/psalterium infinitarum pene melodiarum concentus exprimitur: ita per decem dies saluatoris nostri recensendis magnalibus solemnius dedicatos Christiana mens conditoris & redemptoris sui surgit ad laudes/& de inumeris eius beneficiis per denarium festorum dierum numerum gratias agit. In hoc igitur Decachordo psalterio. deo nostro nouũ canticum psallituri chordarum ĩprimis nomina teneamus: deinceps singularum cõcentum & rationẽ eminentissimam/saluberrimam & iocundissimam agnoscamus. Annunciatio siue ut apertius christiane dicam incarnatio filii dei ex Virgine nasciturí in humana substãtia/hoc nostro/immo regali prophetico/ac sacrosanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ Decachordo primæ chordæ obtinet rationem. Natiuitas secundæ. Tertiæ circuncisio. Epiphania quartæ. Q uintæ præsentatio. Sextæ palmarum solemnitas. Septimæ passionis dies. Resurectio domini Iesu sonoram facit octauã. Ascensionis eius gloria sentitur in nona. Decimam perficit exuberãtia gratiarum/qbus apostoli ditati sunt die penthecostes. Q uando in linguis igneis super eos spiritus sanctus aduenienѕ mentes eorum flamma ardentissimæ charitatis accendit. Linguas uero inaudita ditauit eloquentia. Vnde in fines orbis terræ eorum uerba processerũt: & Decachordi psalterii de quo agere

intendimus

intendimus ſonus omni melodia delectabilior per eos in omnẽ terram auditus eſt. Nemo iam ſpero admirabitur ꝙ lucubrationes has meas decem chriſtianæ religionis diebus feſtis ſolẽnioribus decantandis accommodatas Decachordum chriſtianum inſcripſerim. Nihil enim niſi decẽ chordas Chriſtiani pſalterii ſcribens pulſo: & cõcinendas aut dum concinuntur audiendas trado. Si quid uero de philoſophorum riuulis ad hæc adductum inueneris lector: ad concentum & melodiã noſtri: quin potius regii prophetici & Chriſtiani Decachordi adductũ accipe quæſo. Quod ſi minus efficaciter minus ue decẽter effeci: ueniam præſta. Vincitur enim omnis ſermo rerum multitudine: magnitudine & eminẽtia: quæ per hoc ipſum Decachordum pſalterium reſonant in eccleſia ſãctorum. Iubilo propterea in hoc mirifico inſtrumento deo meo in timore & cum tremore cano q̃ maximo quia me indignum pſaltem & cantorẽ raucum agnoſco. Et non ut re dignum tanta aliquid efficiam ſed ut ad melius concinendum poſteri aſſurgãt utcunq; ualeo pulſo. Iam primũ a me pulſatæ chordæ ſonum ſuauiſſimum & ſalutiferum attendite: & deinceps aliarum: ita enim uim uigorem & concentum earum ſuauiſſimum: nobiſq; utiliſſimum agnoſcetis.



DE ANNVNTIATIONE VIRGINIS PROLOGVS.

EXCELLENTEM LEGATIONIS GRAtiam: quam angelus ad Mariam missus: a salutatione cœpit exponere: nulla unq̃ lingua potuit pro minima parte recẽsere: nullũ ingeniũ assecutũ se fuisse potuit gloriari. Quis enim mundi cõplementũ/& integrũ ornamẽtum/ aut uerbis explicuisse/aut mẽte se penitus attigisse confidat? Cuius primordiorũ uel minutissimas particulas philosophi q̃tũlibet ingeniosi & studiis indagandarũ naturæ rerum intentissimi: certa rõne assequi non potuerũt. Socrates cũ per omnem uitam rerũ scientiæ incubuisset/se hoc unum scire professus est: nihil scire. Plato ad pticularia descendentibus describenda: silentium indixit: quia de illis quid certum afferri posset credidit ignorari. Aristoteles ultimas rerũ differentias nobis monstrauit ignotas: & ad sublimiora naturæ mysteria indagãda nos quasi talpas aut noctuas existimauit. Nõ agitur per hanc p̃stantissimam legationẽ de prima rerum mundi congerie/indigestaq; mole aggreganda: nõ de suarum partium discretiõe: nõ de earũ ad certos numeros/mensuras/ponderaq; conuentu: ad quæ plene dignoscenda nullum adhuc puenit ingenium. Et si forte q̃spiam horum se notitiã assecutum fuisse existimauit/nemo certe inuentus est hactenus/qui se cogitare posse p̃sumpserit: qũo fabricator mundi deus ille optimus maximus: quo maius aut magis cogitari nõ potest: qui sine tẽpore semper fuit: & eẽ nunq̃ incœpit/añ nouem supra nonaginta quadringentos ac mille annos sit factus homo: tot.n.nũc annorũ curricula reuoluuntur ab ea legatiõe fœlicissima/quam hodie celebramus: p quã filius dei deus uerus descendit in uterũ Virginis: cui ab angelo dictũ est. Aue &c. Ea certe legatione suam ultimam pfectiõẽ mundus accœpit: qñ architectus mundi dei filius/patris æterni sapiẽtiæ speculum/& imago/suo extremo opi se coniunxit. Nam quemadmodũ circulus tunc incipit esse pfectus/qñ lineæ qua concluditur initium iungitur extremo: ita creaturarũ series & uarietas impmutabilis/ac certus ordo quo creata omnia connectunť/& inuicem reuoluuntur (ut suam aliqñ ultimã perfectionem assequeretur) Erat consentaneũ primum increatum ue principium ultimæ creaturæ sociari. Dei igiť sapiẽtia: quæ obliquari nõ põt: ars cui nihil decidere: nihil adiici possibile est: quæ sibi ipsi est rectitudo pennis: uerbũ suum qď erat in principio: principiũ per quod facta sunt

omnia: homini qui teste Moyse oibus iã creatis formatus est: p hanc ipsam legationẽ sociauit/atq̧ cõiunxit: effecitq̧ ut idem deus ipse qui eẽt æternus: certo tpe cũ hoie de Virginis utero nasceret: deus simul & hõ: fieretq̧ principiũ finis: unde finis uniuersi principium reꝝ oium diceretur & eẽt. Omnes igit creaturas hanc ipsam quã colimus legationem decet maxime uenerari: qñ oẽs suam pfectionem inde fuerunt consecutæ.
B Sed pter cæteras angeli & homines eam maximo studio colere debent: qñ præter uniuersi pfectiõem: specialia & ꝓpria munera/& amplissima quidem per hanc obtinuerunt. Angeloꝝ numerus: qui fuerat minutus inde suppetias accæpit: homo qui ex toto perierat: repatus est: & restitutus in itegrum: euasit in melius. Nempe q antea amicus dei per iustitiã originalem fuerat institutus: & se sua culpa eo munere spoliauerat: huius legationis bñficio pro innata iustitia grãm: pro amicitia adoptionẽ: & ius filii naturalis est assecutus a deo/qñ hominis filius/dei filius est factus. Maius adhuc munus audite quæso & cognoscite quemadmodum plusq̃ maximũ honoris gradũ huius annũciationis: huius legationis fauore/quam colimus assecutus est homo. Deum genuit a quo fuerat ipse creatus. Fuit hodie certe uirgo Maria mr filii dei effecta: q deus ẽ uerus. Audi qd illi ãgelus dicat. Hic/hic inq̃ filiꝰ ex te nasciturus/erit magnus & filius altissimi uocabitur. Non falso: neq̧.n.te decet o Gabriel studio adulationis eẽ mentitum. Vocabit uere/quia erit ab æterno filius dei altissimi: qui humillimæ Virginis filius nascet in tpe. Ita hõ qui in mundi primordio paulo erat secundum naturam minoratus ab angelis: hac die secundum grãm deũ generat: & rex constituit angeloꝝ. In dño Iesu Christo/qui est splendor gloriæ & figura substantiæ dei: cui ab initio dixit pr. Filius meus es tu: ego hodie.i.in æternitate quæ semp pñs ẽ: hodieq̧ non cessans genui te. Ex sacratissima uero Virgine huius annũciatiõis quã colimus bñficio: genitus est hodie post elapsos annos quinq̧ milia centum ac nonaginta nouem a mundi creatione iuxta Bedæ supputationem. Vtranq̧ igitur genituram in hac annunciatione celebrandam rex & ꝓpheta decantans in cythara non imerito dixit. Tronus tuus
C deus in sæculum sæculi: secundũ æternam generationẽ: secundum tpaneam uero/Virga æqtatis uirga regni tui. De radice nẽpe Iessæ uirga æqtatis ac totius rectitudinis egressa est/de qua flos Christus ascẽdit: & fuit iustitia cingulum lumboꝝ eius: fidesq̧ cinctorium renũ eius qui pro salute totius humani generis crucẽ quasi impii sedem super humerũ portare non recusauit. Propter quod & deus exaltauit illum: & eo donauit nomine: quod est sup omne nomen. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœ-

ctatur cœlestium: terrestrium: & infernorum: & omnis lingua confiteatur ꝙ dn̄s Iesus Christus: cuius conceptus hodie initia celebramus: est in gloria dei patris. Huius igitur fœlicissimi primordii: huius cōplementi: huius legatiōis hoc loco decorē ĩprimis. Deīceps ordinē attēdite quæso.

De angelis in genere.

Onstat certe legatiōis decus dignitate nuncii: maiestate principis illū mittētis: eminētia ac gloria excipiētis: & causæ splendore: cuius gr̄a destinatur. Sit q̄tūlibet qui legat oratores magnus princeps & gloriosus: sit ĩmensus impio is ad quē mittit̄: q̄to cā dignior fuerit: nisi nūcius industria: nobilitate: auctoritateq; p̄polleat: decori legationis tm̄ semp erit detractū: q̄tum nuncio defuerit dignitatis. sit nūcius omni ex pte sublimis: nisi a magno sit principe destinatus: non erit legatio satis gloriosa. Sint ambo sublimes: si ad plebeū uel mediæ sortis principem legatio dirigat̄/non erit adhuc satis splēdida. Sint tres isti pro modulo p̄stantissimi/opus est adhuc cām eē præstantem: ne sit ridiculū tales & tantos principes: se ipsis: ac tam insigni oratore minus digna tractare. Ita q̄tum his quatuor seu cuilibet ex his defuerit dignitatis/tm̄ cōstabit legationem minus eē existimādam. At legatio quam ueneramur/quatuor hæc habet omni splēdore decora: quæ euangelista narrante & a nuncii dignitate incipiēte pdiscite. Missus est Gabriel angelus/oī hoīe robusto robustior: omni ueloci uelocior: non auro: nō gēmis ornatus: sed ĩmarcessibili/& insepabili fœlicitate redimitus: quæ gēmæ cuiuslibet nitore: est longe splēdidior. Omni p̄terea sapiente hoīe sapiētior est: callet non ciuilia/non pontificia iura tm̄: non moralem philosophiā/non sermocinalē/non naturalē/nō n̄ras quas dicimus artes liberales: nō Theologiā hāc n̄ram: cui si fides desit: nihil iam cōstat/ut nos tenet: nouit oīa quæ cōtinet mundus: nō aliquo creato maḡro docēte: sed ipso creatore sciētias oēs/illi ab initio tribuente: & in suæ sapiētiæ infallibilis speculo particulariū ueritates ita mōstrante/ut iā de illis dubitare uel incertus eē nō possit. Vide q̄ sit hic nūcius bōis naturæ uenerādus: nullo eget cibo/nulla domo/nulla ueste/nullo uehiculo/sua mens innixa deo: sibi hæc oīa p̄stat: ægrotare nō pōt: fallere nescit: nullæ tendiculæ: nullæ fraudes illū circūuenire sufficiunt: talis est secūdū naturā institutus: & a deo creatore taliter confirmatus: ut nullo cōmodo indigeat unq̄: nulla molestia illū uel ex minima pte attingere ualeat. maior est ergo oī hoīe: nulla dignitas regia: nulla impatoria maiestas: nulla gloria pontificia illi poterit adæquari. Hi ꝓfecto oēs hominū ministri sunt egētes hoibus: qbus cū impare uident̄ inseruiūt uere: ambulant: armant̄: sudant p̄liantes: nusq̄

quiescunt in obsequium regni reges/& imperatores:occurrere nãq; hostibus semp illis est aĩo:& subditos cõseruare. Quid hoc ẽ aliud quæso q̃ hominibus inseruire? Pontifices regum & populi errata satagunt moderari:a uitiorum incitamentis:ad uiam uirtutis traducere:& in ea conseruare assidue student:populis ac principibus semp inuigilant:illorum grã(si recte fungant̃ officio)noctes ducũt in sõnes:sudant plerunq; nõ minus mente q̃ corpore:dum uiã dei in ueritate docẽt. Fac utrosq; principes dico/atq; põtifices a subditis deseri:qualis eorum erit infœlicitas? Omnium infœlicissimum est excidere regno ac gloria. Adde nunc fortunæ pericula:quæ hanc regni gloriã/& pontificiam auctoritatẽ semp uexant & conturbant:sæpe etiam subuertunt & in nihilum redigunt:cum maxime stare uident̃. Adiice subditoꝝ quibus reges & pontifices inseruiunt:ingratitudinem:qui bonitatẽ & clementiã principum semp deridẽt:seueritatẽ semp oderũt. Huius nuncii nõ est incũbere talibus officiis:angelus.i.dei minister & nũcius est. Et profecto(qm̃ seruire deo regnare ẽ)sunt plusq̃ reges:illi spũs fœlicitate plenissimi:q in sublimibus cœli ministeriis deo inseruiũt:sine labore:sine tedio:nõ ad principis aliquam comoditatẽ:cui nihil põt accedere cõmodi:sed ad ipsoꝝ lætitiã/gaudium & indicibilem cõmoditatẽ. Tanto igit̃ dignior secundũ naturam est nũcius/hodie ad sacrã Virginem missus omni rege(qm̃ in rege laudant̃ uires corporis/& animi dotes)q̃to est omni hoie robustior/agilior/uiuacior/prudentior/sapientior. Quanto minus falli põt:minus fallere ei opus est:q̃to præterea optabilius & dignius est deo principi sũmo optimo/maximo seruire:q̃ stolidæ plebis tractare negocia/atq; dirigere. Satis apparet nunciũ legationis huius quam hodie colimus:fuisse

G supra hoies omni dignitate redimitum. Meminerimus nũc illum inter beatos spũs fuisse dignissimum. Ita constabit dignitati nuncii hac in legatione nihil adiici potuisse:quod inter creaturas sit numeratũ. Dionysio areopagita magistro tres constat eẽ in angelis hierarchias.i.ordines sacros/& singulas tribus choris esse contentas:constat etiam singulos ordines & ordinũ choros simul & sigillatim angelos dici:& tñ secundũ choros oẽs ordines eoꝝ appropriata nomina sortitos eẽ. Vltimum uero chorum inferiorem solius angeli noie designari. Itaq; est angelus iuxta Dionysium nomen generis & naturæ cõis:dum oẽs sbæ sine corpore cõsistẽtes:intellectu & uoluntate cõstantes/christiano noie sunt angeli nuncupatæ. Est etiam quasi nomẽ speciei & naturæ particularis:qñ spirituum beatoꝝ chorum:cuius est dei decreta erga particulares & priuatos homines dirigere & moderari. idem Dionysius appellauit angelos nominum

penuria

penuria: uel potius humani ingenii tenuitate id faciente quæ tñ excusabilis est quoniã angeli supiores: hoꝝ officio quotiens deus iubeat funguntur. Ita qui nomen ab ope imposuit ordinibus angeloꝝ: nomẽ proprium illi ordini nõ dedit: cuius opus uidit omnibus eẽ cõmune. Esset hic opepretium hierarchiarum noĩa & ipsaꝝ per choros distributiones adducere: sed quoniã nos ad alia uocat solẽnitatis ratio: & cum de sãcti Michaelis apparitiõe tractabimus: huic rei locus erit accõmodatior. Persuasum nunc habeamus nouem ordines angelorum sic eẽ dispositos ut quemadmodum hierarchia supior natura & gratia præstantior est inferiori: ita ĩ qualibet Hierarchia chorus supior sit ĩferiori dignitate & muneris rõne præstantior. Adhuc in eodẽ choro hæc eadem ratio uigere credenda est. Sicut. n. euntibus ad ĩpfectum. i. magis accedentibus ad materiam: semp est maior impfectio: ita accedentibus magis ad formam & efficientem ac finientem causam: maior est perfectionis cumulus. H

De angelo Gabriele in specie.

a Ngelum qui missus est hodie ad sãctam Virginẽ de sublissima hierarchia duabus eminẽte: & sublimiori huius hierarchiæ choro: sui uero chori spũm eminentissimum fuisse: nunc si potero uobis rõne monstrabo. Q ui ruinæ humani generis dedit initium: fuit ꝓculdubio oĩum dæmonum pessimus: draco ille magnus quo duce ad uersus pietatẽ factum erat paulo añ ꝓlium magnũ in cœlo. Nam qui ruinæ angeloꝝ p id ꝓlium cãm dederat / & sui sibiq; adhærentiũ loco / hoĩes sufficiendos uidebat: conatus est inde totis uiribus hoĩem deturbare: unde ipse fuerat ꝓfligatus. Est certe peculiare inuidiæ ꝓpositum: bono quod amiserit neminẽ uelle potiri: malleq; nõ eẽ: q̃ alicuius unq̃ cedere usui. Vt igit̃ ruinæ hoĩs instauratio rñderet / cõsentaneum fuit optimũ angelum: opus repationis mulieri psuadere: nisi crediderimus sanctoꝝ angeloꝝ charitatem erga hoĩes minus ardere: q̃ cõtra nos ardeat dæmonum inuidia: nisi etiam psuasum habuerimus excellentissimum oĩum angelorũ: sui collegii repationẽ quæsiuisse frigidius: q̃ pessimus dæmonũ illã ardentius ꝓhibere conatus sit. Q uãto ꝑterea opus est factu difficilius: tanto copiosiora & grauiora testimonia ad eius psuadendã possibilitatẽ oportet adhiberi. Huius porro legatiõis opus / oẽm excedit creaturæ uirtutẽ: estq; creditu longe facilius mundum esse creatũ: q̃ creatorẽ mundi tenuem fieri creaturã. Debuit igitur sublimissimæ creaturæ testimonio astrui. Adiice ꝙ si gratiam examiamus / nulla unq̃ gr̃a maior apparuit: q̃ deũ in utero fœminæ hoĩem fieri: maxime uero gr̃æ nuncius qs esse põt accõmodatior q̃ creatura gtissima gr̃am facienti? Nulla aũt tũc deo erat I K

gratior creatura:q̄ oīum angelorum eminentissimus: quare illū decuit hāc grām nunciare. Et adhuc media tāto extremis oportet eē uiciniora: q̄to illa ab inuicē magis distāt. Deus & hō extrema / legatiōe iūgenda / maxie distant. Nihil aūt est deo ꝓpinquius secūdū naturā optimo angelo qui Christo dn̄o erat ꝓpinqssimus mox futurus scdm grām. In noīe nanq; dn̄i Iesu oē genu flectēdum erat. Ipseq; Iesus ascēsurus erat in gloriā dei pr̄is: & eius humanitati inter oēs angelos eminētissimus ꝓpinquior esse debebat. Excellētissimæ quoq; charitatis opus quis rectius potuit nūciare? quo ministro cōpleri decuit magis / q̄ creatura sup oēs quæ tunc erāt charitate plenissima? Supremus tertiæ hierarchiæ angelorum chorus charitate a Dionysio areopagita ꝑpollere monstrat': & inter illos excellentissimus / ea altius flagrare credēdus est. Huius uero legatiōis effectus a charitate erat: q paré hr̄e nō pōt: ergo eius nunciū decuit eē angelū tertiæ hierarchiæ oībus sui chori spiritibus eminentē. Qui ꝑter hæc pacem cōponere studēt: & principis iniuriā resarcir': q̄to dissidiū diutius ꝑdurauit / & acrius incruduit / ꝑtibus magis affectos solēt adhibere ministros. Huius legationis finis est dei gloriā secundū q̄ in creaturis elucere dignoscit' in cœlo & in terra restituere & resarcire pacē inter deum & hoīes: īter angelos itē & hoīes componere: cuius rei inditium est manifestū q̄ nascente dn̄o Iesu Christo sancti angeli cantauerūt. Gloria inexcelsis deo: & ī terra pax hoībus bonæ uolūtatis. Quis dei gloriæ studiosior est: q̄ seraphin princeps? Quis sanctos angelos? q̄s hoīes maiori amore ꝓsequit' q̄ ille angelus qui primus est inter amantes ardētissime? Hunc igit' consentaneum est huic legationi fuisse destinatū. Nuncium ēt in re omniū maxime insolita & inaudita decet partibus maxime eē domesticum: ut rei nouitatē releuet familiaritas mediatoris. Huius annūciationis opus: nouū est & isolitum illud qd' fecit dn̄s super terram. Fœmina nempe in ea circūdedit uirum. Spūs aūt in eminentissimo choro angelorum supeminens deo est familiariter pro nr̄o intelligendi modulo cōiunctissimus: hic ēt Virgini Mariæ (qd' nouerat dei sapientia) futurus erat ꝓpinquissimus: qm̄ exaltanda erat de ꝓximo sup omnes choros angelorum ad cœlestia regna / atq; filio suo sic socianda: ut statim post filiū posita in supremo angelorum choro eminētissimo illic angelo aṅiret: eētq; illi quasi collega gloriæ q post eam sup oēs creaturas diuio ardebat amore. Quare pro rōne ordinis: ut releuatio hominis ruinæ rn̄deret / pro studii paritate: ut sicut pessimus dæmonū suis obseq studens obfuit nobis / ita optimus angelorū suis cōsulēs nobis eēt auxilio: pro difficultate negocii: ut q̄to opus minus credibile / magisq; īpossibile uidebat' / nūcii aūctoritate fieri posse cō

ſtaret:pro grãe magnitudine:ut maximã grãm gratiſſimi miniſterio nũcii:non tñ genus humanum:ſed orbis terrarum uniuerſus aſſequeret̃:pro ex tremoque diſtantia:ut maxime inter ſe diſtãtia medio illis maxime pro pinquo adducerent̃ in unum/pro charitatis in opatione eminentia:ut ſummum charitatis effectũ chariſſima deo creatura nunciaret:pro finis intentione:ut opus annunciaret nuncius:qui eius fructum ardẽtiſſime expectaret:pro rei nouitate:ut rem inſolitam penitus maxime familiaris utrique parti aptius pertractaret. Conſentaneũ uidetur angelum hũc/qui ad Virginem miſſus eſt omniũ qui in cœlo ſunt beatorum ſpũum eſſe glorioſiſſimum. Hoc & ipſa nominis rõ mãifeſtat. Sonat enim Gabriel/ut Hieronymus ſcribit/uirtus mea deus:uel fortitudo dei:ſeu confortauit me deus:aut cõfortatio mea deus:quorum primum:tertiũ/& quartum:q̃ uis ſono uocis differant:re tñ conueniunt:qm̃ uirtutis eſt confortare:& confortationem ampliſſimã afferre uirtutem/uirtuoſus expitur in dies. Q uis ſibi quæſo rectius põt dicere deum afferre uirtutẽ:ꝗs ſe a deo uerius aſſerat confortatum:ꝗs dicat efficacius deum eẽ cõfortationẽ ſuã: q̃ ſpũs ille ſeraphicus:inter quem & deũ nullus eſt mediator: Certe hierarchicus ordo inter intelligentias maxime inde cõſtare dignoſcit̃/ꝙ inferiores dei munera per ſupiores recipiunt:& q̃to eſt angelus ſupior/tanto minus ab angelis/plus a deo illum conſtat accipe. Angelus igitur omnium eminentiſſimus:ab aliis angelis nihil aſſeqtur:deo illi p̃ſtante omnia:quare deum dicere ueriſſime poteſt uirtutem eẽ & confortationem ſuam:& per antonomaſiam ſe prædicare a deo præ omnibus ſuis participalibus confortatum. Q uod uero ſecũda interpretatione dicit Hieronymus Gabriel reſonare fortitudo dei/ſi recte intelligat̃/nõ ſic accipi poteſt/ut deus per illum fortior euadat:quoniam nullo extrinſeco fit deus melior. Dicit̃ ergo fortitudo dei:nõ quaſi forma qua deus ſit fortis:ſed quia dei fortitudo maxime demonſtrat̃:ſicut elegantiſſimum opus artificis pfectiſſimi:artis dr̃ & artificis uirtus:qa utriuſque uirtutẽ oñdit:non efficit/manifeſtat/non cauſat:ſed ab ipſo artifice effectũ eſt:& artis rõne cauſat̃. Porro cũ apud ueteres fortitudo generalis eẽt norma uirtutum: ut qui fortis habitus eẽt:omnes uirtutes cõplexus eſſe uideretur:nõ immerito Gabriel dr̃ fortitudo dei:qñ dei bñficentiſſima uirtus in illo maxime & puriſſime ſine alterius creaturæ admiculo cumulatiſſime declaratur. Itaque ſi nuncio q hanc ad legationẽ quam colimus exequẽdã miſſus eſt/ſui nominis rõ plene cõſtat:illum oportet oium angelorum fuiſſe excellentiſſimum:cum illi pfectiſſime ſit deus uirtus & confortatio:& per excellentiã ſit cõfortatus a deo/ſitque ipſe fortitudo dei:in quo.ſ.dei forti-

O
M

N

tudo & uirtus uniuersa maxime demonstratur. Hic igitur spūs q dei est summa (ut diximus) uirtus & confortatio: qui est dei fortitudo: cōfortatus a deo, in quo diuinæ fortitudinis uigor sine intermedio amplissime splendet: huius legationis nūcius & orator eē debuit: quæ ad uniuersi uirtutem pficiendam: ad angelorum & hominum confortationem & fortitudinem instaurandam destinata est. Et de nuncii dignitate dixerimus hactenus: qui ingressus ad Virginem dixit. Aue &c.

De deo.

O e Ius qui hunc excellentissimū nuncium destinauit: gloriā si possumus iam inspiciamus. Missus est angelus. Gabriel a deo. A rege? Minime: sed ab eo, qui terribilis ē apud reges terræ: regibus præsidente: cui non tm̄ homines: sed etiā angeli seruiūt. A pontifice maximo? adhuc minus: hic sacerdos corruptibilis ē: circūdatus infirmitate: q quemadmodū pro populo: ita pro se ipso offerat dona & sacrificia p peccatis: qui licet ipatoribus bn̄dicat: id agit ut uicarius: non ut primus. Præsidet papa in ecclesia militāti ut uicarius: deus est cuius gerit uices: q ecclesiā militantē qn̄qꝫ fluctuare pmittit: triūphantē sine turbie: sine fluctu: sine mentis angustia: sūma eum tranqllitate: & bonoꝝ oium affluētia moderat?: falli pōt: falliturqꝫ sæpe papa. Deus neqꝫ falli: neqꝫ frustrari uisus est unq̄. Si regum legatiões pro regni amplitudine celebres sunt, si impatoꝝ legationes pro auctoritatis maiestate regiis pferuntur, si papæ legationes oīum pstantissimæ pro sanctitatis opinione, proqꝫ fauore religionis. Deus regnat p uniuersum terraꝝ orbē: eius impio subiecta sūt subterranea: terrestria: atqꝫ cœlestia: sanctus ē sanctoꝝ: & totius religiōis pmanens, & nunq̄ defecturus princeps: quare si mittentē inspicias: eius

P legationē oīum uidebis excellentissimam. Vis adhuc scire q̄tus sit deus? cogita quid sit. Deus est ex nominis significatione actu semper operās: ignis ue cōburens. Hinc dn̄s Iesus Christus dixit. Ignem ueni mittere in terram: & qd uolo nisi ut ardeat? Quod uero se facturū dixerat: manifestissime cōpleuit: qn̄ discipulis oībus cōgregatis in unum apparuerūt paulo post ascensionē dispartitæ linguæ tanq̄ ignis, seditqꝫ supra singulos eoꝝ: & repleti sunt spū. s. Sed redeamus un̄ discessimus. Deus & actu opans idē sonant: sed qd operat? Bonū. Bona etenim arbor nō pōt malos fructus facere: neqꝫ a bōa cā malus unq̄ surgit effectus. Optimi certe est optima adducere: optimorū uero oīum est deus condimentū: quare opationes & opa dei optima eē negare nō possumus. Hinc ē qꝫ Moyses deo plenus dixit. Vidit deus cūcta quæ fecerat: & erāt ualde bōa. Si quæris qn̄ opatur? Rn̄deo. Semp. Non opatur hodie aut cras: quia nō habet

cras neqꝫ

cras neq heri: cui semp est hodie: semp nunc. Deus igit᷑ qui est supra tẽpus: & sine tpe: qui est ante sæcula: qui æternus est. Si qd/imo quicquid opatur: nunq̃ desinit opari: & licet opata ptranseant: licet creaturæ uariẽtur: deus tñ inuariabilis est: sicut apte monstrabimus in sermone penthecostes de spũs sancti missione tractantes. Non qescit deus qa fatigari nõ põt. Labor. n. nascit᷑ uel a debilitate uirtutis/uel a resistẽtia rei circa quã operando uersatur. Dei uirtus est robustissima: immẽsiq uigoris: illi resistere non sufficit aliqua creatura: immo neq omnes simul. Deus non dormit quia sensu caret corporeo: cuius est soporem excipere. Homo diuertitur ab opere: ut cibum sumat: p se ipsum durat deus: utpote cui nihil decidere põt: nihil per cibationem addi necesse est: ab uno opere per aliud & ꝓpter aliud non distrahit᷑: non detinetur: quo minus opa una/unoq opandi contextu simul operet᷑ uniuersa: qm̃ uirtus eius infinita finiri aliquo finito ope nõ põt. Ista est igitur plena dei nominis rõ: actu uno pfectissimo: infinitoq semper opans: nunq̃ cessans: operans autem bonum immo optimum: ubiq gẽtium: ubiq terraꝝ/& in oibus rebus.

De operatione dei.

Ed qũo uerũ erit qd᷑ dixit Moyses? Reqeuit deus die septimo: si semper opatur? Q ũo etiã ueꝝ erit qd᷑ ueritas dicit? Pr̃ meus usq modo operat᷑ & ego operor. Nõ. n. usq modo opari quẽpiam dixeris: q nunq̃ cessat ab ope. Q ñ dicit Moyses. Cõpleuitq deus die septimo opus suũ: non debet intelligi hoc septimo die aliqd creaturarum pfectiõem complẽs deum addidisse creatis. Oĩa. n. sex diebus ad pfectum adducta fuisse: eodẽ Moyse paulo añ scribẽte docemur. Cõplere ergo deũ die septĩo opus suũ: est illũ creaturis die septĩo nihil adiicere amplius: ut Moyses ipse declarat: ut liqueat qualis a se sit pfectio: die septimo de rebus ꝑdicata creatis: qualis etiã reqes creatoris ea die fuerit: ne sit in ambiguo: ab uniuerso ope qd᷑ patrarat tandem illũ reqeuisse commemorat. Si igit᷑ cessare a patrato ope est reqes patratoris. Si hæc requies est res patratas esse pfectas: satis constat rerum pfectionem quam scribit Moyses: die septimo factam: non eẽ aliud q̃ rebus creatis nihil amplius ea die uel in posterum superadduci. Cum autem ad omnes creaturas efficiendas & conseruandas sit una operatio: ac ita una: q plures esse oĩno non possint (ut oñdemus temporaneam spũs sancti missionẽ in sermone penthecostes declarãdo) eadẽ opatione illum cõseruare qua ꝓducit necesse est. Non cessat aũt conseruare: ergo opari non cessat. Cessat tamẽ operatio sup aliquod transire: in quo prius uersata est. Veluti ignis feruere faciens aquam: & in feruore cõseruans ubi iam feruere incœperit.

Q uiescit.i.cessat calorem immittere.Q m̃ illã ampliorem cape nõ suf ficit.Non desinit aũt idem ignis calidã feruentemq; aquam p̃stare cõti nue & tñ una actio est/quæ calorẽ inducit:& cõseruat inductũ.Sic & pa leam aquæ feruenti im̃ersam calefacit ignis/nõ noua opa sed iam pacta/ dum per feruorẽ quẽ aquæ supinduxit/paleam calefacit.Ita per omnia deus reqeuit.i.destitit die septimo nouam p̃fectionẽ creaturis inducere: quia tm̃ dederat die sexta:q̃tum illæ cape poterant.Non reqeuit tributã cõseruare:qa sicut aqua ab igne remota mox deferuet:breuiq; calorem amittit:& redit ad pristinam sociã sibi frigiditatem/ita si a dei conserua tiõe dimoueatur creatura:mox feruorẽ & calorẽ.i.oẽm p̃fectionẽ amit tit:& in nihilũ uel in confusam materiã de qua sumpta est:uertit̃. Si qs item in speculo aspiciat continue:& interim in eo nouæ p̃ñtentur ima gines/priores abscedant:desinet uidere priores quæ abierũt:nouas quæ sup inductæ sunt uidere ĩcipiet:rursus priores uidebit mutatas:si illæ re manentes uarient̃:neq; alium siue nouum actum uidendi suscipiet.Ita opatio diuina nõ transit/non cessat/aut incipit. Transeũt aũt creata oĩa: cessant:& incipiunt:quæ eius essentiæ & opationi p̃ñtantur & compan tur sub ẽa fluxus rõne qua imagines lucent in speculo:qđ mutatis ima ginibus non mutatur.Reqeuit ergo deus ab opere die septimo:qñ eius operatio super nouas rerum sp̃ẽs:non transiuit ut fierent. Permansit in ope:qñ creaturas conseruare non desiit:qñ per sp̃ẽs iam creatas illas ua riauit:uariatq; quottidie:eadem penitus opatione qua cuncta creauit. Hoc eodem sensu opus est ĩtelligi:quod dixit dominus Iesus Christus. Pater meus operatur usq; modo & ego opor.Non sic enim dicit ut post modum non operentur.Q uoniã per incarnati uerbi mysterium opera bantur ambo cum sancto.s.humani generis redemptionem quãdiu uer bum erat inter homines homo passibilis.Deinde iam factæ redemptio nis conseruationem operari non cessant:q̃uis ultra non redimãt. Deus ergo sic requiescit ab opere:ut semp sit in ope:sic opatur usq; modo:ut postea nunq̃ desinat opari.Nunc quoniam principis excellentissimi est: añ omnia se p̃stare bñficium:hæc porro bñficentia ope maxime cõstat. Deus qui in oĩbus bona oĩa semp operat̃(sicut nomen eius importat) uere princeps oĩum excellentissimus est.Huius excellentiam alia quoq; ipsius nominis significatio manifestat:ignis nanq; cõsumẽs deus sonar̃ uidet̃:attestationibus Moyse legis latore sapientissimo:atq; Paulo legis emulatore & euãgelii p̃cone celeberrimo.Cessat ab ope terra multotiẽs: quæ semp torpet:nisi hoĩum cœli ue bñficio aliqd opari cogatur:ubi eã posueris:illic penitus ĩuenies immotam.Aqua quæ terra mobilior licet sit:tamen

sit:tamen & ipsa concluditur & ociatur & marcescit sæpe:nisi motus bñficio conseruetur. Aer facile mobilis est:non sine difficultate clauditur: clausus uero marcescere usq ad pestilentiam inferendam comptus est. Ignis nulla rõne quiescere põt:non marcescere:nõ cessare ab ope:aut.n. calefacit aut illuminat:aut ardet:aut cõsumit:aut simul hæc oia facit:cõcludi nõ põt diu: & certe illum facilius extingues q̃ diu includas:q̃to.n. magis tegit̃:tanto magis æstuat. Hic si sub cinere uel alia materia clausus extinguit̃:non sua natura:sed imbecillitate materiæ:cui fuerit sociatus id patit̃. Huius rei argumentũ ẽ:qđ in aliqua materia diutius/in aliqua breuius durat:cũ.n.utrobiq sit par ignis sba/nõ ẽ cur illa utrobiq pari mõ non duret/nisi q materiæ nõ sunt pares. Quare si igni materiã dederis:quæ illum ppetuo ferre sufficiat/nunq̃ extinctũ:nunq̃ ociosum inuenies. Hinc ego existimo ignem inferni extingui nõ posse: & cruciare ppetuo:qm̃ materia in qua ardet semp durat. Sed quorsum hæc? Ne deum ignẽ hunc imersum materiæ crederemus:qui materiæ defectu cõsumit̃. Vbi igit̃ dictũ est deũ eẽ ignẽ merito adiecit Moyses:adiecit Paulus apostolus consumentem:consumit qdem oĩa:se ipso penitus imutato. Certe sicut nulla res ẽ:quæ se ipsam gignat ut sit/ita nulla põt eẽ quæ se ipsam cõsumat oĩno. Deus ergo q ignis consumẽs p antonomasiã dr̃: a nullo consumit̃:non.n.cõsumitur ab eo qđ ipse cõsumit:neq ipse se cõsumit:qa incõsumptibilis est/semp idem pmanens: & oĩno se hñs ut prius:ppetua æternitate penitus imutabilis. Cũ ergo deus sit actu semp omnia in oĩbus bona & bene opans:sic in illis opatur/ut nullum entiũ aliqd operet̃ in illo. Consumit ergo oĩa:mutat & uersat:a nullo ullatenus cõmutatus:sic intelligendo deũ esse actu opantẽ ignemq consumẽtem apparebit ex parte q̃ magnus sit deus:qui Gabrielem angelũ mittit. T

De magnitudine dei.

Is scire melius q̃tus sit iste deus? Est quo maius cogitari nõ põt. V
u Quis est quæso qui oĩa cogitare sufficiat? Numera maris harenam:pluuiæ guttas:terræ puluerem:herbaꝝ folia:radicum põdera:arborum frondes:ramorum figuras:sint hæc minima scitu non digna. Numera terrestrium animaliũ effigies: & membroꝝ uarietates:numera pisciũ diuersitates:iuncturas: & squamas:numera auium formas: plumas & pennas. Sint hæc minus digna: & ad quæ intellectus hoĩs nolit intendere:numera stellas cœli suorũq motuum rõnes & põdera:numera hoĩum effigies:mores & cogitatus:numera si potes capillos:uillos minutias cõpagũ corpis tui:certe nõ potes. Actu opans deus:ignisq cõburẽs & cõsumens:oĩa numerat hæc:maior est ẽt oĩbus istis. Quid ita?

Quia omnium efficiens cā: & cuius gratia fiunt omnia: maior est effectu quocunq; semp: & melior. Actu opans: omnia hæc cõsumẽs ut libet ac uersans: illis est cā essendi: crescẽdi: stãdi: decrescẽdi: & deficiẽdi. Maior ergo est q̃ quiuis hominum cogitatiõe asseq possit: immo uero q̃ qlibet angelus cogitare sufficiat: neq; Gabriel ipse: qui a deo missus est hodie: cogitare põt ad integrũ magnitudinẽ dei. Q m̃ & ipse finitus: tãtas uarietates reꝝ q̃s attulimus numerare & certa rõne simul asseq nõ põt. Si uis exploratũ hr̃e q̃tus & qualis sit/q hodie Gabrielem ad Virginẽ misit: cogita q̃tũlibet magnũ q̃tũlibet bonũ potes: & dic deũ melius eẽ illo: nõ duplum aut quadruplum: sed in ĩfinitũ. Vt primũ uero modum aliquem statueris/certus esto: id longe minus eẽ q̃ deus. Est.n. deus ita magnus ꝙ eo maius ne dum cogitari: sed imaginari quidem non põt: omni aũt cogitato ab homine uel ab angelo idẽ ipse q cogitauit maius sufficit cogitare. Duplum.n. ac triplum: & per numeros quoslibet auctũ: cogitatæ a se rei põt (ut expimur) nostrum quisq; cogitare. Quare si deo maius cogitari non põt: deum nulla creatura poterit cogitare: ꝙ si forte ratione te aliqua aut modo existimas: deus qũo sit: qd sit: quantus/qualis ue sit agnouisse: falleris certe. Et ne ego te decepim fateor plane & affirmo nihil me dixisse: neq; ab aliquo posse dici: quid sit deus: uel quid dei magnitudinẽ aut bonitatem attingere possit. Ab illo plus distãt omnia: quæ eius declarandæ ĩmensitatis gr̃a attuli: q̃ omnes simul cogitare possimus. Fateor palã me plene deũ non cognoscere: & cognoscere non
X posse: certissime scio: & hoc unum habeo ꝑsuasum/intelligere nõ posse qd sit deus. Quo quæso modo scintilla tenuissima totius ignis ardorẽ in se poterit concludere? Certe quicqd mens capit/finẽ habet: & qcquid ego intelligo/hoc ego finio: atq; mentis meæ ambitu cõcludo. Deũ aũt q ĩfinitus ẽ: cuius magnitudo & uigor a nobis plus distat: q̃ totus ignis q in mũdo est a uagãte fauilla: qũo mẽte nr̃a (quæ lucis totius scintilla uix est) cape poterimus? Si caligant ad lumẽ solis huius corporei oculi corporis/Quo mentis oculi durare poterũt ad ignẽ illũ intellectualẽq; fulgorem: cuius est cuncta ꝑficere: atq; cõsumere? Persuasum igitur habeamus eũ qui hodie angelum Gabrielem misit ad Virginem/omniũ quæ excellentiam aliquam habent esse præstantissimum: quia maius eo intelligi non potest: immo magnum est quod intelligi iam non potest.

De amplitudine dei.

Y h Aec agnouit ille qui dixit. Deus est spera intellectualis cuius cẽtrum ubiq; est: & circũferẽtia nusq̃. Spera solidissima figura ẽ: sibiq; simillima sine angulis cõstans: cuius principiũ: medium: aut finẽ

aut finem assignare nullius: qm̄ uniformis ubiq; est: & partiū multitudine a se omnino nō discrepat. Deū igitur (si cui rei assimilari pōt) maxime speram .i. ad speræ similitudinē eē dicemus. Est .n. solidissimus: q stabilis in se manēs dat cūcta moueri: sibiq; simillimus semp/semper æqualis/qm̄ infinitus. Vnde ex distātibus siue differentibus integrari nō pōt. Sicut neq; spera quæ nō nisi conformi lineæ incuruatiōe cōsurgit. Nullos habet Deus angulos: nullas intersectiōes: nullas latebras: nullas umbras: qa est lux oīa illuminans: cuius oculis nuda sunt oīa & apta. Principiū in illo uñ sit nusq̄ agnoscit̄: nusq̄ finis/cuius sit grā/nisi sui: ante oīa tempora est: sine tpe: cum omni tpe durat: omnem cām añcedit: qa omnium est finis & facit omnia: sed & itellectualis est: & mole carens: penitus inextensus: intellectualis immo intellectus est: & itelligens semp. Est ergo deus spera: nō quæ linea aliqua geometrica cōstet: nō figura corporea: sed secūdum mentē. Spera est intellectualis qñ se ipsum a se ipso: per se ipsum intelligit: & omnia q̄tūcunq; & qūocunq; distantia in se ipso: a se ipso: & per se ipsū intelligit: uolēs se: se ipso: in se ipso: & ꝓpter se ipm ita uolens sicut intelligit. Ita qm̄ per intellectualem uirtutē in eo incipit in quo terminat: in eo terminat in quo incipit intelligere simul & uelle: quasi spera est rediens in se ipsum uno actu itelligendi atq; uolendi: nullibi tñ principiū habet uel finē essēdi aut opandi: qa ab infinito incipit: & in illud redit: sine principio & sine fine. Spa igit̄ intellectualis accommodatissime dictus est deus: q̄nquidem spera per unicā lineam complectur & in se redit: hic p unicam sbam: & unicā mentis opam: a substantia nō diuersam est pfectus & in se cuncta reducēs: dum cuncta uult ut itelligit. Vult inq̄ ut intelligit eē uolenda: intelligit ut uult ea eē intelligibilia: & illa talia fiūt dū creant̄ ab eo: talia pmanent ubi creata sunt: qualia intellecta ab illo uolitaq; fuerūt. Neq; .n. aliam eēndi formulā habet oīs mundus uel hr̄e pōt: q̄ dei artificis sapiētissimi infallibilis artis rō illi induxit & eē cōstituit. Sed hæc spera quam philosophus intellectualē magna rōne diffiniuit: maiori adhuc a spera corporea sepauit. Spera corporea centrū habet in medio positū: est .n. centrū indiuisibile quantitatis extremū speræ corporeæ: a quo omnes lineæ ductæ ad suæ speræ circūferētiam sunt æquales: quod esse non posset si punctum quod nomen cētri a geometris assecutū est/in medio æque distanti undiq; a circūferentia: nō maneret: quod in circulo hic figurato est facile oculis cernere: & manibus mensurare. Non sic hæc spera intellectualis: non habet cētrum in medio: sed ubiq;. Q uid ita? Q uoniā centrū minimū est in spa: adeoq; pausillū: ut nulla pars speræ dici merito possit: cū tñ sit in eius medio cō- Z

ſtitutum: & quicquid rerum creatarum ubiq; eſt ab hac intellectuali ſpera concluditur: qm̄ in illa ſecundū uirtutē: aut eminentiā continetur: & q̄uis ſit aliquid eius: ut centrū eſt aliquid in ſpera: pars tm̄ eius eſſe nō poteſt: ſicut centrū pars nō eſt ſperæ. Omnis etiā creatura deo compata tantundem diſtat ab eo: qm̄ cū ſingulæ finitæ ſint: deus uero penitus infinitus exiſtat: ab infinito oēs īfinite diſtare neceſſe eſt. Quæ autem ſingula uel ſimul oīa infinite diſtāt ab aliquo/æque diſtare ab illo neceſſe ē: niſi infinitas diſtātias: has maiores has ue minores exſtimauerimus. Quare rectiſſime dictū eſt: huius ſperæ intellectualis/quæ deus eſt centrū ubiq; manere: & circūferentiā nuſq̄ eē: qm̄ a centro ad circūferentiā eſt aliqua determinata menſura: at a creaturis ſingulis/& ſimul oībus ad deū nulla eſt/neq; eſſe pōt mēſura ſtatuta: ad īmenſum. n. quæ mēſura ſtatui unq̄ poterit mēſuratorum? Circūferētia huius ſperæ ītellectualis (quæ deus ē) caret etiā menſura extrinſeca: cuius. n. circūferentia in aliquo loco eſt: id loco finit: deus aūt q loco non capit: qūo loco finiri exiſtimabit? Neq; uero cētri rōne ſpera hæc ītellectualis alicubi eē poterit: ſicut maximam ſperarum dixere philoſophi in aliquo loco ideo eē repoſitā/quia habet determinatū centrū: nullibi habet determinatū centrū ſpera quæ deus eſt: ſed ubiq;: ita nuſq̄ erit determinata ſua circūferētia: erit uero ubiq; tota: ſed penitus incōcluſa. Vide nūc (ſi potes) quātus ſit qui miſit angelum Gabrielē ad ſanctam Virginē: eſt oīa continens: oībus ſe præbēs ut ſint: omnia quæ ſunt ſcintilla eius uel minima dici nō poſſunt: omnia creat: regit: moderatur & ſubſtinet: ſubſtentatus a nullo/oībus imperat creaturis: nulla uero creatura neq; ſimul oēs legē aut modū illi imponere pñt. Cogita ſi potes hanc intellectualem ſperā: cogita centrorum eius numeroſitatem: cogita circūferentiæ immenſitatē: cognoſces principē hanc legationem deſtinantem eſſe omnium maximum quod cogitare poſſit omnis creatura: immo uero magnum quod omnes ſimul cogitare nō pñt.

De myſterio nominis Galileæ.

a Nteaq̄ ad declarādam magnitudinem ac dignitatem eius principis accedamus/ad quā deus optimus maxius angelū excellentiſſimū legatū hodie deſtinauit: de loco ad quē miſſus eſt aliqd in mediū afferamus: qm̄ neq; hic uacare myſterio credēdus ē: qm̄ Lucas euāgeliſta tā acurate illū deſcribit. In ciuitatē nāq; Galileæ cui nomē Nazareth dicēs. Prouinciam primo: deinde ciuitatē ſcribit: quia a cōibus ad propria deſcēdendo conſentaneū eſt narrationē texere. Prouinciæ igitur nomen primo inſpiciamus. Galilea nomē eſt qđ rota uel uolubilis uel trāſmeans: aut trāſmigratio facta teſte Hieronymo ſonare uidetur. Erat homo om-

homo oīum eminentissimus in rota uersatili creatæ sub luna naturæ in-
stitutus a deo: qm̄ ei datum ab initio fuerat: præesse uolucribus cœli: pi-
scibus maris: oibusq; bestiis uniuersæ terræ: ide uero sua culpa deiectus:
positus i rota fortunæ: & illic iussus de sudore uultus sui pane uesci suo:
innumeris est pressus angustiis: dū post studiosam terræ culturā pro ex-
pectata messe spinas sæpe ac tribulos recolegit. Certe nisi fuisset Adæ pec B
catum: nullum ius in hoie fortun a unq̄ sibi uendicasset: qm̄ per origina
lem iustitiā certa rōne moderatus appetitus/paucis minimisq; cōtētus:
fortuitis bonis nō inhiasset: imo uero fortuna penitus in rebus hominū
non fuisset: qm̄ certa rōne egissent hoies omnia. Nihil ignorāter: nihil te
mere: nihil uiolenter quæ sunt fortunæ radices quisq; hominum esset ag
gressus. Tolle ignorantiā/fortunā sustulisti: tolle temeritatē: tolle uim:
tolle metum: fortunæ uires penitus eneruasti. Nullū.n.numē abest si sit
prudentia: sed nos te facimus fortuna deā: cœloq; locamus. Ita quoniā
pro sua culpa p̄cipitatus est homo in ignorantiā: uñ temerarius ībecillis:
meticulosus: &(ut uno uerbo dixerimus) īprudens effectus: rotā fortu
næ subintrauit: quæ nūc pro temeritate nr̄a: nūc ībecillitate: nunc metu:
q̄bus īuoluimur & rotamur assidue: nobis abutēs: sūma nr̄a infimis: in-
fima sūmis uersare lætatur. De hac miseriæ & īstabilitatis rota uolēs nos
eripe deus: & p grām ad naturæ institutæ formā rectitudinēq; traducerē/
patriā ad quā destinabat: huius rei grā nunciū suum nomē hr̄e uoluit:
quod rotā siue uolubile designaret. Significaret p̄terea transmeans: siue
transmigrationē: ut oēs intelligerent eū qui sua culpa se trāsmigrauerat
a rota rectæ rationis institutæq; naturæ: ad rotam fortuitæ calamitatis oī
prudentia destitutæ: huius legationis beneficio transmigrationē accipe
ad solidā grām. Sed dices: & opus huius legationis impletū est: & nihil- C
ominus rota fortunæ rotamur: imo præcipitamur assidue. Culpa tua ē.
Q ñ te p legis euāgelicæ obseruantiā in grāe rota nō cōtines: legē dei sp-
nis: Christianus es nomine nō re: spē tuā quæso ubi locasti? In diuitiis:
uoluptatibus: aut honoribus sæculi. Iacta super dn̄o Iesu Christo cogita
tū tuū noli nimis de crastio eē sollicitus: uiue hodie: uiue modice & mo
deste: uiue secūdū iura naturæ: illa paucis minimisq; cōtēta ē. Si ad natu
rā uixeris/nunq̄ eris sub rota fortunæ: si ad opinionē, sine certo numero
fortuito rotaberis semp/iactaberis & p̄cipitaberis. Vide angelū eē missū
in Galileā, puinciā/qđ nomen rotæ significatū: & trāsmeātis importat:
ut a fortuitis sepatus te trāsferas ad naturalia desideria: p grām mediato
ris hodie annūciati & stabilē māsionē in rota gloriæ sempiternæ cōqui-
ras. Cui nomē Nazareth: flos uel uirgultum: siue sanctitas & cōsecratio. D

Item unctio uel munditia: siue custodiēs: aut sepatio eodē Hieronymo interprete significat: ut intelligamus a qua rota ad quā nos per hanc legationem trāsire cōueniat: qualis ue trāsitus nr̄ futurus sit. Missum i Nazareth angelū euangelista magna rōne cōmemorat. A prioribus nempe uitæ affectibus: turpitudīe plenis: supuacua semper ambiētibus ad florē parsimoniæ: & sobrietatis redolētiā: a rigido obstinatiōis stipite: ab alto supbiæ trunco: ad pœnitentiæ & humilitatis uirgultū flexibile: a rapacitate insatiabilis auaritiæ: ad liberalitatē elemosynæ: a fetore luxuriæ: ad consecratā deo cōtinentiā: sanctis angelis semp amicā ab unctione imūdorum cōdimentoꝝ: a fucis faciei: ad munditiā naturalem transitus est faciēdus: ut dicere possit angelus nobis ad custodiam aīæ nostræ datus. Aue Maria &c. Hæc de ratione nominis prouinciæ ac ciuitatis ad quam missus est hodie nuncius Gabriel angelus dicta sufficiant.

De sanctæ Mariæ excellentia.

d Ignitatem principis hanc tantā legationem excipiētis amplissimam eē Lucas euangelista declarat. Ab illo igit' hanc non a me pdiscite quæso. Ad quam: ad qualem: ad quantam o euāgelista dominam: hæc legatio destinatur? Ad Virginē despōsatam uiro: cui nomen erat Ioseph: de domo Dauit: & nomē uirginis Maria. Prima huius dominæ excellentia: uirginitas est: non secundum carnem tantū: hæc. n. omnibus fœminis innascitur: gregale bonum est: & nullius meriti: nisi illam prudentia moderetur. Testem habemus hic copiosissimū dominū Iesum Christum: cuius parobola uirgīes fatuas excludit a nuptiis: solas prudentes cum sponso animaꝝ nostrarū amantissimo epulari: & nuptias celebrari demonstrat. Multæ sæculis antecedentibus mulieres fuerāt: quæ a uiro nunq̄ cognitæ: uitā morte mutauerūt penitus integræ: nullā tamen pro sua uirginitate uirtutis famā sacris litteris sunt assecutæ. Mul

E tæ nostra ætate puellæ moriuntur īnuptæ: quibus uirginitas nulli ornamento putatur accedere: qm̄ corpore tm̄ uirgines: & ad tempus: nō animo se illibatas perpetuo conseruandi uitæ finem attigerunt. Nullam in sacris litteris legimus mulierem ante Mariam: ante hanc sacratissimā dominam ab angelo Gabriele hodie uisitatā: salutatā: monitā & psuasam cui uirginitas tribuatur honori. Oēs. n. ante illā nubere: & maris amplexu liberos procreare aīo habebant: uirginitatem suā corruptori homini: oēs cum per ætatē legemq; liceret credere præsto erant. Verecūdia legū: timore parentū: non uoluntate: nō proposito uirgines eo usq; pseuerabant: donec secundū legem: & parentū arbitrium illā deponere permitterentur. Virginitas carni harum aliqū inerat: menti aberat semp. Maria

uero

uero quam ab initio semel carni natura dedit corporis integritatem studiose continuit: & diligenter ppetuo conseruauit: non ætas: non lex: nõ parentes illam in uirginitate tenuerunt: sed uoluntas & animi magnitudo: qbus uiri cõsuetudine: solatio ue liberoꝝ se non exstimauit egere: iactauit sup dño curam suã: neqꝫ subire dubitauit legis maledictũ/se totã deo cõmittens: cuius spiritu qui agunt᷑: legi non sunt obnoxii: itaqꝫ uirginitatis uoto sola inter priores puellas: se totam deo ppetuo cõsecrauit. Singulare est hoc Mariæ priuilegiũ: quo sup omnes fœminas est gloriosissima: quo añ illã nulla meruit dici uirgo: oẽs añ Mariam mulieres maritalis saltẽ copulæ desiderio sunt corruptæ/Maria se ipsa teste pro sanctitate pudicitiæ mentiri nesciente uirũ non agnouit: & ppetuo (si deo placeret) nõ cognoscere instituit/O excellẽtissima inter oẽs fœminas: quæ qđ usus ignorauit: lex nõ excogitauit: natura uix substinet: corporis itegritatem: & animi puritatem pio immutabiliqꝫ ꝓposito cõplexa est. Magna est ergo hæc: & inter puellarum matronarũqꝫ uirtutes/prima principis huius dignitas: ad quã hodierna die Gabriel angelus orator accedit. Virgo est mente penitus cõfirmata: deoqꝫ deuota. Virginitas mentis corpus eius ppetua in uirginitate seruabit. Non est gregalis mulier: non muliebri mouet᷑ affectu. Debilitas sexus: carnisqꝫ conditio in muliere fragilissima: diffidentia uirium ad se defendendũ: puellas ac matronas faciũt sine culpa uiri desiderare cõsortium: seqꝫ tum bñ: honesteqꝫ locatas & in tuto cõstitutas existimare/cum amant᷑ a uiro: cuius rei gr̃a se totas illi exhibent obsequẽtes: & in omnibus sedulo famulant᷑: p̃sertim si uirum industriũ: aliqua ue insigni uirtute p̃stantem fuerũt assecutæ: si bñ moratæ sint: non proteruæ: non procaces. Est certe maxima laus matronæ/quasi ꝓpriam uitam colere uirum suũ. Mores bñ instituti in ciuitatibus: qui a naturæ linea discedere nequeunt/expostulant: ut qa ad uitæ cõmoditates consequendas & ad fugienda ac ꝓpulsanda picula fœmina sibi non sufficit: & indiget uiro: illi se libẽter associet: & exhibeat obsequentẽ: sed hæc uirtus eaꝝ est: qbus non concedit᷑: ad culmen uirtutis ascẽdere. Animi magnitudo quæ hoiem facit heroicũ: qđ latine (ut existimo) sonat principibus ascribendũ/uirtuti heroicæ deditũ sufficere sibi facit ad oia: qñ per sapientiã uidet sapientissimum deum: qui solus ab initio ꝓduxit uniuersa: non minus solũ illi posse sufficere ad uitæ necessitates suppeditandas/q̃ suffecerit ab initio ad tribuendã uitam. Añcedentes igit᷑ mulieres (scdm mores hominum) oẽs in hoie spauerunt/& aliũde q̃ a deo auxilium sibi conqrere studuerũt. Maria cogitatum suũ penitus iactauit in dño: & naturæ uires supegressa: nihil sibi deficere posse spauit: Si oium F

rerum deo copiosissimo largitori se cōmitteret. Hac igitur ratione uirginitatem seruare constituit: ut deus eēt illi añ omnia: qui uere est melius q̄ oia. Vñ illi soli cum ꝓpheta cantat. Mihi aūt adhærere deo bonum est: ponere in dño deo spem meam. Nouerat mulierem nuptam. i. nuptias consumantē: & cum uiro in mrīmonio pseuerātem / cogitare quæ sæculi sunt: & eē sollicitā placere marito suo. Q d' licet culpabile minime sit / tñ studium est ai / intra impfectionis angustias se trudētis. Q uæ autē innupta est. i. nuptiis nō occupata / neq̧ se occupare ꝓponēs usibus nuptiarum / cogitat quæ dñi sunt oipotentis: nō quæ fragilis hois: cogitat qūo placeat deo regi sæculoꝝ / iuisibili / imortali / impturbabili / & penitus impassibili. Nō studet carneo homini subdito sæculi ptātibus: carnis affectibus: naturæ defectibus: fortunæ sæuissimis ac incertissimis casibus: caduco / mortali / moribundo. Nouerat Maria oēm carnem eē fænum: suam ipsius pulchritudinē: suā iuuentutem q̄uis elegantissimam quasi florem agri esse meminerat. Mane nitore uegetam & uigentem: uespere occiduam / pallētem: laxam: rugosam futuram: & marcidam. Hæc apud hoíes durare non posse: apud deum ppetuo mansura intelligebat. Nihil apud illum decidere: nihil in deterius mutatum iri formidabat: apud quē oia uiuunt: & in melius cōmutantur. Agnouit q̄tūlibet p̄stantē uiribus: decorum ue iuuenta maritū: senectute qñq̧ exhauriendū: morte tollēdū: noluit igit' florem suæ iuuentutis pulcherrimum illi tribuere: qui ꝓpriū conseruare non posset: noluit fragilitatem suam baculo (ut aiunt) arundineo substentari: se deo dicare constituit penitus integram: qualem ille ab initio creare dignatus fuerat. Ita si deus dignaret' acceptare uirginitatem suam: corpus: animam: & uitam dei creatoris sui penitus esse constituit obsequiis mancipatam. Hoc est qd' Lucas dicit uno uerbo. Ad Virginem: Vbi sapientiæ: magnanimitatisq̧ dotibus Maria cognoscit' amplissime decorata: & cui merito dicatur. Aue &c.

De uirginitate an sit uirtus.

s Cio apud plerosq̧ nō satis cōstare uirginitatē esse uirtutē: cōtra quos: qm̄ Hieronymus copiosissime disputauit: ego tanti uiri industriæ qd adiicerē nihil certe hñs: satis duxi hoꝝ nimis studentiū nuptiis argumentatiões quasi p summā recensere: & oñdere esse fallaces. Virtutē hi dicūt a natura non tribui: sed acqri oportere p studiū

G opandi. Virtutē itē amissā recupari aliqñ posse: imo sæpe cumulatius recupatam fuisse cōfirmant Petri apostoloꝝ principis exemplo: q post negationem fidelior est effectus. Virtutē itē plurimū utilitatis rebus publicis & priuatis afferre p̄dicant: Cū e cōtra in hoíe: simulq̧ cū hoíe uirginitatem nasci

tatem nasci exploratum sit. Nulla præterea opatione uirginitas acquiratur. Amissa recupari nō possit/sterilis ꝑterea sit & fructu penitus uacua. Quare non magis inter uirtutes: q̄ sterilis arbor inter plātas fœlices cōnumeranda uidet̃. Isti primis duabus argumentationibus fallunt̃: hoc ideo/ꝙ uirginitatem in sola corporis integritate reponūt. Hoc quale sit iam supra monstrauimus. Non dr̃ uirtutem uirginitatis hr̃e mente corrupta fœmina: cuius corpus integrū manet. Virginē cōmendabilē oportet sanctam eē mente & corpore: nō mea sed apostoli Pauli sñia/immo Iesu Christi: q fatuas uirgines in sola carnis integritate gloriantes/repudiatas a sponso uirginitatis oñdit. Licet igit̃ uirginitatis aliqd natura ꝓducat in carne & cum carne nascētis/hoc tñ exiguū est: & quasi materia: cui nisi accedat integritatis electio: & firma pseuerandi uolūtas/recta rōne moderata/nunq̄ ad uirtutis ḡdum puenisse credēda est. Nō est enim Christo docente uirtuosa uirginitas sine prudētia. Prudentia porro uirtutum est norma: quā natura nō ꝓfert: sed mens in bonis exercitata cogitatibus sibi cōquirit. Ita non est uirginitas a natura: sed a sancto ꝓposito supra naturam eleuato tributa: qm̄ naturæ uires excedit: carnem eē & carnis desideria supare. Ad uirginitatem igit̃ nō puenit̃ ociose: sed multo labore: multo studio: multis angustiis. Nam si circa difficile uirtus negocium hr̃e ꝑdicatur: qd quæso pōt eē difficilius q̄ se ipsum uincere? naturæ impetum rapidissimū in se ipso compescere? coniugii solacia despicere: & liberoꝝ dulcedinem aspnari? Magno ad hæc conamine: magno studio: & longa est opus pseuerantia. Quæ alias uirtutes impugnāt extra nos sunt posita: qd̃ uirginitatem insectatur in nobis nascit̃: nobiscū est semp: necunde quæritur/ultro se offert: etiā nobis inuitis ꝑsto est. Si uirtutis materiā a uirtuoso cōfici oportere nuptiarii existimauerint/somniabunt mere: & minus dicēt q̄ pueriles nugas. Nō.n. erit liberalis neq; magnificus: qui pecuniā dispēdiendā ipse nō cuderit: imo qui argentū & aurum non effoderit: nō conflauerit: non aliquo suo labore parauerit: non erit temperans q cibos/potus/q tactum delectantia: a qbus abstineat: uel qbus bñ utatur sibi non fuerit fabricatus. Virtutis formam uirtuosum opari materiā a natura uel ab arte conqrere opus est. Ita materiam uirginitatis uirgo accipit a natura: formam ipsa sibi per bonā uoluntatem inducit. ꝙ uero uirginitas amissa resurgere nequeat: materiæ defectus effecit. Recupantur aliæ uirtutes: qm̄ abeuntibus illis earū materia necessario non amittit̃: & si fuerit amissa recupabilis est. Desinat qs eē liberalis: non necessario illi desinit eē liberalitatis materia: nō.n. ab eo necessario recedit/aut desinit illi eē pecunia quā habebat: & hanc ipsam si

H I K

amiserit cōstat esse recupabilem: qñ æquivalētem & maiorem (qđ sæpe fit) possit acqrere. Qui tpantiam deserit: epulas necessario non amittit: a quibus abstinēdo tempans effici possit. Qui in pusillanimitatē cadit/ uñ possit bñ audere: & intrepidū se pstare sæpius inueniet. Qui corporis itegritatem amiserit: nulla unq̄ illam poterit creata uirtute resumere. Materia ergo uirginitatis penitus sic semel amittit̄: ut uirtute creata recuperari nō possit. Deus tñ qui suscitat mortuos: qui oēm solutā corporis compaginē in eosdem numeros pristinosq; cōcentus instaurat iura uirginitatis in integrū pōt reducere. Et fortasse in illa supna ciuitate/ubi nō nubent mulieres: neq; uiri uxores ducēt ad nuptias: sed erunt oēs hoies sicut angeli dei/discreti qdem sexu/sed sexus ministerio (sicut angeli nō egent) penitus nō egentes/erit inq̄ fortasse hoibus omnis corporis integritas restituta. Quod si fiet (imo qa forsitā fiet/qm̄ corpus qđ anima le seminat̄/spirituale resurget) non est oīno negandū uirginitatem secūdum corpus. i. materiā uirginitatis a deo posse restitui: quæ beatis oībus in corpoꝝ reasumptione fortasse tribuet̄. Non est ēt negandū ipsam uirginitatē posse penitus instaurari: nisi uirginitatem uelimus intelligere secundum formā in eo consistere: qđ est semp uoluisse ꝓprium corpus integrū ab omni scissura/& carnis pollutione seruare. Nisi itē materiæ uirginitatis ad plenā redire corporis integritatē non sufficere existimemus: sed oportere nullā unq̄ tulisse scissurā. Ita qa semel uolitū/nunq̄ pōt uolitum nō fuisse/neq; deus ipse efficere pōt pteritum nō eē præteritū: nō poterit uirginitas instaurari. Sed huic argutiæ innitentes/& totā uirginitatis rōnem perēni integritati carnis & aiæ tribuentes/nihilominus dicere compellent̄ (qđ est uerissimū) uirginitatem corrupto corpore posse manere: ut si qua mulier p summam penitus uiolētiam defloret̄. Testis hoc loco est sancta Lucia: quæ nō nisi de cōsensu mentis hoiem inqnari posse libidine Pascasio rñdit intrepida. Non est igit̄ uirginitas sicut neq; reliquæ uirtutes morales īmersa uel alligata fluxis bōis & momētaneis. Quare deficiēte materia/ipsa nō deficit. Sicut. n. deficiente pecunia & per summam inopiam in oīum egestate reꝝ cōstituto/liberalitatis commendatio nō deerit. si ꝓmptam ad bñ distribuendū habuerit uolūtatē: non deerit tempantia inedia peunti/si duret ꝓpositū cibis/potibus/ac tactui delectabilibus cū modestia bñ utendi: nō deerit iustitia/ius non dicenti/neq; utilia cōmutanti/& hæc uñ operet̄ penitus non hñti/si adsit intentio unicuiq; qđ suū est tribuere: & neminē lædere. Ita deficiēte corporis integritate: Si mō animus in illa pmaneat/erit in mēte solida uirginitas: quæ hoc ipso oposius fouet̄ iterius: quo sine mētis cōsensu acrius oppugnatur

op pugnatur exterius. Quarto loco q̄ debilis sit nuptiarioꝝ ratio nō attinet dicere. Aptissime etenim falsum sumere dignoscũtur. Vidēt talpæ q̄ isti uel nō uident: uel se uidere dissimulāt. Palpant aridi stipites publicas & priuatas uirginitatis utilitates. Nonne reip. splendorē affert q̄ mares & fœminas (si per incontinentiam deliquerint) inexcusabiles manifestat? Quis iam incōtinentiam sexus debilitate: aut ardore iuuētæ poterit excusare: q in sua ciuitate uiros ac mulieres per oēm uitam libidinis expertes? qui sexum rōne: ardorem ætatis honestatis amore supauerint? An non est utile reip. alioꝝ necessitatibus subuenire? Liberos ꝓximorū ad religionem educare? Oronum suffragiis releuare cadentes? sequestrē se inter deum & hoīes exhibere? religioni pietatiq̄ opam dare? Hæc oīa melius faciunt uirginitatem seruātes q̄ nuptiis opam dantes. Nempe si mūdo non pariunt: nō nutriūt: deo cōtinue utrunq̄ psoluūt. Hinc ego existimo Hieronymū dixisse. Nuptiæ replent terrā: uirginitas paradisū. M

De uirginitatis excellentia.

Habemus hic ciuitatem non pmanentem: timoribus anxiam: laboribus plenam: & piculis redūdantē. Itaq̄ in hac malis plena ciuitate atq̄ peccatis: quam nuptiæ replent: pfectum eē potest nihil. Ideoq̄ uirtutes quas morales philosophi nostri temporis dicunt: quæ. s. ad mores in ciuitate publicos: ac domesticos cōponēdos ualēt: nō immerito purgatiuæ a platonicis dictæ sunt: qm̄ quod purgatiuū est: oīno purum eē non potest. Non sunt penitus defecatæ medicinæ: quæ exhauriunt corporis purgamenta: sed & ipse aliqd habēt malæ complexionis unū noceant cum iuuamento. Hinc est q̄ oēs medicinæ quæ purgāt: etiam inueterant: purgant qñ per suā austeritatē diuellunt supfluos: putridosq̄ humores a corpore: inueterant qñ sua malignitate naturā eneruant. Sic aquæ ut pannos purget admiscemus cineres: pura nanq̄ aqua purgare non sufficit. Istæ igit̄ terrenæ ciuitatis hoīum terrestrium uirtutes: nō sunt ex omni parte pfectæ: qa inter duo uicia singulæ cōstiterūt: ut per extremoꝝ tempaturam a prudentia reductæ ad medium affectus moderent̄ humanos: & ad terrestriū utilitates prosint. At ciuitas permanens quā uiri heroici adhuc in fragili carne constituti iā quasi incolunt: uirtutes habet lōge pstātiores: quæ nō purgatiuæ: sed purgati animi dotes sunt. Hæc ciuitas nulla eget terrena sba. Suis ciuibus in illa deus est oīa: uigilāt semp taliū ciuium in tam fœlici ciuitate uirtutes: & ab opere nunq̄ cessant: nulla tñ moderant̄ extrema uicia: ꝓcul sunt ab oī feculenta materia: non amittunt̄: nō indigent pfici: p illas uenit qd̄ pfectū est: qñ iam euacuatū inueniunt qd̄ erat ex parte. Prosunt igit̄ supra modū. N O

Inter has/si reposuerimus uirginitatē.& dixerimus illā eē uirtutē nō purgatoriā:sed purgati animi dotē/abūde forte satisfactū erit calūniis oib⁊: quas cōtra illā nuptiarii nectere sūt conati. Nō erit opus illā corporis utilitatibus cōsulere:qm̄ quæ hoc faciūt nō oīno pure sunt. Hæc uero uirtus est aī purgati:nō opus erit illā extremis uiciis eē tempamētū.Ad animum purgandū ualēt illæ:ista purgatū honestat:si nō est mētitus ille q dixit.Nōne aīa plus est q̄ corpus?uirtutes quæ animis ꝑpetuas utilitates afferūt/& dignitates utiliores & ꝑstātiores sunt:q̄ quæ ad corporeā uitā attinent conseruandā.Adeste animis o nuptiarii:adeste inq̄ uirginitatis osores & īpugnatores. Dicite si mō potestis quæ coniugata matrona/qs lege nuptiaꝝ liberos ad hanc diem ꝑcreans/Immo donec sæculoꝝ sæcula durabūt geniturus/tm̄ rebus humanis utilitatis attulit/uel afferr̄ unq̄ poterit q̄tū nobis Mariæ uirginitas nosciť attulisse? Quid rebus humanis dixi?cum oibus terris/oibus cœlis & angelis sanctis qui cœloꝝ sublimiora incolunt/hæc uirginitas sit honori.Euæ mr̄imoniū hoibus ruinā intulit.Mariæ uirginitas ruinā hoīum repauit. Euæ mr̄imoniū angelis beatis supplemētū detraxit.Mariæ uirginitas suppetias adduxit.Euæ nuptiæ spoliauerūt cœlos:quos Mariæ uirginitas exornat & cōplet. Sūt ne isti tenues uirginitatis fructus?est ne parū oposa uirginitas quæ deū hoībus cōciliat:pacē cœlis & terris obtiet sēpiternā:diuinitate terrā ditat:cœlos xp̄i hūanitate decorat:& quottidie hoīum salute ornatiores reddit?

De incarnationis tempore.

Multæ rōnes a multis Theologis ꝑclaris sane doctrina & sanctitate uiris adductæ sunt:cur deus post tot annoꝝ sæcula:filiū ī carne mittere potissime distulit declarantes:quas ego certe non respuo:neqꝫ illis meliores adiuenire cōfido:dicam tm̄ hac de re qđ sentio. Ante Mariam nulla inuēta est mulier:quæ hoc munere fungi uoluerit/ eē mr̄ dei:oēs esse mr̄es hoīum uoluerunt:omniqꝫ mentis ardore cōcupierūt/& quæsierūt de hoibus parturire:hominesqꝫ hominibus parere. Ego diligētes me diligo dicit sapiētia:sto ad hostiū & pulso:si qs apuerit ad illū intrabo:& cū illo manebo.Añ Mariā oēs mulieres declinauerūt: dum mentē ad ima/ad mortalia/& caduca:fœminæ ad moribūdos mares:& illi ad fœminas uento mobiliores se cōuerterunt. Ideo inutiles & inhabiles factæ sunt mulieres ad tanti muneris grām consequendā:uiri ad conseruandam.Maria nō sic declinauit:mentem suam ad hominem non uertit:ad heroicam uirtutē/purgatiqꝫ animi dotem/animū erexit: purgatorias uirtutes sibi satis eē non duxit:cōsumatas elegit:delicti thoro uirginitatem ꝑtulit:sciuit castitatem copulæ maritalis esse uirtutē/ad

continendā

continendam & moderandã carnis fragilitatem: uirginitatẽ uero ad animi & corporis integritatẽ ualere ppetuo cõseruandã. Hæc oĩa Hieronymo teste elegit Ioseph primus masculoꝝ in cõiugii cõsortio cõseruare ꝑ Mariæ merito uirginitatis assertor. Quia ergo nõ ut alii hoĩes/Maria inq̃ & Ioseph declinauerunt simul/sed uterq; erexit se: & q̃tũ potuit deo se dedit & adhæsit illi. Deus pr̃ nõ ĩmerito ad Mariam Virginẽ uirgini Ioseph despõsatam/nunciũ summũ angelũ mittere uoluit. Deus spũs scũs sup illã descendere cõstituit: & deus filius in illã uenire dignatus est. Nõne ueteris ac noui testamẽti iure domũ dei manufactã ita decet sanctitudo in longitudinẽ dierũ q̃bus durat: ut nulla illic sæcularia negocia rite tractent̃: & ipsi idolatræ ac infideles deũ nõ ut oportet cognoscẽtes/sua templa oĩ mundana & ꝓphana opa prorsus uacua nõne cõseruare nitũtur? & tñ in templis manufactis deus nõ habitat: nisi p assistẽtiã spẽalẽ: grãrumq; uberiorẽ ꝓfusionem. At mr̃ de qua nasciturus erat deus: totã secundũ sbam deitatẽ in se claudere/nec tñ coangustare debebat: quare fuit cõsentaneũ: talẽ mr̃em: talisq; mr̃is spõsum: humanis usibus nullatenus eẽ occupatos. Igit̃ quia añ Mariã hodie ab angelo salutatã/nõ fuit mulier quæ se deo oĩno dicare uoluerit: quæ homini sub eẽ nõ cõstituerit: & ex hoĩe filios ꝓcreare nõ proposuerit: nõ fuit ẽt maritus/q sponsã nuptiali affectu non accepit/duxerit/tenuerit: non mirũ si deus usq; ad sanctæ huius Virginis maturitatẽ: filiũ suũ distulit incarnare. O igit̃ sctã & immaculata uirginitas: qm̃ quẽ angeli & homines desiderabant: quẽ totus mundus ardentissime expectabat: tuo gremio contulisti. Maxima est certe dignitas tua princeps excellentissima ad quam legatus est Gabriel angelus: a quo pro inaudito & excellentissimo uirginitatis titulo: sapientia: animi magnitudine: heroicaq; uirtute pleno: non purgante aĩam: sed iam puram inhabitante audire meruisti. Aue &c.

De coniugii Mariæ excellentia.

Esponsatam uiro. Ne ut cæteras uirgines quæ post Mariam illi-
d batæ manserũt: uirginitatẽ seruauisse: hanc Virginẽ ad quã missus ẽ Gabriel crederemus euãgelista mox addidit. Despõsatã uiro. Non audent nr̃i tpis uirginitatẽ ꝓfessæ habitare cũ masculis: neq; illos aspicere tutũ ducunt: qd̃ certe sanissimũ cõsilium est: oĩa.n. uicia resistendo uincunt̃: solum uero uiciũ qd̃ uirginitatem impugnat uincitur fugiendo. Nouerunt quæ uere uirgines eẽ ꝓponunt sui sexus fragilitatem: & nomẽ ipsum uirginitatis escã incentiuũq; libidinis masculorũ eẽ meminerũt: thesaurũ se in uasis fictilibus cõtinere intelligũt: ideoq; accuratissime hæc ipa uasa ab oĩ cõtactu p̃seruare nitunt̃. At pro sui animi

magnitudine Maria nō dubitauit habitare cū uiro: qn īmo lege nuptiali sociata marito / spauit uirginitatē quam deo sacrauerat oīpotenti eius auxilio cōseruare. Ita desponsari qdem uiro uoluit: sed in concupiscentiā illi cōmisceri nō assensit. Neq3 uero ætas uiri iā annis ut pingit̃ fracta sed fides solida Mariam adduxit / ut in cōiugio uirgo perpetuo manere ꝓponeret. Non erat Ioseph ætate cōfectus: qui a dei sapiētia adiutor Virgini: & longe ac difficilis pegrinatiōis comes indiuiduus fuerat destinatus. Non dixisset illū euangelista uirū (quod añ oia robustam sonat ætatem) si senio cōfectus Mariam despōsauisset. Illā ēt lege iubente nequaq̄
R uxorem accepisset / si fractus annis mr̄imonio iutilis extitisset. Neq3 onera matrimonii senectute debilitatus suæ pauptati sup induxisset faber lignarius / qui manu & arte uictū sibi conquirere cogebatur. Nullo ꝑterea fuisset titulo Maria cæteris uirginibus ꝑstantior / si non uolūtate scā / sed uiri debilitate uirginitatem suam ppetuo cōseruare spauisset. Nō iactasset cogitatum suū in dño: quæ carnis debilitatem posuisset brachiū suū. Hoc est ergo cur euangelista illā desponsatā uiro non tacuit: ut mentis eius constantiam incompabilē: & magnitudinem animi excellētissimā
S in opis difficultate agnosceremus. Vt inq̄ intelligeremus hanc eē de qua spūs sancti feruor loqtur in canticis canticoꝝ. Sicut liliū inter spinas / sic amica mea inter filias. Aliaꝝ quippe uirginū lilia: in hortis ac paradisis: procul a spinis nitēt: spinas timēt. Huius aūt uirginitatis decus spinæ uirilis consortii non lacerare: neq3 dehonestare potuerūt. Vnde merito gr̄a plena super omnes fœminas hodie & benedicta prædicatur.

De mysterio nominis Ioseph.

c Vi nomē erat Ioseph. Ioseph dñi iustus / uel dñi iustificatus. Augumentū / uel appositio (ut refert Hieronymus) nr̄a lingua in
T terpretatum sonat. Multū est o matronæ: & qd' uos oēs desiderare nō dubito: uirum hr̄e pulchrū / sanum / robustum / diuitem / sup oīa uos amantem. Quot tñ uxores sunt uiri pulchritudine infœlices: qm̄ eius pulchritudinē plures adamāt. Quot uiri sanitate & uiribus corporis abusi / uel delitiis emoliti aspernant̃ uxores: & pro ancillis uix illas habere dignant̃? Quot nimius amor insana succensus Zelotipia uxores infœlices pro captiuis & carceratis apud uiros tenuit / tenet & tenebit? Iustitiā solam uel maxime sana mēte mulier / uiro suo debet optare: hæc si adsit / fœlices / honorabilesq3 nuptiæ / si abest dolor sūt & angustiæ inestimabiles. Iusto dñi: & a dño deo iustificato nubit hæc uirgo. Est igit̃ honestissimis nuptiis decorata. Nupsit ꝑterea Maria ad suæ pfectionis magnitudinem oñdendam Hieronymus uirginitatis amator & defensor

accerrimus nuptiario Iouiniano rñdendo cōprobat dicens. Tu dicis Mariam post partū uirginem nō fuisse. Ego mihi plus uendico ipsū Ioseph uiginem fuisse per Mariā: ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceret᷑. Quare Mariæ uirginitas per Ioseph consortiū illustrat᷑: & uirginitas Ioseph p Mariæ societatem roborat᷑: fitq́ʒ uirtutis appositio ad uirtutē: cōstantiæ. s. utrinq́ʒ penitus isupabilis ad animi magnitudinē: fidei quoq́ʒ indubitatæ/ad spei soliditatem/& ad sanctæ charitatis feruorē amplissimum. Propter quæ sine carnis illecebris Maria uirum suū Ioseph/ille uirginem coniugem suam amore castissimo ardentissime amauit.

De ueracitate Mariæ & Ioseph.

Enit in mentē hoc loco illis satisfacere: qui Mariā dū despōsata V
u est dicūt fuisse mentitā. Lex. n. spōsæ hæc ē ut una caro uelit eē cum sponso: dicēte deo. Erunt duo in carne una. Qñ nēpe de utriusq́ʒ carne nascunt᷑ liberi tunc scdm sbam uere sunt duo in una carne nascentis: qm̄ fœmina de uiri carne concipiēs de sua cōfouet fœtum in utero & alit donec pariat. In desponsatione aūt secundū intentionē & ꝓpositū duo sunt in carne una: qñ maritus & uxor sibi inuicē ꝓmittunt opi generationis & educationis pueroꝝ simul incūbere. Maria igit᷑ quæ uirū cognoscere nullatenus intēdebat: dū desponsat᷑ Ioseph/id ꝓmittit qđ nulla rōne pstare proponit. Quid porro est hoc aliud q̄ mētiri᷑ publicam fidē irridere᷑ & legis auctoritate id uerbo ꝓmittere qđ mente nō obseruatum ire decernit᷑? Si Hieronymi uerba quæ paulo ante audita sunt: interius pscrutemur cōstabit apte Mariam cū despōsaret᷑ nō fuisse mentitam. Quid quæso sibi uult ꝙ ille dicit: ipm̄ Ioseph uirginē fuisse per Mariam/nisi ꝙ ex sancto ꝓposito intemeratæ Virginis: Ioseph se uirginem ppetuo seruare decreuit: qui eā usq́ʒ diem uirgo pmāserat lege iubente: qm̄ nullis adhuc fuerat nuptiis sociatus. Itaq́ʒ neq́ʒ ioseph Mariæ mētitus est: neq́ʒ illa fefellit uirū suū/qñ sibi inuicē sic uere cōsenserūt: sicut qsq́ʒ cōsensū accipe cōstituit & offerre. Neq́ʒ iō simul ābo fraudē legi fecisse cēsēdi sūt: qm̄ lex mrīmonii: uirū sociat mulieri ad mutuū adiutoriū: & alter i alterius sic trāsit ptātē: ut ppetuo cōuiuāt: nūq̄ dū opus X
est desistant sibi inuicē eē psidio. Est hic opepreciū meminisse liberoꝝ ꝓcreationē eē mrīmonii fructū: sed nō uinculū necessariū: etenim multis mrīmoniis liberi nō accedūt: & qbus adueniūt mrīmonio fuerāt prius idissolubiliter colligati. qbus ēt aduenerūt cū ꝓcreatiōis spes eē: nō desinit eē uīculū societatis. Carnis itē cōmixtio potiꝰ ē ad fragilitatis rmediū & solatiū liboꝝ q̄ ad mrīmōii attinēs sacramtū: qm̄ añ ipsā carnis copulā: nisi eēt mrīmoniū ueꝝ: q sic cōueniūt adulteri potiꝰ existimādi forēt

q̄ fructus mrĩmonii legitime collectores. Frigidi itẽ atq maleficiati uiri ac mulieres fide maritali inuicẽ sociari: pseuerare ppetuo pñt: q̄uis opus generationis exercere nõ ualeant: neq libidinis ardorẽ expediat mitigare. Hæc cũ sic se hẽant satis cõstat/posse maritalẽ societatẽ uirũ ac mulierẽ uerissime cõsentire: pter affectũ sobolis pcreãdæ. Vñ liquet scãm Virginẽ cũ Ioseph uerissime: sine oĩ fictiõe: sine mẽdacio: & sine itentiõe fallẽdi: spõsalia cõtraxisse: qñ sic illa se uiro tradidit: sicut ille uoluit hr̃e tradũctã: & qa ad ĩdiuisibilẽ cohabitatiõis societatẽ: ac mutuũ adiutoriũ cõsensit uterq: nihil hic defuit/qđ ad uera sponsalia necessario accedere debeat. Hoc est qđ Lucas ait. Ad uirginẽ desponsatã uiro: cui nomen erat Ioseph. Vt iustũ & fraude uacuũ: ex noĩe uiri significaret utriusq cõsensum: & spũ scõ iungente sic ambos iustificatos oñderet: ut utriusq uirginitati matrimonii uinculũ esse decoris additamẽtum ipsa noĩs Ioseph rõ declararet. Propter quæ ab angelo conuenientissime dr̃ uirgini. Aue &c.

De mysterio nominis Dauit.

Y E domo Dauit. Splẽdore quoq familiæ mõstrat euãgelista hãc d ipsã Virginẽ fuisse dignissimã: quæ de stirpe regia uirũ habuit: uñ & ipsa originẽ duxit. Fuerũt nanq Maria & Ioseph cõtribules. Veꝝ qa nobilitas generis illi splẽdorẽ afferre nõ põt/q se uirtutibus nõ effecit clarũ/generis nobilitati euãgelista uirginitatẽ cõsulto scribẽdo pposuit: ut. s. ab huius uirtutis excellẽtia disceremus Mariã reliqs bonis moribus sine qbus uirginitas eẽ nõ põt ppetuo fuisse decorẽ redimitã: & a pgenitoribus illã nõ tñ splendorẽ accepisse: q̄tum eisdẽ addidisse nosceremus. Sed pter regiæ stirpis dignitatẽ quã a Dauit Mariã ducere euãgelista mõstrauit/magna rõne ab huius noĩs parte illã originẽ ducerẽ noluit reticere. Dauit nanq fortis manu aut uultu desiderabilis (Hieronymo teste) nr̃o sermõe significat. Virgo igit̃ quæ añ oẽs fœminas manũ suã misit ad fortia: quæ carnẽ ppriã (hostẽ sane durissimũ) debellauit/domuit/& frenauit: quæ mundũ & diabolũ semp sub pedibus habuit: de proauo manu fortissimo debuit originẽ ducere. Virgo tota pulchra ĩ qua macula nunq̄ fuit. Virgo aspectu decora modestis: terribilis aduersariis honestatis: Virgo facie nitida: quasi luna plena splẽdida/quasi sol in cœli medio cõstitutus: nõ ĩmerito pgenitorẽ hũisse narrat̃ cuius nomẽ uultu desiderabile resonaret.

De dignitate noĩs Maria.

T nomen uirginis Maria. Fœlicissimũ est inter bñ moratos hoa mines honestũ ab initio nomen eẽ sortitũ. Audiui ego de patre querelã texere nobilẽ & grandæuũ uirũ: qđ illi nomen obscuꝝ dedisset a principio: & os porci nomẽ in cã (ut scribit̃) fuit cur Romani pontifices

pontifices dum ad id muneris assumunť nouũ nomen accipiunt: illustris famæ uiri: dictuq; cõcinnum: ne.s.decus tãti officii indecoro uel infausto noĩe deturpeť. Nomẽ igiť hanc Virginẽ pro suæ ꝓfessiõis dignitate: proq; officii splẽdore honestissimũ & cõcinissimũ sortitã fuisse euãgelista declarat dicẽs. Et nomen uirginis Maria. Nomina hoĩum decorẽ accipiunt ex rõne significandi: rebus decoris accõmodata: & ex claritudine priscoꝝ hominũ qbus olim impositã fuerũt. Maria illuminata significat. Fuit ne hæc Virgo parũ illumiãtã? quæ præ cæteris fœminis bonũ uirginitatis agnouit? Significat ẽt illuminatrix. Nonne oibus fœminis: immo oibus hoĩbus lumen est fulgentissimũ castitatis & sanctimoniæ hæc sancta Virgo? Nempe ut pulcherrimũ est nřis oculis lumẽ: eiusq; uigorẽ pcipiť per oculos oĩs decor. Ita p Mariæ splendorẽ: sol iustitiæ Christus deus nř/nobis apparuit & illuxit. Maria soror Moysi & Aaron inter mulieres quæ mare Rubrũ trãsierunt celeberrima: nouũ Moysi cãticum tympano cecinit pro liberatione filioꝝ israel de manu Pharaonis: proq; maris piculo supato dicens. Cãtemus dño gloriose.n. honorificatus est: equũ & ascẽsorẽ ꝓiecit in mare. Maria uirgo soror & mř Christi: sũmi legiferi: & sacerdotũ primi æternũ obtinẽtis sacerdotiũ secũdũ ordinẽ Melchisedech/post inchoatã liberationẽ humani generis cãtauit Magnificat aĩa meã dñm. Præcessit illa mulieres hebreas. Ista ꝑcessit uniuersas fœminas: sed potissime christianas. Illa dixit fortitudo mea & laus mea dñs & factus es mihi in salutẽ. Hæc dixit. Exultauit spũs meus in deo salutari meo. Illa se liberatã agnouit pro tpe ab ægyptiaca seruitute dũ dicit. Iste deus meus & exaltabo eũ: deus meus & honorificabo eũ. Dñs quasi uir pugnator: oĩpotens nomen eius. Currũ Pharaonis & exercitũ eius ꝓiecit in mari. Electi principes eius sũmersi sunt in mare Rubro. Abyssi opuerunt eos: & descẽderũt in ꝓfundũ quasi lapis &c. Quæ plane tpaneã liberationẽ cõsecunť/Maria nřa nři Moysi/nři Aaron: mř salutis uiã p se ĩ ꝑpetuũ aptam oibus gẽtibus gloriať. Audite illã. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ: ecce.n. ex hoc beatã me dicẽt oẽs generatiões. Maria prior dixerat. Dextera tua dñe magnificata ẽ in fortitudine/pro tpanea liberatione/pro æterna Maria secũda decãtat. Quia fecit mihi magna q potens ẽ: & sãctũ nomẽ eius. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies. Nõ hebreis tm̃/sed timentibus eũ/pro qbus oibus/Fecit potentiã in brachio suo. Nõ ad corpoream & tpaneam tm̃ liberationẽ: sed ad spũalẽ & æternam: quando profligando uitia: inserẽdo uirtutes. Dispsit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Exurientes repleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Quæ si bene examina-

uerimus: & cāticū Mariæ mris dñi cū cātico prioris Mariæ cōtulerimus: inter se suauissime concinentia cognoscemus. Illud nobis uidebitur tenor: hoc quasi cōcentū uocis alacrioris/sublimioris/& dignioris ośidet. Iam satis constat q̄ p̄clara sit hæc legatio: quæ per excellentissimū angelū gerit': a sūmo deo destinatur: a muliere omni uirtute ornatissima: oīum hominū qui illam añcesserant prudētissima/tempatissima/fortissima/iustissima & sapientissima excipit'. Vñ uerissime non minus q̄ meritissime pro suæ legationis præfatione orsus est nuncius. Aue gratia plena &c.

Secunda pars principalis.

De apparitiōe angelorum & in specie quomodo apparuerit angelus Gabriel Virgini Mariæ.

Et ingressus angelus ad eā dixit. Quia legationis excellentiā dignitatemq; audiuimus: seriem eius nunc inspiciamus. Constat huius legationis series ordinatissima/legati orōne nō minus luculenta q̄ graui: & audientis attētione: ac rñsione sapientissima/pro quibus assequēdis a Lucæ narratione ne discedamus. Illū igit' audite. Et ingressus angelus ad eā. Cū angeli sentimus ingressū/nō existimemus (q̄d pingitur) suffulctū pennis in cubiculū sanctæ Virginis Gabrielem aduolasse. Monstrū fuisset/effigiem hoīs uidere uolantem. Sciebat sctā Maria testimonio scripturaꝝ angelos nō egere alaꝝ adminiculis/ut in hoīs effigie ad hoīes ueniant/legerat tres angelos simul adiisse Abraam & illos cibo pro reuerētia non pro necessitate ab Abraam refocillatos fuisse didicerat: eadēq; rōne se illis uiæ comitē Abraā dedisse tenebat. Hos cū subito de cœlo cōspectos apparuisse meminisset: nullis fulctos alis descēdisse scriptū inuenerat. Sciebat angelos duos a Loth exceptos hospitio: nec tñ alatos ad illū ītrasse putabat. Sciebat angelū q Sanson cōceptū parētibus nunciauerat/nullis alis suffragātibus aduenisse: nullis itē alis p sacrificii odorē & fumū uisū ascēdere. Consentaneū igit' est nō aliter Gabrielē uenisse ad scām Virginē/q̄ alii quos ad hoīes ꝓxime noīatos uenisse monstrauimus/se hoībus exhibuere uidēdos. Nisi forte magis ille āgelus alis eguerit: q cæteris p̄stantior erat. Certe si Gabriel uectus alis Virginē adiisset: nunq̄ dixisset euāgelista Et ingressus ad eā/poterat dicere cū aduolasset: dicere maluit: Et ingressus: ne p fenestras aut tegulas īmissum existimes: sed p hostiū introeuntē agnoscas. Et quonāmō tantā altitudinem ætheris: ignis: & aeris sine alaꝝ suffragio angelus ptrāsire & descēdere poterit? Trāseūdæ sūt tot spæ cœlestes: duæ elemētares. s. ignis & aeris q̄s cōstat corpus mole grauatū: sine alaꝝ bñficio ferre nō posse. Fortasse āgeli quos ex sacris lrīs audistis hoīb9 cōuersatos: dū descēderūt alas habuerūt.

Vbi ad

Ubi ad terram delati sunt depositis alis pedibus iter agere cœperunt. Angelus autem Gabriel alas deponere noluit ingressurus ad Virginem. Rudis & irrationalis est ista imaginatio:non.n.de summo cœlorum ad nos in corporis forma accedentes angeli/corporis lineamenta secũ portant:sed ubi terris institerint:corporis effigiem compingunt ut libet/immo ut a deo illis est impositum. Quisquis fuerit angelus Balam prohibens accedere ad Balac talem is certe habuit corporis effigiem/talem gladii/ut quod a principio uiderat asinus:dominus illi insidẽs penitus nõ uideret:quod si in summa aeris uel ignis spera angelus sibi corpus assumeret/q̃tũlibet ponderosum:illud tñ sola uoluntate poterit cõportare. Spũs.n.primum est principium omnis motus. Si lapidem moueas:uñ quæso mouebis? Manu certe uel pede. Quid manum:quid pedem mouet? Spũs:nisi.n.spũs adsit frustra conabit̃ manus lapidem mouere uel lignũ. Adhibe manus simul & pedes mortui hoĩs mouẽdo lapidi:iube trahere:insta ꝓiicere:cum plus insteteris:minus efficies. Impone onus q̃tũlibet leue iumento onerario iam extincto:agita:pulsa:pcute ut ferat: frustra laborabis. Quid ita? Q̃m spũ uacuũ mouere aut ferre se ipsum non põt:minus ergo põdera imposita portare. Vñ quæso unum iumentum alio sui generis uelocius est? uñ robustius? uñ ad ferendũ & mouẽdum aptius? Nẽpe a uigore spũs. Videmus sæpissime miõres mulos maiora pondera ferre:equosq̧ mediocres maioribus uelociores eẽ. Vñ tot sunt in hoĩum moribus uarietates? Quid facit hæc oĩa? Spũs ĩ aĩalibus pmanens:q tñ in brutis corruptibilis ẽ:& de mera humoꝝ tempatura: compagum mẽbrorũq̧ concentu cõsurgens nõ intelligens:nõ se agẽs: sed ab intelligentia non errante moderatus. Hoĩs aũt spũs q̃uis sit imortalis & mentẽ hñs qua hõ se regit:idiget tñ dũ ẽ in corpore corporis adminiculo:organis:& membris:cibo & potu:ut p illũ exerceãt hoĩes opa uitæ. Quanto igit̃ magis spũs qui corpore non eget:neq̧ illi est lege naturæ sociatus:mouere poterit corpus & circũferre:sine alis:sine corporis instrumentis? Ad mouẽdum brachia tua qd aliud te mouet q̃ uelle? Vt ambules:ut loquaris:qd facit nisi uolũtas? instrumenta ad hæc accõmodata cõmutans ut libet? Si ergo uolũtas mouẽdi tibi primum est motus principiũ:mouet aũt per organa corporis:qm̃ corporeis est organis alligata. Spũs intellectualis cuius sba merus est intellectus:meraq̧ uolũtas: nullo corpori alligatus:nullis organis indiguus:per suam uoluntatem cur mouere non poterit corpus:quod sibi sociauit ad libitum? Ventos uidemus nauium uastissima corpora tantis mercium põderibus & nauticis/ ac bellicis instrumentis aggrauata: sine manibus: sine pedibus:

impellere uelocissime: portare rapidissime: arbores item robustissimas radicitus euellere: uiolentissime circũferre: Maria maximis agitationibus concutere: conturbare: & funditus exagitare. Ventus tamen res est ratione penitus uacua: mente carens: momentaneum quid: moxq̃ pertransiens: & adduci non poterimus habere persuasum atq̃ confessum: spiritũ qui mentem habet: immo qui mens est: qui intelligit & uult: qui ẽ substantia permanens: qui deficere iã non potest: effigiẽ hominis quam assumpserit nõ posse per aera mouere: nisi alas assumpserit? Debilitas imaginationis huic causam parat errori: quando imaginamur plus alas ualere q̃ uoluntatem: & spiritum quem legibus corporeis absolutum credimus/corporeis instrumentis egere putamus. Resipiscamus aliquando: reuertamurq̃ ad nos: & quod in nobis ac brutis expimento probamus: uim. s. uigoremq̃ mouendi a spiritu quasi a primo fonte ꝓcedere in cũctis naturæ rebus sic se habere cognoscamus: ita eũ qui sine brachiis brachia mouet: sine pedibus pedes: sine lingua linguam: & sine oculis oculos exercet: posse per intellectum & uolũtatem totum corpus quod sibi sociauerit ferre quo uult: & quomodo uult non dubitabimus. Modo p legem a natura inditam quem spiritus moturus ciere constituit sufficiat tollerare. Sed fortasse per alas se angelum esse Gabriel Mariæ monstrare uoluerit. Sciuit Maria (ut a principio diximus) sciuit inq̃ sacris lr̃is edocentibus: Sciuit rõne monstrante angelos alis non usos eẽ: cum sanctis pr̃ibus se sæpius oñderũt. Igitur qđ Abraam: quod Loth: qđ Iacob: qđ Manue & uxor eius in hoĩs effigie angelos tandem cognoscere sine alis potuerũt: hoc negabit Mariæ semper uirgini? Multos in ueteri testamẽto angelos legimus patriarchis apparuisse: nullius nomẽ habemus: nisi Raphaelis qui Tobiæ in Rages ciuitatem Medoꝶ ad Gabellum proficiscenti se comitem dedit: qđ Raphaelis nomen nõ haberemus nisi idem angelus Tobiæ palã fecisset in reditu. Angelũ ad Virginẽ accedẽtem Gabrielẽ noĩari: uñ hẽs o euangelista? Nõ solum cognouit Maria angelũ: sed diuinitus inspirata: nomẽ angeli ut primũ sibi apparuit itellexit. Ita mihi euangeliũ scribere uolẽti illa narrauit: & in huius legationis narratione añ oĩa angeli nomẽ spũs. s. me scribere iussit: ut oẽs intelligerent ẽt ex nomine angelũ a principio fuisse Mariæ manifestũ. Igit̃ quæ gr̃æ bñficio angeli naturã: & nomen: statim ut corã stetit agnoscere potuit: illũ eẽ angelum p alas discere nõ debuit: neq̃. n. alæ nominis indices eẽ: uel boni angeli naturam oñdere potuerũt: cum & maligni dæmones se nedum possint alatos oñdere: sed in effigiem bonoꝶ se trãsfigurare. Profecto si hoĩes in scenis psonas quas induũt: habitu: incessu: uoce: corporis gestu:

gestu: pro uiribus imitantur: si pronunciatio est uocis/uultus/ac gestus moderatio cū uenustate. Ego non uideo cur Gabriel angelus qui in effigie hominis humana uoce Virginem allocuturus aduenerat/habitū & incessum hominis non debuerit imitari. Ingressus igit angelus ad eā humano aspectu/& uoce hominis uerba facturus: uolucrem se oñdere nō debuit: aut qđ simplices uolunt per fenestras. Ingressus est ad eā per hostium habitaculi: qđ etiam si clausum īuenit: sua potuit uirtute reserare sine clauibus: sicut potuit se sine alis in humana effigie exhibere pñtem. Hæc igit fuit prima angeli sapientia: ingredi ad Virginem ea rōne: his munitū spēbus: quæ suæ orōni/& formæ quam sumpserat eēnt accommodatæ. Neq₃ credamus auro distinctis uestibus: gēmis radiātibus digitis: collo ue torque aurea circūcincto: ad Virginem fuisse Gabrielē īgressum: sciebat ille hæc eē uanitatis īdicia: & leuitatis certissimas notas: sciebat Virginem quā allocuturus accesserat: tales ornatus penitus aspnari: nouerat illam sobrietatis & psimoniæ in oībus studiosam. Taliter se uestitos uolunt sapientes oratores oñdere/qualiter libenter uidere intelligunt ad quos accesserint oraturi: aut quales illos mittentes eē cōstituūt. Sciebat Gabriel placere Virgini modestissimæ uenustū non sumptuosū uestimētum/incessum q̄uem modestum aspectum. Sic igitur instructū illum pro sua sapiētia credere debemus ingressū ad eā/cui dixit. Aue &c.

De uestitu & ornatu angeli Gabrielis.

d Ixit. Quo deferente/& quo uestitu Gabriel orator ad Virginē uenerit audistis: nūc quo habitu corporis/qua ue positiōe orōnem exposuerit cōtemplemur. Vulgo credit autoritate pictoria angelum flexis genibus dicere cœpisse. Aue &c. Qđ mea sentētia nō est rationi cōsentaneum. Virgo. n. humilitatis uirtute sup oēs hoīes sublimata: quæ angelū a principio/& angelo₂ excellētissimum Gabrielem ad se uenisse cognouerat: talem ac tantum nuncium: & psertim dei nuncium omnipotentis/corā se genuflexum uerba facere ferre non debuit. Angeli etiam sanctis hoībus apparere assueti/nūq̄ flexis genibus: sed stātes aut ambulantes in sacris lrīs uisi fuisse scribuntur. Tenebat hic nuncius principis a quo missus fuerat auctoritatem & maiestatē. Sciebat Virginis humilitatem: meminerat præmissorum angelorum cōsuetudinem. Quid eum orando deceret/pro horum omnium ratione: illum obmisisse ne credamus. Stetit igit pro sua sapiētia: stetit inq̄ uenustate plenus & maiestate: & illi mox Virgo sapientissima assurrexit honoris gratia: ut nuncium & a quo missus fuerat pro more/proq₃ merito honoraret. Ita stantibus ambobus angelus dixit. Aue &c. F

De legatorum partibus: & legationes audientium: & de dignitate saluta tionis angelicæ.

G Egatorum est cũ primum se principibus corã exhibuerint/illos
l titulo dignitatis expresso/salutare. Deinceps narrare cõmissa: Si mõ principes uideãt audire dispositos. Principum uero est oratorum uerba uigilanter audire: & si qd petitis obstare uideat/quõ remo ueri possit rñdendo inquirere. Post hæc oratores per confutationẽ & cõfirmationem oportet quærentibus principibus satisfacere. Tandem fructum suæ legationis porando monstrare. Principes postremo condecet monstratas utilitates uel respuere/uel acceptare. Hæc omnia in legatiõe quam colimus sapientissime/& pro more ordinatissime obseruata atten damus. Aue inqt Gabriel. Aue salutatio ẽ qua reges & magnos uiros iudei ueteres salutare solebant: fœlicitatis etiam uerbum imprecatoriũ est.

H Prima mulier ab Adam de quo sumpta fuerat/uirago noiata est. Postq̃ uero peccauit: Eua legit appellata: quia sibi & uiro suo peccando attulit luctum: unde lugent posteri oẽs. Aue aũt eua est inuersum. Itaq̃ uirago qm̃ uirum suum subuertit & cadere fecit. Virgo uirum suum conuertit & confirmauit. Virago filios pcipitauit. Virgo repationi eorum uiã stru xit. Virago nimia leuitate fraudis inuentori credidit inconsulte. Virgo multa grauitate minysterium: ministrumq̃ ueritatis auscultat consultissime: & non perforte ut uirago respondit: sed fortiter iterrogauit: nõ miræ si nomen Euæ in salutatione Mariæ inuersum est: quoniã utrobiq̃ in causa: in utraq̃ persona: & in utroq̃ nuncio: inuersa sunt omnia.

De gratiis sanctæ Virginis.

Ratia plena. Cum angelus aue dixisset salutationẽ amplissimã:
g mox salutate dignitatem se nosse demonstrat: ne inepte dixisse uideatur. Magna est & rarissima excellentiæ pogatiua propter quã te salutans dixi Aue & grã plena: quod mortalibus dominantes esse qui nõ pñt. Reges. n. pro maiestatis dignitate copiosi diuitiis: & potestate esse existimant: qui si a subditis deserantur omnia amittunt qbus abũ dare solebant: tantoq̃ infœlicius ruunt: quãto fortuitis bonis copiosius abundabant. Reges adhuc si perseuerent in gloria regni: pleni tñ nunq̃ sũt: neq̃ repleri ullo modo pñt: qm̃ ambitus honoris: & gloriæ affectus metas nõ habet: nulli rei firmiter inhæret. Anxios igit animos quos occupauerũt: tenẽt atq̃ suspensos. At tu o scã Virgo his uanitatibus nunq̃ innixa es: sed grãe dei: qua es plena: & adeo plena ut paulo post grãrum maxima in te ex te fiat: & de te exeat. Vis dicam qua grã plena es o sãcta

I Virgo: audi. Dominus tecum. Non es plena grã pulchritudinis solum: quam tãto

quam tanto ope cupiunt omnes fœminæ possidere: non plena solũ flore iuuentutis/quam oēs fœminæ tenere conant̄: & procul factã toto pectore mentiũtur hr̄e. Non es plena grã robusti corporis solũ: q̄ oēs hoies tãto studio conseruare augereq; nitunt̄: hæc oĩa simul habes: es certe pulcherrima: & macula non est in te: es ætate integra: & florentissima tãti uigoris es per grãm/ut sine uiro uirum cõcipere/sine obstetricis ministerio infantem parere possis. Ita es solida ut filiũ de uẽtre tuo parias & clausus maneat uterus tuus: omnes grę hactenus fœminis sigillatī præstitæ/tibi sunt accumulatæ. Dñs tecum. Gratissimũ est omnibus mulieribus a p̄stãtibus uiris adamari: & eē cũ illis. Pr̄ deus sup oēm creaturã te amore prosequitur hactenus inaudito/te uult sponsam: filius deus te uult hr̄e matrem: spũs. s. deus te uult sibi sociam & coopatricē. Nunc q̄ plena sis gratia ausculta. Dñs tecum. Quis dñs? Dominantium/uniuersæ terræ plasmator: cœlorũ fabricator/& moderator totus est tecum per amorē ardentissimum. Ita est tecum/ut cum omnibus hominibus p te pacem inire/caro & frater eorum deinceps semper esse dignetur.

De benedictione quid sit.

Benedicta igit̄ tu ĩ mulieribus. i. supra cæteras mulieres bñdicta. Sed qũo benedicta? Alibi dixisse me memini (cum de sacerdotis officio disputaui) bñdictionem prius ope cõstare q̄ uerbis: ut ille sit ab aliquo magis bñdictus/q plura ab eo dona fuerit assecutus. Quia igit̄ tu o scã Virgo sup oēs mulieres es a deo oĩ naturæ dote munita: oĩum uirtutum splẽdore ornata: nõ tñ purgatiuis tritis/& uulgaribus: quæ mundi ciuitates exornant: dum eaꝝ componũt mores: sed uirtutibus purgati animi: quæ cœlestem p̄riam illuminare noscunt̄. Tu nẽpe per uirtutem heroicã cõplexa es uirginitatē: aliæ mulieres (si tñ eã penitus assecunt̄) m̄rimonii castitatē: cum aliis mulieribus iure societatis/& fœderis nuptialis ē maritus hõ passibilis: uirginitatis decus dñs ĩmortalis tecũ est. Ne mireris igit̄ o Virgo q̄ te salutans tibi dixerim. Aue. Melius & aptius si salutandis hoĩbus aliq̄d habuissem/ꝓculdubio dicere debui: libentissimeq; dixissem. Nunc autem q̄uis me angelum Gabrielem agnoscas/q̄a tamen deo iubente/ad te in hominis effigie orator accessi/more hoĩum uerba facturus dixi modeste/gratia plena: sed uerius dixissem/gratia abũdantissima: & inundans: quoniam gratiarum dominus tecum est. Et ideo dignitas tua omnes dignitates omnium fœminarum exuperat. Igitur pro tuo merito: pro domini qui tecum est reuerentia: dixisse uolui. Aue. Quia es gratia plena a domino deo qui tecum est: unde benedicta es supra cæteras mulieres.

De Mariæ turbatione.

q Væ cum audiſſet turbata eſt in ſermõe eius: & cogitabat qualis eſt iſta ſalutatio. Sapientiſſimã ſeriẽ ſalutationis audiuimus: & cur ſic ſalutare debuit angelus iã tenemus: ſapientiã auſcultãtis cũ ſerie rñſionis nunc attẽdite. O matronæ o uirgines nunc ad uos mea (qd dixi mea?) euãgeliſtæ ad uos uertat̃ narratio. Q uæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius. Q uæ ueſtꝝ ſuis laudibus turbari ſolita eſt? quæ nõ exhilarat̃: quæ non extollit̃: quæ non rapit̃ ſupra ſe: ſi laudari ſe audiat? O infœlices quot ueſtrum inanis gloriæ uẽtus cõcuſſit? euertit? Q uot laudũ fumus excæcauit? Q uot ex uobis laudatam pudicitiã in ꝑdam dederunt? Q uot pro laude pulchritudinis ſe ipſas fecere turpiſſi mas? Prima decipula procoꝝ eſt uerboſa laudatio: quã ſi ore ꝓferre nequeunt: calamo inculcãt. Vtinã hodie a magſa uirtutis uñam pudicitiã tueri diſceretis: quæ præconio laudũ tam eminentium: & angelo excellẽtiſſimo: ſummi dei nũcio laudanti non arriſit: neq; tãtis laudibus eſt exhilarata. Turbata eſt. i. facie aſpectuq; quaſi ad mœſtitiã mutata. Turbata eſt. i. potius ad uultus g̃uitatẽ q̃ ſerenitatem uerſa: depoſuit oculos: ſe tantis indignã laudibus exiſtimãs: pro ſuæ de ſe opinionis modeſtia erubuit ſic laudari. Turbata eſt in ſermone eius. Cuius eius? Nempe angeli optimi: quẽ ſciebat malo ꝓpoſito nec uelle nec poſſe laudare. Tu lætaris laudibus proci: quẽ ſcis bono ꝓpoſito nec uelle nec poſſe te colere. Nõ fuit hæc Mariæ turbatio timor ſeruilis: uel pauor diffidẽtiæ: nõ fuit ĩpetus iræ: non ſupbæ mentis indignatio. Cogitare inter hæc non potuiſſet qualis eẽt iſta ſalutatio. Hæc. n. aĩum a recta cogitatione diuertũt & ĩpediunt. Fuit Mariæ turbatio heroicæ modeſtiæ motus: & fructus ſecũdũ quẽ ſcã Maria impetũ elationis cõtinuit iam frenatũ. Cõtinuit inq̃ ne exhilareſceret dulcedine laudis: ſui uero ĩpius & uirginei pudoris rõnẽ hr̃e ꝑſtitit. Mementote mr̃onæ: mementote o uirgines: qd in ſuis laudibus egerit ſcã Virgo. Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio tantaꝝ laudũ titulis ſublimata. Cogitate & uos cum laudamini: qualis ſit ſalutatio: a quo ſit: ad quã ſit: ad qd ſit: & q̃tũlibet uera ſit: & a bono ſalutatore ꝑfecta: cogitate qd oporteat de ea credere: qd ad illam deceat rñdere: ſic Maria fecit: quæ q̃uis ab angelo ueridico: ſummi dei nuncio: & ad optimũ finẽ miſſo ſalutaretur: & laudaret̃: cogitabat tñ examinans ſapientiſſime: qualis eſt iſta ſalutatio: ne quid inconſulte reſpondiſſe uideri poſſet.

De ordine orationis Gabrielis ad Virginem.

e T ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti. n. grãm apud dñm Ecce concipies in utero: & paries filium: & uocabis nomẽ eius Ieſum.

Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi uocabitur: & dabit illi dñs sedem Dauit p̄ris sui: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Cogitabundā Virginem: & præ humilitate ac reuerētia timidam: Gabriel pro oratoris officio ad bñ audēdū inuitat: cōmonet & inducit: declarando salutationē de qua Maria cogitabat eē utriq; cōueni entissimam. Cogitas o scā Virgo qualis sit mea hæc salutatio: & bñ facis: sed intercogitandū bñ spera: neq; timeas o Maria: q; te dixerim gr̄a plenam. Nihil uerius: nihil accōmodatius te salutādo dicere me' decuit: immo dicere non potui: inuenisti.n.gr̄am apud dñm. Apud quem dñm o Gabriel? Apud dñm dñantium: apud dñm hoībus & angelis impantē: apud dñm cui seruire regnare est: qui qm̄ per summā clementiā me misit ad te: tanti principis erga te & in oēs hoīes bñficentiam tacere non debui. Q uia ēt coram rege meo pro te: proq; uniuerso mundo gr̄am inuenisti: te cōuenientissime salutaui dicens. Aue gr̄a plena. Hoc ipsū cogitando melius intelliges: si qualem gr̄am inuenisti tuo prudentissimo cogitatu examinaueris. Gr̄a quā inuenisti apud dñm septiformis est: & undiq; copiosissima: totamq; te replens/p te redundat in oēs creaturas. Cæteri hoīes q inuenerūt gr̄am apud dñm: illā ex pte assecuti sunt. Tota in te descendit gr̄arū plenitudo. Satis igit̄ uere dixisse tibi uideri debeo. Aue gr̄a plena: quæ gr̄arū fontem continebis: erisq; paulo post oīs gr̄æ riuus indeficiēs: ꝑpter septiformem gr̄am quā apud dñm īuenisti: ego uero dum cogitas: tibi paucis absoluā quot: & qualia iueneris: ut qd & quanti sit qd' inuenisti: te non lateat cogitantē. Ecce concipies in utero: & paries filiū: & uocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus: & filius altissimi uocabit̄: & dabit illi dñs sedem Dauit p̄ris sui: & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Septē sunt hæc priuilegia nemini hactenus cōcessa: neq; in posterū concedēda. Cui unq̄ hominum p̄stitū est subito: & de se sola cōcipe: generare: & ardorem libidinis nō sentire? parere & dolore nō angi? ꝓlem emittere utero penitus illeso manente? Ecce cōcipies. Nullus ergo te cōcutiet libidinis ardor. Q uid ita? qm̄ ille in tpe fit/& ad tempus durat: tuus aūt conceptus nō erit temporaneus: sed momentaneus. Ecce.i. subito cōcipies/& statuto tpe subito ēt paries filium. Consentaneū est.n. partū cōcordare conceptui: quare fœtus subito cōceptus tpe non eget in partu: ut subito ingressus est uterū/sic & subito egrediet̄. Non ergo uiscerū uel membroꝝ dilatatiōe/aut uteri aptura torqueberis: qa non debet eius egressus uteꝝ apire qui penitus integrū & undiq; clausū ingressus ē illū. Dolor uiscerū: dilatatio mēbroꝝ sine tpe fieri nullatenus pōt. Tu ecce.i. subito & sine tpe paries: nō

N O P

ergo in ptu dolebis:nō dilataberis.In utero:nō p imaginationē phantasticā:nō.n.īfantis phātasticū corpus aliqđ inuenies qd quasi filium tollas:& educare te credas:& tñ educatione non egeat.In utero tuo:tuis intimis uisceribus:in ea corporis parte qua mulieres cōcipiunt:cōcipies & tu p gratiā quā inuenisti apud dñm patrem:& apud dñm deū filiū:cuius mater eris in æternū:quē sicut in utero uere cōcipies:ita de utero uere paries filiū uere de te genitum.Duplex est hæc gratia & hactenus inau
Q dita:sed maiorē adhuc es acceptura.Vocabis nomē eius Iesum:hic erit magnus.Nullā maiorē gratiam homines a deo assequi posse existimant q̄ liberos gignere & educare cōsanguineis patriæq; beneficos.Quibus de rebus q̄to amplius benemeriti fuerit filii tanto se parentes fœliciores existimāt.Hinc Graccoꝝ:hinc Scipionū parētes:hinc Coriolani mater ueturia longa adhuc ætate celebres erūt.Filius quē paries de sua familia optime merebitur:suæ gēti imo oībus gētibus erit adiumento:saluabit genus humanū.Vocabis nomen eius Iesum.i.Saluatorem:quia ex officio cui incūbet nomen habere debet:studebit āt humanæ saluti:nō uulgatæ illi cui studet medicina:nō cui studet militaris disciplina:quæ duæ mechanicæ facultates saluti hoīum p̄cipue accōmodatæ esse uidenť:q̄ñ illa ab ægritudine:hæc ab iniuria p̄seruat ciuitatē:& liberat.Nō tñ erit saluator sanitatis:nō humanæ tantū tranquillitatis:parua sunt hæc.Hic erit magnus.Adiectiua noīa masculine cōcepta:sola secundū grāmaticā institutionē stare non pñt.O Gabriel qd sibi uult?O euangelista qd lo
R queris tu cū dicis/tu cū scribis?Hic erit magnus.Magnus quid erit?Magnus erit Iesus.i.magnus saluator.Corpora hominū morbis effœta sine medicamīe sanitati restituet:mores hominū cōponet:expugnabit mortem & infernū:uicia curabit animaꝝ:easq; a morte ppetua liberabit:pacem terris/cœlisq; restituet:& restitutam cōseruabit in æternū.Erit ergo bñficentissimus filius:quē cōcipies in utero/& de utero paries.Quare pro meritoꝝ excellētia.Magnus erit Iesus.Hæc sane tertia gratiæ formula maxima est o uirgo fœlicissima/quā inuenisti apud dñm:& illā aspernari non debes.Sed adhuc eminentiorē attende.Et filius altissimi uocabitur.Qđ nunc dico cogita q̄tum uis:ad integrū tñ cogitare non poteris qd sibi uelit/mortali cuipiam filio hactenus dicta/ascribi potuerūt:quartū hoc grǽ priuilegium/hoīum:& angeloꝝ naturā excedit.Cui.n.angeloꝝ/unq̄ dixit deus filius meus es tu/ego hodie genui te?Dicet aūt
S hoc filio quē concipies in utero & paries.Dicet uero eo loci & tpis/quo res iam indicauerit illū sic eē noiandū.Nam postq̄ sanitates donauerit/& uiam ueritatis docuerit & salutis/Paulo añq̄ per suam mortē illā aperiat & p

3 riat & p

riat: & per eā ire uolētibus puiam faciat: In mōte Tabor transfigurabit: ubi maiestatis suæ gloria ex pte monstrata: pr̃ de nube lucida intonabit. Hic ē filius meus dilectus ī quo mihi bñ cōplacui ipm̃ audite: post quā uocem filius altissimi dei ut erit declaratus: ita uocabit filius dei. Quis hoc concipiat ut filius dei: filius ēt tuus quæ hō es fiat uel fieri possit: & tñ ita erit. De huius gr̃æ imensitate ego qd referā non habeo o scā uirgo principiū dicendi de tāta re sumere nescio: finē inuenire non possum: tu ipa quæ cogitas qualis sit mea ista salutatio: cogita cogitare nō posse muneris huius pelagus inenauigabile: ita bñ cogitaueris: & q̃uis plene hoc non intelligas: ne timeas tñ sed cōfirmare: & totā legationē ausculta: uidebis apte fieri posse qđ plene intelligere nō potes. Hanc gr̃æ quartam formulā necessario comitabunt quinta sexta & septima ut eius magnitudinem ōndant. Cū gtissimū hoībus sit bñficos filios & magni meriti pcreare: ad cumulū tantæ fœlicitatis accedit: Si pro bñmeritis gloria & ptāte pſertim regia sublimenṫ: & hanc ipsam ptātem sine ui: sine armis: sine iniuria: sed iure optimo: pace & quiete cōmuni oībus consequanṫ. T
Tuo filio magno illi saluatori: dabit dñs sedē Dauit pr̃is sui: qa dabit deus non per bella aut fraudes illā assequetur: qa dabit sedē pr̃is sui nō dabit aliena: dabit iure naturæ regnū filio tuo debitum. Dignitatē regiam ob israelitaꝶ gentiū demerita ad alienigenas Romanos Idumeosq̧ traductā: ā suæ ne dū genti sed stirpi dauiticæ (uñ egredieṫ) ipse restituet: sed qa restituisse parū est: nisi restituta seruentur (neq̧.n. minor est uirtus q̃ quærere parta tueri) Ideo qntæ fœlicitati & gr̃æ tuæ addeṫ sexta: regni.s. restituti nō diuturna tm̃ sed æterna soliditas. Regnabit.n. ī domo Iacob ī æternū. V
Quia p adulteriū & homicidiū Dauit suā regni gloriā infamauit: uñ undecim tribus cū dimidia a gēte dauitica desciscere: aliūq̧ regē sibi cōstituere. Roboam uero Salomonis filiū uni tm̃ ac dimidiæ tribui filioꝶ Iacob pſidere decreuit deus. Ne credas uirgo filiū tuū Iesū saluatorem magnū: accepturū eē regnū diminutūillam.s. pticulā cui pſederūt ex Roboā longa serie descendentes. Obtinebit filius tuus integrū regnū magni Dauit. Hoc ē qđ dixi. Regnabit in domo Iacob. Non in una tribu & dimidia: sed sup oēs tribus filioꝶ israel q & alio noīe dictus est Iacob. Regnabit igiṫ in domo Iacob.i. sup oēs q a Iacob familiā domū uel sumpserūt. Regnabit ēt in æternū. Quia ptās eius ptās æterna est & regnū eius non auferer: ut olim Esaia testāte didicisti. Itaq̧ ultra splēdorē celeberrimi in sua gēte regni: regisq̧ celebratissimi naturalē successionē. Regnabit in æternū & nō per successores (ut Dauit pmissum fuerat) sed per se ipm̃. Hæc ē sexta formulæ gr̃a quā apud dñm inuenisti: ut filius

tuus regnũ integrũ obtineat: qđ multis iam sæculis manserat laceratũ: & p se ipm illo in æternũ potiat. Accedet adhuc tibi p filiũ quẽ cõcipies in
X utero: & paries amplior gloria & fœlicitas singularis. Regni. n. eius non erit finis. Ninus q prius regnasse credit: Cirus quoq; & post eũ Xerses in de Darius: in de Alexãder macedo: tandẽq; Romani q regni fines marie ꝓpagasse legunt mõtibus tñ mari: aut fluminibus regna sua finierũt. Filii tui regnũ mõtes nõ claudent: mare nõ angustabit: flumia nõ diuidẽt: nullis angustabit terminis. Hoc septimũ priuilegiũ nemini ex regibus cõcessũ: hæc septia singularis grãæ formula nascit ex quarta. Nã qa filius dei uocabit & erit: nõ decet dei filiũ cuius prĩ oibus mũdi ptibus dñat: qm̃ ipsius ẽ mare & ipse fecit illud: & aridã fũdauerũt manus eius: cuius est terra & plenitudo eius: orbis terraꝝ: & uniuersi q habitãt in ea: nõ decet inq̃ talis prĩs unicũ filiũ regnũ hr̃e limitibus angustatũ: ꝓsertim quia
Y oĩa dedit ei prĩ in manus. Suscipe nũc uirgo Maria munus ãplissimũ grãæ septiformis: qđ p angelũ a deo tibi trãsmissũ ẽ. Esto Virgo ꝑgnãs: puerpa itegra: illæsa corpore: & mẽte penitus iuiolata: hẽto filiũ saluatorẽ magnũ: q ut tuus: ita & dei filius appellet & sit: appellet ãt ab eo q mentiri neq; põt: neq; uult: qui regnũ suæ gentis itegrũ restituit: & illo potiat in æternũ: cuius regni nulli fines eẽ possint. Ita expieris te qđ dixit angelus assecutã grãm plenam: & nos de tua plenitudine aliqd pticipabimus. Ita cum angelo dicemus oẽs deuoto pectore tibi genuflexi. Aue &c.

De uero regno Christi & eius excellentia.

Alũniant hoc loco iudei euãgeliũ manifestũ cõtinere mẽdaciũ
c qa nõ tenuit dñs Iesus regnũ dauiticũ ad minimũ tẽpus: & ipse de hoc mũdo suũ regnũ esse negauit. Iõq; tm̃ a uero distare dicunt q; regnet in domo Iacob in æternũ: crucifixus ille Mariæ filius: q̃tũ priuatus semp: & tenuis hõ a regni gloria distare non dubitat. Extremã ꝑterea huius loci pticulã dicũt per derisũ esse uerissimã. Quia regnũ qđ nunq̃ fuit finẽ hr̃e nõ potuit: sicut qđ nõ erit fine carebit. Sed infœlices nõ aduertũt: qđ Dauit dicat i psalmo. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Dõec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Ponẽdi erãt o iudei inimici (q estis uos) sub pedibus Christi: qđ inuiti cõpletũ liquido ituemini: & nũc in spũ regnat dñs Iesus: q in fine tẽpoꝝ regnabit apte in solio Dauit prĩs sui. Regnabit tũc in æternũ: qñ ur̃a pfidia penitus supata ãplius rebellare nõ poterit. Sed ut me uerũ dicere: imo euãgelistæ sñiam eẽ uerissimã intueamini o spõte cæci aduertite hic angelũ loq de Christi aduẽtu secũdo: qñ. s. ueniet filius hoĩs in sede maiestatis suæ: iudicare simul uiuos & mortuos: & sæculũ p ignẽ: sedebit: regnabitq; tũc in regia

sede Dauit: ut iustis retribuat gaudia sempiterna. Dauit nãq; uultu desiderabilis urõ sonat idiomate: desiderabilissima tũc certe: & oĩ delectamẽ toꝝ cõditura plenissima erit piis & iustis christi maiestas: qñ facies illa sole splẽdidior oẽ desideriũ iustaꝝ mẽtiũ plene cõplebit. Sonat ẽt nr̃o idiomate Dauit fortis manu. Hic ipẽ Iesus illa die extremi iudicii manu fortissimus erit in reprobos: q districti eius iudicii seueritatẽ nullo adiutorẽ & nulla loci itercapedine poterunt subterfugere. Ita sedebit per summã clemẽtiã: & mãsuetudinẽ: bonis pmia statuẽs: p summã uero fortitudinẽ: & ineuitabilẽ iudicii ptãtẽ reprobis supplicia decernẽs. Regnabit in domo Iacob/q supplãtator ẽ habitus/In æternũ/Q ñ his q uitia supplãtarunt/ pmia æterna quæ dederit cõseruabit. Eos e cõtra q uirtutes & uirtuosos hoies fraudibus supplãtarũt pœnas meritas luere cõpellet in æternũ. Ita o infœlices regni eius qd' regnũ ẽ iudicii aliqñ erit principiũ/nunq̃ erit finis. Solã lr̃æ supficiẽ hoc loco alii calũniatores examinãtes/ut detrahant euãgelii maiestati dicũt Gabrielẽ archãgelũ uerbosũ nimis/ac quasi nugatorem idẽ bis dicere: satis.n. fuerat dicere Regnabit in æternũ/Frustra eoꝝ opione additᷣ Regni eius nõ erit finis. Q m̃ liquet qd' æternũ est finẽ nõ hr̃e. Vtinã noctua hic Aqlã uisu debilẽ/aut bubo/elinguẽ Psitacũ nõ diceret. Vtinã hi sapent & itelligerẽt æternũ durationẽ dicere: finem uero carẽtiã amplitudinẽ regni monstrare: dixerat angelus. Hic erit magnus. Hãc postea magnitudinẽ mõstrauerat ex noĩs gloria. Filius altissimi uocabitᷣ. Ex gloria regni regnabit in æternũ/ex regni ãplitudĩe/Et regni eius nõ erit finis. Ipsa terra finitᷣ aquis: aqua aere/aer igne/Ignis æthere finẽ capit. Oia quæ sub Luna sunt finẽ hñt & orbis lunæ ãbitu clausa sunt. Cœloꝝ quoq; orbes se iuicẽ finiũt. Amplissima itẽ spaꝝ certa usq; ad cẽtrũ lineaꝝ diametriq; dimẽsiõe a deo finẽ accepit. Regnũ hoc o detractores terminis tpaneis caret: & nullis naturæ finibꝫ cõtinetᷣ. Nõ ergo ẽ terrenũ regnũ. Memẽtote qm̃ deus exaltauit illũ: q de uirgĩe natus ẽ: & iuxta Gabrielis pmissũ: dedit illi nomẽ qd' ẽ sup oẽ nomẽ: ut ĩ noĩe Iesu oẽ genu flectatᷣ/cœlestiũ/terrestriũ & ĩfernoꝝ. Ita ĩtelligetis qa regni eius nõ erit finis: qñ regnat ĩ terra: sub terra: & supra terrã: & ãplissimæ speræ claudi nõ põt uirtutis eius ĩmẽsitas: qm̃ ut a principio diximus spa ẽ itellectualis: cuius cẽtrũ ubiq; ẽ: & circũferẽtia nusq̃: æternũ ergo ẽ regnum eius: qa cõtinet oia: oia moderatᷣ: nihil ẽ qd' illũ fugiat uel angustare sufficiat. Hoc cognouit ille q dixit. Si ascẽdero ĩ cœlũ tu illic es: si descendero in ĩfernũ ades. Si sũpsero pẽnas meas diluculo & habitauero in extremis maris. Audite Xp̃m ip̃m o iudei: audite & uos nimis arguti. Regnũ meũ nõ ẽ de hoc mũdo: hic.n. fluxa & finita sũt oia. Caret fine atq; cõfi-

nibus regnũ meũ:mea sũt oĩa:orbis terraꝝ:cœlorũq; plenitudo mea est:
B possũ rogare prẽm & exhibebit mihi pluſq̃ duodeci legiões ãgeloꝝ. Nullũ adiecit determiatũ numerũ ministroꝝ/ne regnũ finibus angustatũ se hr̃e mõstraret. Non igr̃ loquax fuit angelus Gabriel:nõ fuit nugax Lucas euãgelista:sed sapiẽtissime ambo paucis multa cõprehẽdẽtes:optimi iste scriptoris ad nos instruẽdos/& ille cõsumati oratoris offõ functus ẽ ad scãm Virginẽ cõfortãdã ut salutatiõe tãta se dignam cognosceret:qm̃ septẽ quas diximus gr̃as incõpabiles mox solo mentis assensu esset accẽptura. Vnde merito gratia plena diceretur & esset.

De responsione Virginis angelo data.

C Ixit ãt Maria ad angelũ. Q uõ fiet istud qm̃ uiꝝ nõ cognosco?
d Añq̃ nũcio rñdeat Virgo prudẽtissima(qd sapiẽtes faciunt)ea quæ a legato dictis obstare uidebant̃ p iterrogationẽ adducit in mediũ dicẽs. Q uõ fiet istud &c. Q m̃ me ipsã totã deo uoui ĩtegrã penitus cõseruare:& Ioseph spõsus meus meũ hoc uotũ cognoscẽs ĩteger mẽte ac corpe maner̃ cõstituit. Ne credas o Gabriel qa uiro sũ despõsata me p nuptias appetere filios:iã cõuenimus spõsus meus & ego cõuiuere fœdere maritali:& ĩ puritate manere uirgĩea:hactenus uirgo pmãsi:uir me cũ nõ fuit:ut libis opam darẽ:ad hãc ipsã rẽ Ioseph maritus meus ꝓ uoto uirginitatis neqt accedere. Viꝝ nõ cognosco de p̃terito, de futuro cognoscere iã nõ licet. Q uõ ergo fiet istud qd dixisti:ut ĩ utero cõcipiã:& de utero pariã:cũ sine uiro istud nõ fiat? Viꝝ nõ cognosco/Præterito tm̃
D uel pñti tpi sermonẽ nõ accõmodat:sed ppetuo ĩtentiõis ꝓposito:qd̃ qa trãsiturũ nõ erat ĩ p̃teritũ:sed in æternũ pmãsurũ imobile, pñti significãtissime usa ẽ dicẽs. Virũ nõ cognosco:Instar eoꝝ q carnes nõ comedere/aut uitã ĩ religiõe ppetuo agere uouẽtes dicũt carnes nõ comedo:ꝓpriũ nõ possideo:meã uolũtatẽ nõ ꝓsequor. Q uo sermõe nõ pñs tm̃:sed futuꝝ ppetuo ĩtẽdũt significare. De declaratiõe narratiõis suæ p Gabrielẽ
E Piritus scũs supueniet in te & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Sapiẽtissima ẽ Virginis dubitatio:cui angelus cõfirmãdo simul &
f cõfutãdo rñdet sapiẽtissime. Nescis Maria quæ corpa generãt: uirtutẽ non a corpore sumere/sed a spũ. Cur quæso semina cocta(q̃tũlibet solida)si fuerit seminata nõ germinãt? qa spiritibus germinatiuis p̃ cocturã sũt penitus exinanita. Cur nimia humiditate:nimia itẽ ariditate semina terræ credita minus afferũt segetis? Q uia illa spũm quẽ semina gerũt p̃focat:ista deuorat. Cur aĩalia añ pfectã ætatẽ:& post exhaustã maturitatẽ nõ generãt? Q uia utrisq; tpibus spũs sensitiuus illis debilis est: nõ sufficiẽs genituræ. Vñ ẽ in muliere sterilitas:nisi ꝙ illa sicut & terra nĩ

mia humiditate susceptũ semẽ redigit in putredinẽ: uel nimia caliditate uires eius exhaurit & spũs seminales penitus eneruat. Ita sane oĩs genera tio uim uigoreq́ sumit a spũ. Tres ãt scdm sbam ĩ uniuerso sũt spũs. Ve- F
getatiuus / sẽsitiuus & itelligẽs. hoꝝ ĩfimus uegetat tm̃ / medius sẽtit & ue getat / eminẽtissimus itelligit / sentit & uegetat. Hæc mihi si nõ credis / cre de reꝝ oĩum magistræ naturæ: quæ faller̃ neqt. Hæc spẽs ut nũeros hẽt: Sic̃ igr̃ nũerus mĩor siue ĩferior supiori uel maiori nũero cõtinet̃ / ita pfe ctio tota spẽi ĩferioris ĩ spẽ supiori cõcludit̃. nisi. n. ita eẽt ab ultĩa creatu ra adsũmã sine medio natura trãsiret: qñ eẽt aliq̃ pfectio ĩ spẽbus ĩfimis quã mediæ nõ cõtinerẽt. Nõne tota plũbi pfectio cõtinet̃ ĩ cupro? cupri inargẽto: argẽti ĩ auro? Nõne qđ põt p̃ses poterit p̃fectus? Q đ pfectus? poterit ĩpator? Nonne qđ põt miles, p militis offõ põt alæ ductor siue agmini p̃positus & qđ iste põt / duci exercitus est tributũ? Oĩs politia: oĩs ars: oĩs natura cõfirmat pfectiões ĩferioꝝ supioribus contineri. Corpora spiritibus subeẽ / existimo oẽs hoĩes hoc iõ satis ĩtelligere: q̃ isti mouẽt: il la mouent̃. Ergo quæ corpori sũt cõmixta uel sociata / minus pfecta co- gnoscere q̃sq́ debet q̃ penitus ĩcorporea: qm̃ pro mixtura cũ corpore / pa ti magis illa pñt / mĩus agere: ecõtra / ista magis agere mĩus pati. Sed qd in de o Gabriel? Multũ. Q uia existẽs sine corpe spũs gigner̃ poterit ĩ corpe generatiõis opi accõmodato. Q ñ spũs bñficio corpus cũ spũ sociatũ id facer̃ p̃t. Cõfessũ ẽ. n. pfectiores naturas oẽm pfectionẽ naturaꝝ minus pfectaꝝ ĩ se cõplecti: & negari nõ debet uim generãdi aliqd eẽ pfectum. Q uare hãc uirtutẽ spũi ineẽ credere debẽt oẽs q rõni cõsentanea sẽtiũt. Q uãto uero fuerit eminẽtior spũs / tãto magis id illũ efficere posse erit G
cõsẽtaneũ. Hoc ẽ o scã uirgo qđ dixi ego Gabriel. Spũs. s. supueniet ĩ te. Cõcipies nõ uirtute corpis sed spũs: nõ cuiuslibet gregalis spũs: sed sci / so lidi ĩmutabilis / & penitus ĩcõcussi. Oẽs creati spũs finiti sumus: iõq́ nõ penitus firmi. Spũs ĩcreatus oẽm hñs uirtutẽ: oĩa ꝓspiciẽs: oĩum artifex: mẽsurãs oĩa: mẽsuratus a nullo: mutãs oĩa: a nullo mutatus: hic supueni et ĩ te: ut sine uiro solo a spũ. s. adiuta cõcipias. supuẽiet ãt nõ hũano usu nõ creato / sed diuĩo / ĩcreato / ĩfinito & p̃itus ĩeffabili. In te. In uirtute tua totus erit. Vt me ĩtelligas o Maria spũs purus & scũs nõ p cõmixtionẽ ali quã: sed p p̃ñtiã ĩtimã erit ĩ tua mẽte: ĩ uiribꝫ tuis: tibi dabit ut filiũ cõcipi as: & uirginitatẽ nõ amittas. nihil igr̃ fiet̃ ĩ te: qđ te / qđ tuæ ꝓfessionẽ uir ginitatis nõ deceat. Q ñ qui dat tibi cõceptũ ẽ spũs. s. qui cũ sit sine cor pore: uirginitatem tuã a te nõ debet auferre. Videtis nũc q̃ pauculis uer- bis angelus Gabriel Mariæ ĩterrogãti satisfecerit abũdanter. Nũc quæso H
ne pigeat hoꝝ uerboꝝ audire mysteriũ. Tria sunt hæc uerba. Spũs sãc-

ctus supueniet in te. Spūs scūs maximā indicat auctoritatē siue uirtutē: Supueniet: modū opandi demōstrat: agēdi nimirū principalē rōnē hēbit: uicē pris penitus in genituræ rōne: nō i cōmixtiōe obtinebit. Quia scūs. i. firmus & imutabilis ē: admisceri nō pōt. In te iā dixerat āgelus: cōcipies in utero: hoc ut cōfirmet nūc dicit. In te. Nō supueniet p extrīsecā tm̄: nō p imaginatā pūtiā: nō p illusionē oñsam: sed i te: in tuo utero: in quo cōcipies ueniet spūs. s. p supioritatis & pricipalis agētis uirtutē. Vim uerboꝝ & eoꝝ sensum audisti: nūc rōnē numeri eoꝝ attēde. Quia hic nūcius a tribus diuinis psonis est missus: qa inter deū & hoies: iter hoies & angelos missus est cōponere pacē: q tres sūt spūs rōne pollētes. Tribus uerbis satisfecit interrogāti uirgini: p quā cœlestia: terrestria: & iferna inaudito a sæculis mō erāt impatorē habitura. Spūs scūs: Attinet hoc ad diuinū spūm. Supueniet: Ad angelos spectat q sup hoies sūt. In te: pro hominibus dr̄: de quoꝝ nūero ē scā uirgo cui dicit hodie angelus. Aue &c.

De obumbratione Virginis Mariæ a spū sancto.

I e T uirtus altissimi obūbrabit tibi. Qđ tribus dixerat uerbis: tribus aliis exponit: ipm̄ audite. Dixi o Maria: Spūs. s. dicere nolui uirtutē altissimi: qm̄ uirtus hoc sermōe meo mētis habitū nō sonat: sed opandi facultatē quā Aristotelici ultimū de potētia dicūt: illud uidelicet p qđ natura suā exit in opationē: ut illa sit uirtus altissimi per quā altissimus opat̄: opatur āt p uolūtatē: quæ scō spūi appropriata ē: quare spūs scūs uirtus ē altissimi: qū altissimus p uolūtatē oia opat̄. Qđ ergo dixi spūs. s. intellige scā uirgo uolūtatē dei: quæ ē tota uirtus p quā altissimus opat̄: ita qđ supueniet nō erit aliud q̄ uirtus altissimi: q̄ diuina uolūtas: quæ oia pōt ut scit deus: & oia scit idē deus ut pōt ipsa uolūtas. Qđ dixit Supueniet: iā intellige qualiter fiat. Obūbrabit. Sicut. n. umbra alicu

K ius arboris uel tecti te cōtegit totā: neq̧ cōprimit: te circūdat: neq̧ urget: ita ad instar umbræ uolūtas dei te cōteget totā: nō ḡuabit: te circūdabit:

L neq̧ uiolabit. Qđ dixit In te: nūc cōsidera. Tibi uoluit dixisse. i. ad uolūtatem tuā. Nō erit spūs. s. in te ut locatū in loco: nō inq̄ ut thesaurus in arca: ifinitus ē: claudi nō pōt: neq̧ tu illū capes: sic si se imitter̄ uellet: erit in te sicut umbra arboris in re adūbrata eē cōspicit̄: quæ obūbrato corpore nō cōcludit̄: sed i cōclusis uisceribus opat̄. Expta ne es aliqn̄ o Maria iter faciēs æstatis tpe ardorē solis: dehinc ad arborē aliquā declinās: tepore umbræ? Arboris umbra calorē mitigat: & refrigerat itestina: cuius uirtus si interius accedat ad uiscera: nō tn̄ est illis inclusa: unde appropriate loquētes significantius diceremus arborem uiatoribus umbrā facere: q̄ il'is umbram inesse. Sic o Maria quia ad procreādā in utero tuo sobolē: necesse

necesse est sanguinē tuū moueri: & ad locū generationis tm̄ sanguinei li quoris pagentē uirtutē trāsmitti: q̄tum corpori infantis cōpaginādo na tura satis eē cōstituit: & hic motus sine mordacis delectationis aculeis fie ri non cōsueuit/ipa quoq; mordacitas/tanto solet eē uehemētior/quāto quæ concipit ē uegetatior: & humor generationis est purior: tu uero cū sis ætate florentissima: & cōplexiōe tempatissima/humor insup ad hanc generationē p̄standus a te/corruptus nō sit/sed purus & icontaminatus: delectationē maximā si senties/mordacitas carnis/& medullaꝝ ardor te non lædet. Nihil affectus tuæ subripiet rōni. Perstabis semper in integro mētis usu: nō rapieris: nō absorbeberis ardore libidinis: nullus erit i tuo corpore motus: quē recta rō penitus nō moderet̄. Eris ppetuo tui/tuæq; mentis cōpos: faciet uero hæc in te altissimi uirtus. Tibi/ad utilitatē tuā: ad gloriā tuam: ut mr̄ fias: gaudia si mr̄is sentias: iniuriā mr̄is: incendia mr̄is: libidinē mr̄is nullatenus expiaris: qa uirtus altissimi tibi faciet um brā: ut bn̄ficium cōceptus habeas: defectus uero eius oino non sentias/ qa es gratia plena.

De cōclusione cōfirmationis factæ p angelū.

Deo & qđ nascetur ex te scūm/uocabit̄ filius dei. Quæ dixit & declarauit/nūc cōcludit. Hæc certe cōsentanea sunt. Principale agens hanc tuā cōceptionē spūs est scūs: uirtus est altissimi: uolū tas sanctissima: tu illi coopans ꝓposito es uirgo pura/casta/scā/coopan do illi/ista non pdis/& concipis: manes scā & generas. Quales cāæ: tales effectus: qualis arbor/talis fructus. Scō corpore/sancta mente/scō ꝓposi to cōcipies: fouebis: paries: educabis. Ideo qđ nascet̄ ex te mr̄e scissima/ sanctū erit: imo uero erit oium scōꝝ sctissimū: qm̄ per sanctissimā dei uo luntatē & tuā illi cōformē/ex te sctissima mr̄e nascet̄. O parētes hic aures arrigite. Vultis liberos hr̄e modestos: sobrios: bn̄moratos: sobrio corpo re: sobria mente generate. Multū opatur in filiis generātium dispositio. Quia Maria est corpore & mēte scā: quia de spū scō cōcipit/iō qđ ex ea nascit̄ scūm est. Tu incensus libidine/crapula ructans: fetens: ac spumās mero: generandis liberis incūbis: & credis aut speras modestū filiū gene rare? Sit modesta mr̄: sit pr̄ sobrius: sana mente sint ambo: mutuo nō in saniāt: nō furient: sint plene semp compotes sui: filios generabūt: quales tpe generatiōis ipsi cōueniūt. Quia scā es tu dū cōcipis: tu pr̄ dum gene ras: iō qđ nascet̄ ex te scūm erit. Nō ē hæc mea snia: Gabrielis est: ab illo discite hæc & audiamus reliqua. Vocabit̄ filius dei. Dixerā supra: filius altissimi uocabitur: nunc idem confirmo & apertius narro: quoniam ex his quæ dixi id necesse est confiteri. Omnis recta uocatio siue nomina tio/a rei ꝓprietate surgere debet. Potest ne quisquam alterius uocari fi

lcuuul

lius: q̄ cuius est uirtute generatus? Genitus est āt hic ab æterno/ab initio
s. & añ sæcula dei uirtute/deo inq̄ generante/& hic idē nascet' ex te altissi
mi uirtute obumbrante te/ergo si uero noie quis eū appellare uoluerit:
altissimi dei filium (habita genituræ ratione) uocabit.

De probatione conclusionis.

P T ecce Elisabet cognata tua & ipsa concepit filium in senectute
e sua. Exēplo nunc cōfirmari ꝓbationē attendite/Et ecce/de p̄nti
constat qđ dico: nō te remitto ad exempla uetustate sepulta: nō
ad futuroꝝ expectationem te pendulā teneo. Ecce nunc inq̄/Ecce aspice
quod ætate tua inceptū est/quod nūc manet Elisabet cognata tua. Non
te per extranea/& quæ nō possis cognoscere circūduco: familiare/dome-
Q sticum/consanguineū habes exemplū quo mea ꝓmissa confirmo. Anna
mr̄ tua: ut bñ nosti sororem habuit Hismeriam: de qua Elisabet nata ē:
secundo igitur cōsanguinitatis gradu cognata tua Elisabet/quam nunc
in exemplum adduco. Et ipsa concepit filiū in senectute sua. Non incer-
tū est hoc exemplum: constat expimento: uenter eius intumuit: ex dua-
bus tertiis partibus fœtus iam maturatus est. Hic illi nanq̧ mensis est se
xtus quo portat & fouet in utero/quæ uocat' sterilis. Non est hoc uulga
re uel tritum: rarissimum est. Vocatur sterilis usq̧ nunc: usq̧ ad senectu-
tem sterilis mansit. Et nunc senex de annoso/& uiribus exhausto marito
R concœpit. Sed quid cōmune cū huius Virginis cōcœptu: quæ Virgo in
æternū mansura est hoc habet exēplū o Gabriel? Si Elisabet cōcœpit: si ē
in eius utero semestris fœtus/Si uir eius senio deficit/si uterq̧ pro uulga
ta sterilitate: pro iuuenta cōsumpta suscipiendæ sobolis spē amisit: tñ de
uiro suo illa cōcœpit: tu adulescētulæ i uirginitate pmanēti de solo spū
obumbrāte cōcœptū ꝓmittis. Aliqd uideo in Elisabet uñ iuuat' ad sobo
lē cōcipiendā: officiū. s. uiri q̄tūlibet senis. Aliqd uideo i Ioachim: uñ iu-
uat' ad generādū: suæ. s. uxoris opificiū. Nihil cū tua narratione hn̄t ista:
qa uirū ut dixit scā uirgo penitus nō cognouit. Nō utitur inquit illa uir
meus corpore meo i obsequiū thori: nō ego suo. Audite angeli sapiētissi
mā rōnē: & itelligetis exēplū rei ꝓbādæ aptissime cōuenire: qm̄ Elisabet
grādæua & sterilis ē: semē qđ i iuuētute fouer' nō potuit: qūo exhausto
calore iā senex maturabit? Ioachim plenus annis & debilis qui per om-
nem uitam spiritum suo semini non dedit: ut in uxoris utero coagula-
ri: confoueri: permutari ad sobolem sufficeret & maturari: quomodo in
sua senectute præstare hæc poterit semini suo senectute cōfecto? Nō est
hic cōceptus uirtute ignētiū: cū hæc sit grandæua & sterilis: ille senex &
debilis: exhaustus uterq̧. Nemo. n. dat qđ non habet: a dei uirtute est q

semini

femini debilissimo spūm & uirtutē sua sola uoluntate potēter immittit. Dat.n.deus mirabiliter qñ uult/cui uult:dat inq̄ pter solitū naturæ ordinē qd' dare uult. Ita dat per miraculū uigorē huic femini/huic mrī. Virtus tñ cōcessa his senibus pter naturæ solitū morē generantibus/secūdū naturā fœtum in mrīs utero configurat:qa nimirū supra naturæ uires a deo uirtutē cōcipiendi accepit Elisabet:cōfouendiq; uigorē:secundū naturam uero suscepto munere fungit':ueluti si deus cœcū mox illumiet: aut mortuū reuocet ad uitā:dat deus per miraculū lucē oculis:qui luce supra naturæ ordinē pstita naturæ ordine utunt':& uitā sup naturæ uires tributā a deo accipiens q fuerat mortuus/iuxta naturā uiuēs/secūdū illam opatur. Si p medicinā quis recipiat sanitatē:nōne sani hoīs p naturā/non per artē munere funget'?ut acqrendi ratio sit ab arte pfecta:acqsiti uero muneris usus a natura pcedat:ueluti si quēpiā fundo donaueris:tuo illū accipiet iure ac bñficio/suo utetur & iure & cōmodo. Sed ad exempli p angelū adducti rōnem redeamus. Si rerū creataꝝ ordinē inspicimus:qd quæso facilius est bono pictori?p se ipsum pfecte alicuius/similitudinem pingere:an p rudē & inhabilē alterius manū quā trahat & moderet'? Rursus si manu alterius aliqd efficias:debili id manu an forti melius exequeris? Forti pfecto. Facilius est igit' nrō intelligendi usu uirtutē dei p se ipsam generationē efficere:q̄ per debilia & inutilia senis hominis instrumēta. Facilius ē ēt per uirtutē integre:uegete:robuste adolescentis/& ex sanguine eius puro/in utero uiuaci embrionē deum cōpingere:q̄ fractæ senio mulieris & manchæ in intimis uisceribus/eiusq; mēbrorū & sanguinis ministerio hæc eadē opari. Quare angeli cōfirmatio per lineā rectæ rōnis incedit sapientissime:qm̄ est certissimæ mentis humanæ captui cōsentaneū:eū qui difficilius opus impleuit facilius pstare posse si uelit. X

De pbatione eiusdē cōclusionis.

Quia nō erit impossibile apud deū oē uerbū. Ne qs crederet aliqua magis/aliqua minus deo esse facilia:ne inq̄ diuinæ uirtuti aliqd difficultatis obstare posse qs crederet/sui exēpli rōnē Gabriel angelus declarat his uerbis. Quia nō erit ipossibile apud deum oē uerbū. Hæc quid sibi uelint intelligere uolētes:quid sit uerbum primo oportet accipe:qd' strictim hic dabimus:qm̄ in sermōe de natiuitate saluatoris nrī copiosius hac de re dicere locus erit. Verbū hic ergo eē credamus nō uocis sonū:nō partē quandā grāmaticæ orōnis dictā uel scriptā sed cogitationē in mēte signatā:quæ in se ipsa repugnantiā nō includit. Verbū inq̄ ē qcqd sine cōtraditiōe mēs cogitat. Si cogites nō eē deū:nullū uerbū cogitas:pugnāt.n.eē aliqd:& nō eē deū. si cogitas pterita nō eē

præterita:nullum uerbum cogitas:qm̄ non p̄teriisse & p̄terita eē inuicē pugnant. Si cogitas hoīem eē sine aīa rationali/sine mente:nullum uerbum cogitas. Hæc.n.pugnāt hoīem eē/& aīam rōnalem illum nō hr̄e: cū sit aīa pars & forma hoīs/& totum sine ptibus eē rationi nequeat consentire. Oīa igitur quæ cogitamus/p̄ter rōnis repugnantiā uerbū hn̄t in nobis/hanc ipsam.s.cogitationē in mēte formatā. Impossibile ēt meminerimus dici solere quod difficile factu est. Dicimus impossibile est me tibi nunc pro credita pecunia satisfacere. Impossibile est podagra laborātem plene sanari. Non sunt hæc impossibilia penitus/ut nulla possint effici rōne:sed incōmodum & durū est primū:alterū uero arduū & labor. Sic intelligi uoluit Gabriel impossibile:ut sit sensus. Non erit impossibile:nō erit difficile apud deū/diuinæ uirtuti oē uerbū oēm cogitatū ab ea sine repugnātia efficere/Eteni qa uirtus altissimi & oīa finita infinito cōparata/tantūdem distare necesse ē(ut supra monstrauimus)oīa æque facilia eē deo factu nos cōuenit cōfiteri. Sed non ut stulti intelligunt absolute cōfiteri debemus. Impossibilia.n.quæ pugnantiā continēt deus facere nō pōt. Sed oīa quæ uerbū hn̄t.i.quæ sine pugnantia mens cogitat/deus efficere pōt. Non ergo minus ē possibile o scā Virgo ut deo iubēte sine uiro filiū in utero cōcipias:q̄ alia mulier p uirū:qa pōt deus utrūq; si uelit. non est deo difficilius cōceptū dare sterili/q̄ fœcundæ:uetulæ/q̄ ætate florenti. Aeque oīa pōt:qđ tu per tuā sapientiā optīe nosti. Acquiesce igit' rōni:uerbū in mente forma:firmiter crede deū qui me misit ad te uelle id p̄stare qđ per me tibi p̄misit:cuius rei grā me ad te oratorē destinauit. In hanc sniam paucis uerbis angelus porauit:qui a principio dicere incœperat Aue &c.

De sapientissima & modestissima Virginis responsione.

Ecce ancilla domini fiat mihi secundū uerbū tuū. Restat audire Virginis rn̄sionē:quæ certe eo est mirabilior quo uerbis breuior:sentētiis copiosior:fructu suauior. Discite ān oīa matronæ: discite uirgines nō eē loquaces:breuiter rn̄dere:humiliter & ad integrū p̄positis satisfacere:audite Mariā & diligenter attēdite q̄ paucis:& q̄ modestis uerbis satisfaciat oratori. Ecce ancilla dn̄i. Scio o Gabriel oēm creaturā plus eē oportere deo subditā q̄ dn̄o seruū. Scio dei uirtutē æque oīa posse quæ uelit:& quæ simul in re creata stare pn̄t illū posse simul efficere. Aeque.n.oīum dn̄s est:oīaq; illi æque sunt subdita æque indelebili: æque impmutabili seruitute. Quia non iure belli.i.hominum feritate: aut perfidia quibus bella geruntur nec præter nec contra institutum naturæ hæc seruitus constat:sed indissolubili lege naturæ:quam non belli ca tem-

ea tempestas superinduxit: sed tranquillitas pacis impermutabilis solida uit: cui inuiolabili legi & ieuitabili quo fuerit creatura pstātior: obsequē tiorē eē necesse ē. Memini & me o Gabriel dei mei creaturā ab eo mente G
rōneq; donatā: si quas ille grās supinduxit recēsere uelī: dies me deficiet. Pro eis me teneri arctius & feruentius obedire deberē libens pfiteor: & cō stātissime uolo o Gabriel quia dixisti Aue: & me regia salutatione dignā existimasti: fortasse pro tua modestia bñfeceris: sed mea sententia ancilla sum: non regina. Ecce ancilla prōptissima omni optimo iure ancilla do- A
mini qui te misit. Quia dixisti gratia plena. Ante tuam salutationē & le gationis expositionem noueram me plus gratiæ assecutam q̄ sperare de buerim uel optare. Nunc uero oratiōe tua plus mihi tribui cognosco q̄ capere sufficiat cœlum & terra. His igitur quoniam uiribus meis satis eē nequeo: mentis promptitudine: & seruiendi desiderio dei uoluntati me totam dedo. Fiat mihi: non facere cōfido tam grandia: fiat in me dei be- neplacitum. Quia uero dixisti: Dñs tecum: & pro sua clementia ille (ut dixisti) mecū modo incomprehensibili eē dignat̄: essem profecto inex- cusabilis nisi domino tam ḡtioso parerem. Absentia nāq; principis: aut præsentia non cognita negligentiam obsequii potest in subdito excusa- bilem reddere: nunc autem mihi dominus præsens est & mecum est: id uero ego ignorare non possum a te nuncio tali ac tanto de his sufficien- B
ter edocta. Quia dixisti: bñdicta tu in mulieribus. Non ego me cæteris præfero fœminis ad imperium: sed pro omnibus hominibus exhibeo ancillam ad obsequium: quibus ut prosim: Fiat mihi secundum uerbū tuum. Hæc tua legatio mihi & uniuerso humano generi salutaris: qua- tenus omnes homines tuæ annunciationis & mei consensus: mei conce ptus: & partus beneficio: secum inuicem: cum angelis sanctis: cū domi no deo nostro: pacem hic acquirant per gratiam: & functi uita mortali: fœlices perfruantur æterna. Amen.



DE NATIVITATE DOMINI IESV SERMO CORDA SECVNDA.

V IDIMVS GLORIAM EIVS:GLORIAM QVASI unigeniti:a patre plenum gratia & ueritate.Ioan.primo.Gloriã & fœlicitatem nostrã:gloriam sanctorum angelorũ:gloriam dei patris omnipotentis filii & spũs sancti:quam Gabrielis ministerio:& sanctissimæ uirginis consensu:secretis in penetralibus inchoatam superiori sermone monstrauimus:deus ipse cũctis gentibus hodie palam fecit. Quoniam unigenitum suũ spũs sãcti uirtute in sanctissimæ uirginis utero hominem factum:auctum/& nouem mensium tempore maturatũ/inde quasi de suo thalamo sponsum eduxit:& in forma hominis infantulum pr̃sepis angustia circũclausum pastoribus per angelos/magis per stellam demonstrauit. Fuerat sup omnia quæ dicere uel cogitare hoies possunt excellentissimũ hominibus priuilegium/deum hoiem fieri:& in utero uirginis salua utriusq; naturæ ueritate utrũq; cõtineri. Sed hoc ipsum quoniam in occulto erat/grãm tantam aut gloriam ad nos pertinere non poteramus agnoscere:nisi de matris utero nascens deus simul & homo:cum hominibus in terra uersaretur ut homo. Est igitur operepreciũ post annũciationis.i.saluatoris nostri cõceptus celebrata gaudia natiuitatis eius gloriam recensere. Quoniam ut annunciationis mysterium nostræ salutis origo/primumq; principium est/quandoquidem uitæ & operum dñi nostri Iesu Christi hic fundamenta sunt iacta/ita natiuitas quam colimus/hæc ipsa nos facit intueri. Hoc est quod Ioannes euangelista pro nostri sermonis argumento proponit. Vidimus gloriã eius:gloriã quasi unigeniti:a pr̃e plenum gratia/& ueritate. Quæ sententia qm̃ bipartita est:bipartitam orõnem de gloria natiuitatis domini nostri Iesu Christi nos habere persuadet:quæ sit:& unde sit in mediũ adducendo. Quæ sit huius natiuitatis gloria euãgelista nr̃ pro æternæ genituræ ratione altissime scripsit dicẽs. In principio erat uerbum/quousq; dicit. In mundo erat. Inde generationem temporaneã prosecutus est/usq; dum dicit. Verbum caro factum est. Concludit tandẽ de utraq; dicens. Vidimus gloriã eius:gloriam quasi unigeniti. A quo uero sit:& & per quæ fiat paucis postea absoluit/a patre dicens/plenum gratia & ueritate. Gratia secundũ hoiem. Veritate secũdum deum:hic qui natus est hodie plenus totus a patre luminũ:gloriã suã per hæc duo:gratiã.s. & ueritatẽ:ubiq; gentiũ celeberrimã:& sup oĩa fulgentissimã cõprobat.

V

Aec iam sigillatim a Ioãne discamus magistrorũ optimo:qppe
h qui ab ipsa sapientia dei:domino Iesu edoctus est omnem itel-
ligentiam ueritatis.Dic/o/euangelista pcæteris deo charissime:
dic sapientiæ radiis illuminatissime:dic de sacro dominici pectoris fon-
te fluentis euangelii/quæ letificant ciuitatem dei saciate plenissime:dic
queso:doce nos supplico:quæ sit hæc gloria quã uidimus.Sumus enim
tenebræ:& tantam lucem non comprehendimus.Tu Ioannes missus a
deo:ut testimoniũ perhibeas ueritati:qui licet lux non sis/tamẽ lucis te-
stis es/& certissimus index:indica nobis quæ sit hæc gloria. Res est altis-
sima o filioli:quam nisi fides credat:sermo non explicat.Timens ac tre-
mens ad tantam lucem indicandã uobis accedo:ne forte fulgor eius op
primat nos.Scrutator quippe maiestatis opprimetur a gloria:si pro rei
dignitate loqui uoluero/ego deficiam:uos certe aut nihil penitus acci-
pietis:aut capientes aliquid dirumpemini. Totus etenim mũdus tantæ
ueritatis gratiæue scintillam capere non potest. Si minus aliquid dicere
aggrediar/iniuriam faciam tantæ maiestati:sed quoniam ad hoc missus
sum(Nam fuit homo missus a deo:cui nomen erat Ioãnes:hic uenit in
testimonium:ut testimonium perhiberet de lumĩe)Pro tenuitate mea
quo me fungi efflagitatis fungar officio. Imprimis tamen de me ipso te
stimonium meum attendite.Non erat ille lux/sed ut testimonium phi-
beret de lumine. Aperte hoc loco Ioãnes se lucem esse negat:lucis uero
non ut magistrum/sed quasi testem se indicem profitetur:illamq; cum
timore ac tremore nobis manifestare promittit hac lege:ut si quid lumi
nis pceperimus:non a Ioanne nos id habere existimemus:sed ab eo qui
est lux uera:quæ illuminat oẽm hoĩem uenientem in hunc mundum.

X

Cio multos de Ioannebaptista exponere hoc qđ dicit euangeli
s sta.Fuit homo missus a deo. Q uam sñiam pro doctorum au-
ctoritate & sapientia/qui illam tradiderunt/suscipiendam & re
tinendam existimo:& ego colo:ita tamen ut mihi liceat(quoniã domi
nus pstare dignatur)euangelistam de seipso decẽtissime locutum intel-
ligi posse.Vltimus hic omnium euangelistarum scripsit euangelium ro
gatus ab Asiæ episcopis.Neq; uero horum gratia tantum/sed cum uide
ret Corinthii & Hebionis zizaniis malorum heresum domini Sabaoth
triticeam messem contaminari/illis asserentibus dominum Iesum Chri
stum nõ uerum deum:non uerum hominẽ:sed phantasticum aliquid
extitisse/ad homines tamen in melius reformãdos de cœlo missum/ze-
lo fidei feruidus/& nihilominus suis uiribus nõ confisus indito a chai
cis ecclesiis ieiunio/& episcopis psbyteris & populo simul instanter orã-
tibus

tibus:ut illi largiretur dominus scribere euangelicam ueritatem/unde Corinthii & Hebiôis mala dogmata extirpari/& in fasciculos mitti ad comburrendum ualerent/scribere cœpit euangelium/ubi post incõprehensibile principium.s.In principio erat uerbum:& uerbum erat apud deum:& deus erat uerbũ:hoc erat in principio apud deum:omnia per ipsum facta sunt:& sine ipso factum est nihil:quod factum est in ipso uita erat:& uita erat lux hominũ:& lux in tenebris lucet: & tenebræ eã non comprehenderunt. Quis tam impenetrabiles sapientiæ ueritates adduxit in lucem/& cum adduxerit cum humilitate & modestia manifestat dicens. Fuit homo missus a deo cui nomẽ erat Ioannes:qui.s.has tantas talesqꝫ de prima ueritate sentẽtias scribere cœpit. Cur deinde scribat/edixerit/Venit enim in testimoniũ/qui testis est missus. Vt testimonium perhiberet de lumine ueritatis. Non erat ille Ioannes qui missus est lux:sed missus erat a luce:ut testimonium phiberet de lumie.Quasi dicat/non ego illumino:sed luminis testis & index accedo.Humilitatis autem ac modestiæ gratia loquitur de se ipso/quasi de tertia persona/instar Moysi penthateucon describẽtis/ne iactanter de se scribere uideretur.Hunc ego sensum adducere non auderem:nisi idem Ioannes illum bis circa finem sui euangelii/in principio epistolæ canonicæ:& in exordio apochalypsis aperte conscriberet. In euangelio nempe de quo narrare proponat ostendens/ubi scripsit.Verbum caro factum est/& habitauit in nobis. Qua ratione hanc tantam nouitatem/& inauditam ueritatem scribere: & eidem attestari audeat/mox adiungit dicens. Vidimus gloriam eius:gloriam quasi unigeniti:a patre plenum gratia & ueritate.Testimonium de solo auditu non sufficere/& testem de uisu/de propria pñtia/deqꝫ cõteste deponere ad faciendã fidẽ/spũ sc̃tõ illuminãte Ioãnes edoctus:eodem spiritu sancto ductus ad scribẽdum:& attestandum Christi diuinitatem dixit.Vidimus &c.Vbi si Ioannem baptistam solum testem adducere uoluisset/cõcinnius erat dicere/uidit/Sed quia se testem:& Ioannem baptistam contestem:spiritu sancto iubente adducere proposuerat.Ideo dixit. Vidimus:uterqꝫ.s.nostrum Ioannes baptista & ego. Quia igitur subsequenter dicat idem euangelista.Ioannes testimonium perhibet de ipso:& clamat dicẽs.Hic erat quem dixi:& plura subnectat:scribat a Ioanne baptista de Christo pdicata:& Christo exhibita non ideo negare oportet ipsum euangelistam se testem asserere. Quandoquidem per unicum testimonium Corinthii & Hebionis dogma peruersum confutari non poterat.Duorum autem de uisu:deqꝫ scientia concors testimonium:insanam heresim detegere:& confu

tare sufficiebat. Horum igitur non ignarus Ioannes: consulto dicit. Vidimus gloriam &c. Adhuc ne ambigi posset/Ioannem quasi testem ad scribendum Christi diuinitatem accessisse/statim post crucem/morteq; saluatoris enarratam adiungit. Et qui uidit testimonium perhibuit/& ille scit quia uera dicit/ut & uos credatis. Narrata porro resurrectiõe domini Iesu/cum libro finem imponeret/quasi pro fide scriptorũ suũ nomen adiiciens scribit. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his/& scripsit hæc. In principio quoq; epistolæ suæ: quæ inter canonicas numeratur/ne in asserenda euangelica doctrina testis officium recusare uideretur: ita scribit: Quod fuit ab initio: quod audiuimus: & uidimus oculis nostris: quod prospeximus: & manus nostræ contractauerunt de uerbo uitæ: & uita manifestata est: & uidimus: & attestamur: & annunciamus uobis uitam æternam: quæ erat apud patrem & apparuit nobis. Cui sententiæ plane & apertissime concinit eiusdem Ioannis initium scribendæ apocalypsis: dicens. Apocalypsis Iesu Christi: quã dedit illi deus palam facere seruis suis: quæ oportet fieri cito: loquens per angelum suum seruo suo Ioãni: qui testimonium perhibuit uerbo dei: & testimonium Iesu Christi quæcunq; uidit. Cur nunc me pigeat interpretari de Ioanne euangelista illum locum. Fuit homo missus a deo: cũ ipse Ioannes iuxta finem: & in fine euangelii: & in præfatione epistolæ canonicæ: & in exordio apocalypsis: hanc meam interpretationem tam aperte conscribat: ut qui me huius loci uerum interpretem negant: Ioãnes ipse conuincat? Post hanc igitur meã ut uidebitur fortasse interpretationem: sed ut ueritas habet: Ioannis euangelistæ de se ipso narrationem: Quoniam idem Ioannes ad domini Iesu Christi diuinitatem reuertitur ostendendam dicens. In mundo erat: & mundus per ipsum factus est. Nos etiam ad id redeuntes: unde orsus est Ioannes: huius natiuitatis quæ sit gloria ab eodem Ioanne discamus. Illum audite.

Noui & ueteris testamenti iniciorum concentus.

z
i

N principio erat uerbum. Ante omnia uideamus quomodo testamentorum ueteris & noui: initia sibi respondeant. Dum uetus ordiretur: dixit Moyses. In principio creauit deus cœlum & terram. Dicit Ioãnes dum nouum fundat. In principio erat uerbum. Moyses. Terra erat inanis & uacua. Ioãnes. Verbum erat apud deum: & deus erat uerbum. Moyses. Tenebræ erant super faciem abyssi. Ioannes Quod factum est in ipso uita erat: & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet. Moyses. Spiritus domini ferebatur super aquas. Ioãnes. Et uerbum caro factum est. Vter istorum altiori orsus est tono? Vter

solidiora

solidiora iecit fundamenta? Quoniam ex initiis (quod dici solet) sub sequentia facile dignoscuntur: & ex illa mosayca: testamentum uetus: carnalibus hominibus figura fuit/ & quasi umbra pertransiens/ non mirum si a mutabili creatura sumpsit exordium: & corporum digestiōem/ dispositionem/ ordinem ante omnia demonstrat. Nouū uero testamentū quia fulgor est luminis spiritualis & sempiterni: spiritualibus quoq; traditum est uiris manens in æternum: a spiritualibus/ ab æternis/ & penitus imutabilibus incipere debuit. Nemo hic miretur: si ab euangelio Ioannis nouum testamentum initium habere a me scriptum inuenerit. A
Scio ante Ioannem Matheum/ Marcum/ Lucamq; euangelium scripsisse: sed & ipsum Ioannem ante euangelii historiam prophetiam apocalypsis (inscrutabilium diuinorum secretorū pelagus & abyssum) scripsisse non me fugit: & nihilominus nouo testamento euangelium Ioannis initium dare dubitare non possumus: quando inde incipit euangelium ordiri/ unde fidei christianæ prima fundaméta sunt iacta. Tres euāgelistæ priores. Matheus inq̄ Marcus & Lucas: a temporanea domini Iesu Christi natiuitate historiam texunt/ Christum autem hominem fuisse: & Mariam matrem habuisse: nemo negat. Ipsum uero dei patris filium/ & uirtute spiritus sancti de matre in tempore gēitum & natum/ sola fides prædicat christiana: & solidissimum hoc habet fundamentum: Super quo totius nostræ catholicæ religionis structura consurgit. Ioannes igitur qui ante omnia hoc ipsum fundamentum stabilire aggressus est: meritissime nouo testamento principium dedisse predicatur. Neq; B
uero iccirco noui testamenti pagina præpostere traditur: quoniam sapientissima mater nostra: sancta catholica ecclesia paruulis ab initio lac dare iccirco constituit: quia solido cibo uesci nondum poterant. Quis.n. energuminus cathetizari cupiens: ad christianā fidem consequendam: quis inq̄ durus: impurus: rudis: gentilium deliramentis imbutus: emolliri: purgari: polirique desiderans moribus christianis: statim feratur. In principio erat uerbū: quod baptizati & exercitatissimi theologi tā multi simul omnes digerere nequiuerunt.

s Ed redeamus unde discessimus/ & quid Ioannes/ quid Moyses præfantes dixerint discutiamus. Dixit Ioannes. In principio erat uerbum. Dixit Moyses. In principio creauit deus cœlum & terram. Est ne utrinq; dictu idem in principio? Minime. Quinimmo non minus hæc distant: q̄ finitum ab infinito sit remotum. Principium nanq; in quo erat uerbum omnium principiorum principium est: a nullo principiabile: omnium finium finis est: a nullo finibile. Est C

inq̃ principium a quo omnia prodeunt: per quod fiunt omnia: & in quo manent omnia: ad quod omnia tendunt. Non sic Moysi se habet principium. Est enim ut sic dixerim principiatum: ab hoc ipso princi-
D pio de quo loquitur Ioannes: ut sequentia manifestant. In principio creauit deus cœlum & terram. Quid sibi uult hoc? nisi q̃ omnium creatorum primum sunt cœlum & terra? Primum uero creatorum (quia creatum esse nemo dubitare potest nisi desipiat) principium de quo Moyses loquitur: creatum a principio per nostrum euangelistam descripto confiteri compellimur: quod si durationis alicuius initium asseueres Moysen esse loquutum: quãdo dixit. In principio creauit deus cœlum & terram/ut dixisse uoluerit/primo æuo incipiente. Vel in principio temporum deus creauit cœlum & terram: illud æuum constabit esse creatum/quia tunc primum incipere describitur/cum deus creauit cœlum & terram/& quod cum creato incipit esse/creatum siue aliunde
E formatum esse necesse est. Audi nunc euangelistam. In principio erat uerbum. Nullam creationem: nullam nouæ rei productionem intelligere potuisti. Erat dicit: non fuit: non fuerat: non erit. Erat sonare dicimus: quod nondum præteriit: & præteritum tamen spectat: ita ut rei permanentiam cum respectu tamen ad prætereuntia euangelista significaret: apposite scripsit erat. Sed quando erat/o/euangelista? Semper. Quia erat in principio omnium. Non igitur aliquando aduenit: neq; profecto primo principio aliquid noui accedere potest: cuius nõ est spectare futura: uel amissa conquirere. Erat in principio: quod non habet/fuit. quod caret/fuerat: quod erit recipere nequit. Erat semper in principio primo: quia inde excludi nunq̃ potest.

De Verbo.

Quid primum erat in hoc primo principio/o/euangelista? Verbum. Memini me pollicitum superiori sermone plane mõstraturum quid apud theologos: quid inq̃ in christiana disciplina uerbum significare sit solitum. Sed si uerbi huius de quo Ioannes loquitur rationem a me expectatis/fallimini omnes: non est meum dare uobis: non ego sum tanti: nouit & potest id præstare solum omnium primum principium: quod hoc uerbum plane nouit: & totum habet in se: & semper habet: & continet totum: & est ipsum uerbum. Declarabo pro uiribus quid sit creatum uerbum: inde uerbi huius increati rationem (pro ut idem dederit) in medium afferam: neq; per substantiã:

ſed per umbram. Quis enim increati uerbi ſplendorem ferat totum: ad quod concipiendum (ut ſuperiori tractatu habitum eſt) ſanctæ Mariæ uirgini/plenæ iam gratia/uirtutis altiſſimi umbra fuit neceſſaria. Multa & fere omnia animalia motum habentia habent uocem/ſi modo pulmone non careant: uerbum inter illa habet ſolus homo. Quid ita? Quoniam uerbum mente ideſt certa ratione formatur/& in mente ſola recipitur. Bruta igitur quoniam dant ſine mente ſonum: ſine uerbo eſſe notiſſimum eſt. Licet enim affectus ſuos uoces indicare uideantur: quia tamen non certa animi ratione/ſed mera ſenſuum paſſione momentanea hoc faciunt/habere uerbum dici non debent. Remoue tu quod eorum urgebat affectum: remoue inq̃ quæ in illis iraſcibilem/aut concupiſcibilem excitant appetitum: ceſſabunt reddere uoces. Non eſt igitur garritus auium: aut ſibilus: non iumentorum mugitus: innhitus/aut balatus/non ferarum rugitus aut ſtridor: non quælibet uox bruta uerbi nuncia: ſed paſſionis. Verbum autem a mente eſt: & manet in illa: per uocem uero eius in quo natum eſt/& per audiẽtis aurem quaſi uehiculus transfertur. Vt alibi ideſt in mente audientis periſta eſſe incipiat: & ubi prius erat eſſe non deſinat. Sola igitur uox hominum uerbi nuncia inter animantium uoces: ſolum os hominis ad uerbum manifeſtandum uehiculum eſt extremum. Ipſa tamen uox hominis uerbi nomen ideo ſortita eſt/quia illud uehit. Eſt hic operepræcium intelligere (quoniam mentem uerbi parẽtem/& ſedem diximus) eos qui mente magis excellunt: qui ſenſibus/& corporis motibus minus occupantur/meliora & altiora uerba in mente concipere/& parturire: de ea parere: & ex ea emittere: quo fit ut qui homines minus paſſione feruntur/qui inq̃ minus aguntur ſenſibus/plus ualeant intellectu: & meliora uerba forment: cõfoueant/& eructent: altiora loquantur & ſaniora. Fit etiam ut animæ hominum exutæ corporibus/uel quæ corpora reſumpſerunt ſpiritualia ideſt legi ſpiritus libenter & ſine murmure/ſineq; difficultate obtemperantia (quia ueritatẽ lucidius intuentur) meliora longe uerba habeant/q̃ quæ ſunt in corpore corruptibili: quod animam aggrauare experimento ſentimus. Fit etiam ut ſancti angeli: qui mole corporis nullatenus degrauantur: qui nullas animales ſentiunt paſſiones: qui ſola ratione feruntur/uerbum ſemper habeant æque perfectum ſecundum ſe/noſtro uerbo longe perfectius. In hoc enim ab angelis paulo minores facti ſumus: q uerbum eorum ſecundũ ſubſtantiam ſemper eſt idem: licet pro rei mutatione quandoq; uarietur in

D E

illis. Nostrum autem suapte natura uariari contingit: & penitus tolli. At primum principium angelos & homines creans atq; conseruãs/quoniam est mens sine fine/uerbum habet penitus immensum: unicũ semper: & penitus inuariabile: nullam additionem accipere potens/quoniam est immensum: & immensi est augeri minuiue non posse. Pugnant enim ĩmensum esse & crescere: neq; minus pugnant inter se augeri non posse: & posse minui. Triplex igitur uerbum esse iam constat. Humanum/Angelicum/& Diuinum: his cõmune est a mente procedere: rei præsentis similitudinem preferre: præsentem illam tenere: & per notitiam consequutam eiusdem rei esse præsentiam.

De Verbo hominis.

q Vid sit nunc humanum uerbum: quid angelicum: & quid diuinum non sit: sigillatim consideremus: ut intelligamus quantum fas est: quale sit: immo quale non sit uerbum: quod Ioanne docente erat in principio. Et in primis humanum uerbum quoniam est infimum/nobisq; domesticum examinemus: ut deinceps ad angelicum ascendentibus: diuinum saltem de longinquo nobis aspicere liceat: & uidere quid non sit. Verbum humanum est præsentia spiritualis obiecti in mente hominis formata & per obiecti spiritualem similitudinem/mentisq; uigorem menti indita: unde obiectum discernitur a mente: & illi præsens manet secundum notitiam consequutã. Nemo putet ad metam logicæ disciplinæ esse hanc diffinitionem assignatam: ubi idem bis dicere diffiniendo non licet. Per quatuor tamẽ causarum genera: humanum uerbum esse circumloquutum existimemus. Videt infans inter multos homines patrem suum: quem tamen nõ solum patrem appellat: sed & multos alios: quid ita? Quoniam mentis adhuc caret officio: ut beneficio paternæ præsentiæ utens/mentisq; uigore patris similitudinem in mente compingat: qua similitudine adiutus/cum uult patrem discernat ab aliis. Crescit hic infans: & iam rationis compos effectus/non tantum lineamenta cõmunia paterni corporis/sed propria & in primis paternæ faciei figuram examinat. Deinde incessum/corporaturam/uocemq; considerat. Ita quãuis patris faciem: nondum uideat: patrem tamen intrantem domum audita eius uoce dignoscit: neq; iam alios uiros patres: sed unum & unicum agnoscit &

meminit. Hunc si interroges patre etiam longe remotissimo: quis tibi & qualis est pater? Respondebit sine mora. Julianus mihi pater est: facie oblonga/rubicunda/barbata/statura procera/uoce clara/sermōe frequenti: totq; in unum cōgeret qualitates: ut alius iam intelligi nequeat illi pater esse: q̄ cuius similitudines in mente retinet adunatas. Hoc ego dico uerbum quod.s.puer de suo patre in mente sibi formauit. Formauit autem beneficio paternæ præsentiæ. Nisi.n.patrem uidisset: nunq̄ suæ menti eius similitudinem indidisset. Quod dixi de infante & puero: nunc de adultis experiamur. Vult Socrates discere musicam: examinat uoces: sonorum numeros inuestigat: comperit ex his nascētes armonias: mente signat: & iuxta illas de uocibus/& de sonis regulas format: ad quas modulatur uocem & sonum. Musicæ uerbum ita Socrates acquisiuit. Sic de qualibet disciplina liberali: sic de medicina: sic de qualibet arte mechanica licet experiri. Nunc datæ descriptionis partes p hæc ipsa exempla declaremus. Intellectum pueri de suo patre propriam notitiam acquirentis. Intellectum item Socratis/musicas rationes uel artium quarumlibet metas & modos conquirere studentis: mentem uoco. Ita tamen q solus intellectus mens non sit tota: sed idem cum uoluntate totam compleat. Volens enim & puer & adultus/studium apponit ad illa quæ discimus consequenda. Mens ergo cum nominatur: intellectum cum uoluntate cogitate. Patrem obiectum menti pueri concipiamus. Quoniam quasi obiicitur/siue obuius fit mēti se exercenti ad cōquirendas proprietatum similitudines spirituales illius rei circa quam se exercet. Sic sonum uel uocem obiectum menti Socratis agnoscamus/dum musicæ studet. Sic corpus hominis: sic adminicula quibus conseruatur sanitatis tempore. Remedia etiam quibus istauratur lapsum: obiectum esse menti medicinam discere cupientis intelligamus. Sic reliqua circa quæ uersantur liberales disciplinæ: & quæ mechanicæ facultates uersant: mentium illas discentium aut exercentium se secundum illas obiecta esse persuasum sit. Similitudo porro horum obiectorum menti acquisita: & in illa retenta: unde mens iudicat de obiecto est profecto spiritualis idest non longa: non lata: non profunda: non ponderosa: hæc enim mentem quæ spiritus est subintrare non possunt. Quandoquidem susceptum opus sit suscipienti esse cōforme. Quare lapis non est in anima: sed spēs lapidis. Imago igitur quædā rei q̄uis corporeæ: carens lineis: carens pōdere: carēs colore: & illa omnia nihilomi-

nus(ut experimur)præferens:est quam:humanum uerbum diffiniés: ſpiritualis ſimilitudinis nomine nuncupaui. Hanc porro ſimilitudinē duo menti imprimunt. Obiectum a quo ſimilitudo illa deciditur:& mentis uigor:cuius uirtute recipitur & retinetur. Hinc naſcitur in mēte obiecti præſentia:dum mens prompta eſt:per retentam ſimilitudinē quale ſit obiectum:etiam ſi abſit:palam facere:& dum aderit de illo iudicare. Hoc ultimum ideſt præſentialitatis ratio rei cognitæ:ſpiritualis ſimilitudinis beneficio:conſeruata in mente hominis:uerbum huma-

L num a theologis exiſtimatur. Cauſa igitur per quam:ſecundum quam: ſiue formalis uerbi humani:eſt ipſa præſentialitatis ratio. Cauſa de qua ſiue materialis eſt ſpecies:ſiue ſpiritualis ſimilitudo:ex qua fit ipſa pſentia. Cauſa efficiens:ſiue unde motus:mens eſt:& obiectum. Cauſa cuius gratia ſiue finalis eſt noſce obiectum:& ſic habere præſens per notitiā: ut de illo quando uult iudicet:& circa illud operetur intelligendo atq;

M uolendo. Sed quia dum ſumus in hoc ſæculo nihil intelligimus per ſui met ſubſtantiam:quando per ſenſus exteros:& phantaſmata inde ſuſcepta interius conſeruata:examinata:& quaſi cribro excuſſa:tandem mentis acie intelligere nos oportet:& uerba formare(ut ſic dixerim)legitimum uerbum noſtrum eſſe non poteſt. Licet enim in mēte quaſi matre legitima concipiatur:& ab illa formetur:tamen a rei ſubſtantia quæ ex parte legitimum eſt generans:non procedit:ſed a ſubſtantiæ accidentibus pcreatur. Hic uenit q ſi duo obiecta ualde ſimilia:puta duo oua: aut duæ nuces:eiuſdem coloris:magnitudinis:ponderis:& figuræ:mētibus noſtris occurrant:uno nunc nobis oſtenſo:deinceps alio:poſtea ſimul utroq;:quod prius oſtenſum fuerit non ſatis plene iudicemus:ſed unum ſæpe pro alio accipiamus. Non enim eorum ſubſtantiæ(quæ legitimus parens notiæ eſſe deberet)mens noſtra ſe iungit:ſed accidenti-

N bus ſibi inuicem ſimilibus:ſubſtantiæ uero penitus extraneis. Quare quæſo ſi cuprum aut æs archimiſta:auri argentiue ueſtiuerit accidentibus:quod eſt cuprum aut æs:argentum aut aurum eſſe mens noſtra cōcipiet? Niſi quia ab adulterino progenitore:adulterinam & falſam iudicii ſobolem(quod uerbum diximus)naſci neceſſe eſt. Ita uerbum noſtrum:quod a rerum creatarum accidentibus:& a noſtræ mentis acie hic formatur in nobis:falſum eſſe ſæpe contingit:quod ſi fuerit ue-

O rum aliqn̄:perfectū eſſe certe nunq̄ poteſt. Verbū uerū qđ per fidei chriſtianæ diſciplinam concipitur:longe perfectius eſt:& fallere nunq̄ pōt: quoniam eo parente procreatur:qui licet euidentiam minime præſtet:

quia

quia non uult/errorem tamen aut falsitatem uel deceptionem afferre non poteſt: quoniam ueritas eſt prima/atq; ſyncera/cui falſitatis macula appropinquare non poteſt. Adhuc uerbum hoc noſtrum a mente quæ illud parturit/degener quandoq; fieri contingit: ſi parens fuerit flagitiis inquinata. Nanq; menti hominum: quod & uaſis uinariis ſæpe contingit. Vinũ quãtumlibet odoriferum & purum/uegeti tetro odore contaminatæ immiſſum/mox inficitur: & ſaporem bonæ naturæ cõmutat in tetrum. Sic lac cum bene nutrire ſit ſolitum: in male diſpoſito ſtomaco mox acceſſit: putreſcit: & ĩ malos humores ſtomaci uicio cõmutatur/unde bonum nutrimentum fieri debuiſſet. Ita in mente mali hominis ſe res habet. Quæuis enim quæ peruerſus uidet: quæ ue audit bona ſint/tamẽ in eo uertuntur in malum. Sic uidebit machinator ſcelerum duos colloquentes: qui reuera boni ſunt uiri: & non niſi bona piaq; loquuntur: ſuſpicatur tamen illos aliquid machinari. Quid ita? Quoniam & ille machinator eſt. Sic uidet luxuria ſordidus uirũ aliquem ac mulierem quantumlibet continentes/loco honeſto/modeſta facie/ſimul habere ſermonem: mox cachinnatur: exiſtimans illos talia uerſare ſermonibus: qualia ipſe uerſare mente ſolitus eſt. Videt iracũdus zeloq; uindictæ perditus: quem ſibi ſtatuit inimicum forum aut eccleſiam adeuntem: mox manum capulo enſis apponit: quaſi qui nihil minus cogitat q̃ cædes & uulnera illum quærat ad necem. Compertum eſt latronem: uel de alio ſcelere ſibi conſcium: duos colloquẽtes procul aſpicientem: & quid loquerentur penitus ignorantem: de ſe: de ſuo ſcelere crediſiſſe illos ſimul habere ſermonem: & ad negandum quæ dicerent acceſſiſſe. Ita dum hi aliud agunt: & hic aliquid rebus ſuis conducens: agere putauit: ſuo malo uerbo detexit crimen. Didicimus pueri. Cõſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici. Vt ergo cum Dauit dicere poſſimus. Eructauit cor meum uerbum bonum. Ante omnia bona: mente nobis eſt opus. Mens enim uerbo noſtro plus eſt q̃ mr̃. Illa ſi qd agit ad fœtum: cum illum maturauit a ſe dimittit. Mens agit ad ſimilitudinem ſpiritualem de re formandam: ſimilitudinem formatam ſuſcipit: fouet: maturat: & continet maturatam. Quare bonam mentem habere ſtudeamus: ſi ueritatem cupimus intelligere. Quoniam in maliuolam animam non intrabit ſapientia: neq; manebit in corpore ſubdito peccatis. Bonam mentem nobis dabunt bonorum uirorum cõſortia: bonæ cõfabulatiões: honeſtatis officinæ: honeſta negocia. Ita nanq; bonæ menti bona iungẽtur obiecta: per quæ bonũ ſemp eructabit uerbũ. Et de humano uerbo dixerimus hactenus. Quod quia dũ hic ſumus

P

Q

R

S

idest dum peregrinamur: futuram nostræ mansionis ciuitatem inquirẽtes angelorum uerbo multo minus perfectum est. Postea uero q̃ peruenerimus in patriã illi fere per omnia assimilabitur/ut intelligamus quale nostrum uerbum dum beati erimus in patria futurũ sit. Quale modo sit angelicum uerbum nos considerare delectet.

De Verbo angelorum.

T St certe bonorum angelorum uerbum: utroq; parẽte legitimum.
e Quando non sensuum adminiculo: non auxilio phantasmatum: quæ de accidentibus hauriuntur: illi intelligunt/quando sine omni corporis organo: per ĩtellectus acutissimam uirtutem rerum substantias penetrant: & illas funditus intuentes: earum ultimas differentias plane nouerunt: unde iam falli non possunt accidentium fucis. Mens insuper eorum in bono firmata: nihil iam potest deprauare: quod sanum in se concæpit/atq; reposuit. Hæc ut intelligamus: non erit fortasse ociosum adducere quæ & quomodo sancti angeli intelligant. Intelligunt enim aut creatorem: aut se ipsos: aut creaturas eis ꝓximas: aut remotas ab illis. Nihil enim est amplius in uniuerso mũdo quod que-
V at intelligi. Creatorem intelligunt/uel per speciem illis concreatam/uel per ipsammet dei substãtiam eorum se intellectibus ꝑ sese sicuti est manifestantem. Iam uos conspicio flagrare desiderio/quod audistis plenius intelligere. Iam uos interrogãtes intus agnosco quid sit hæc species: ad quid concreata sit/& quonammodo diuinam essentiam sufficit præsentare: cum hæc finita sit: illa penitus infinita. Attendite diligentius dum uestris his tam altis expectationibus satisfacio. Creauit deus ab initio omnes angelos/ut illum super omnia colerent: colere autem incognitum quis poterit? Cognouerunt igitur ab initio suæ creationis omnes angeli dominum deum creatorem suum: quem ab initio colere debuerunt: non autem tunc eius essentiam mentis oculis aspexerunt. Non inquã diuina natura se illis sine intermedio aperte monstrauit: hoc enim solis plene beatis mentibus tribuendum est: cum hæc ipsa uisio uel sit beatitudo perfecta: uel beatitudinis pars maxima in illa consistat. Vtpote quæ primum saltem fundamentum sit/unde culmen fœlicitatis assurgit. Angeli uero ab initio beatitudinis capaces quidem conditi sunt non tamẽ beatitudine plena in sua creatione donati. Non.n. aliqui eorum miseros se ipsos facere potuissent/cũ sit beatitudo status oĩum bonorum aggregatiõe perfectus. Securitas uero: soliditas/

ꝑmanentia

permanentia/& ut sic dixerim inamissibilitas: sit in bonorum possessione maximum condimentum. Constans est igitur tam bonos q̃ malos angelos deum ab initio cognouisse. Constans est etiam diuinam naturam, se illis penitus & sine medio tunc minime demõstrauisse. Cum uero omnis notitia menti acquiratur aut per rem penitus ostẽsam/aut per speciem rei.i. per similitudinem in mente perceptam: est consentaneum aliquam similitudinem diuinæ essentiæ mentibus angelorum fuisse cõcreatam: quæ illis diuinam naturam ostenderet: non quidẽ penitus clare atq; distincte: sed quasi confuse & subobscure: ut.s. deũ esse cognoscerent: qualis uero esset pro sua capacitate nondum plene discernerẽt. Experimur hoc in mentibus nostris: quibus natura persuasum est esse deum: qualis uero quantusue sit: quo magis cogitamus minus assequmur: minusq; explemur acquisita notitia. Q. uinimo intelligẽdi desiderium quasi exuries cibo odorato nobis famelicis accrescit. Nõ enim ille se nobis ostendit aperte: sed per effectus admirabiles/quos uidemus in mundo imaginamur quasi per odorem mundi moderatorem quempiam/quem dicimus deum. Neq; tamen hic dixisse uoluerim angelos ab initio non melius deum agnouisse q̃ nos. Illi enim sine formidinis ambiguitate deum esse cognouerant: non solum creaturas quæ tunc fortasse non erant. Neq; per aliquos discursus: quia & ipsi fallere solent: ut nobis contingit/nihil habentibus in creaturis: quod deum ꝓprie & ad unguem (ut sic dixerim) imitetur. Vis hæc melius intelligere? Imaginare, in speculo certi hominis effigiem apparere: liceat oculo tuo illam effigiem intueri: faciem cuius simulachrum representatur in speculo uidere non liceat. Alteri uero neq; faciem neq; imaginem liceat intueri: sed uoces aliquas: motus & lineamẽta quædam percipere/hominem quidem præferentia: sed incertũ: ita ut ex his accidentibus autumet quispiã hominem astare: sed quis ille sit penitus ignoret. Adhuc melius/ut hæc intelligas, finge aliud speculum/& hominem laruatum/cuius laruæ simulachrum representetur in speculo: licebit (ni fallor) ex laruæ specie/figuraq; membrorum cognoscere quempiam hominem esse ꝓpe/quis uero ille sit iudicare non dabitur: quæ eius effigies: quis color: quæ figura sit/agnosci plene non poterit. Cõcreauit deus mentibus angelorũ: nescio quid simile sibi: per quod angeli oculus spũalis ab initio deum cognouit quasi in imagine uisa per speciem in speculo relucentem: ipsam uero diuinam substantiam nullus angelus plene uidit/nisi postq̃ est cõfirmatus in gratia. Neq; enim deus angelis per se ipm oñdere uoluit: nisi prius per obediẽtiam & amorẽ se eius aspectu dignos illi reddidissent. X Y

Tenet nempe usus ætatis nostræ:ut siqui potentes uiri mulieres in locis semotis educatas:quas nunq̃ uiderunt despondere proponant:earum imaginem non faciei tantum:sed corporis proceritatem: & uenustatem ostendentem: per picturam uidere studeant. Sic & maritorum futurorum: fœminæ imagines permittũtur aspicere:corã uero illos uidere uel alloqui penitus prohibentur nisi inter illos fides matrimonii sit firmata. Ita omnipotens deus spiritibus angelicis ut primum ab initio conditi sunt:imaginem suam in specie mõstrauit:quam quidem ueluti picturam eorum in mentibus concreauit:se ipsum uero facietenus distulit monstrare:donec per obedientiam & charitatem:nexu quodam fidelitatis illi se submitterent. Hanc ipsam creatoris speciem primi parentes

Z accæperant:sicut & angeli. Prius enim q̃ creaturas mente discernerent: & ex illis creatorem agnoscerent:dominum deum qui illis p̃cepta monitaq; tradiderat agnouerant: quod non nisi per concreatam speciẽ potuit euenire. Hanc dei agnitionem quam diximus ab imaginis eius specie:non a rei siue essentiæ quæ deus est:ostensione clara prouenire:omnes angeli boni pariter & mali accæperunt ab initio: hanc omnes retinent: & semper habebunt: neq; propter peccatum mali angeli illã amiserunt: non inquã aliquando deum penitus ignorauerunt: Q oniam nulla culpa fuisset tunc penitus ignotum non colere: & nunc penitus ignotum odio habere non p̃nt. Habent igitur ab initio mali angeli inditam speciem: per quam nunc illum timent:tremunt: & eius iussibus obtemperare coguntur. Sed hæc ipsa species in illis obscurata est. Nequitiam nempe eorum quasi laruam super induxit. Vnde fit q̃ dei bonitatem in specie huiusmodi non aduertunt. Iustitiam uero tantum cogitantes quasi puniendi rigorem oderunt semper. Hæc ipsa species sine larua mentibus hominum si Adam non peccauisset:indita fuisset clara atq; perfecta:qualem ab initio deus angelis & hominibus infundere dignatus fuerat. Sed quia in Adam peccante obscurata est: non penitus tamen amissa: omnes homines dum fiunt: illam obscuram accipiunt. Non enim melius se habentem illam assequũtur: q̃ primi parentes quando genuerunt potirentur eadem. Hinc est q̃ ut primum usus rationis hominibus accedit: uiget in uniuersis religionis opinio: & studium colendæ diuinitatis. Hinc etiam est q̃ hactenus nulla inuẽta est tam efferata barbaries apud quam colendi deum aliqua cura non fuerit. Hæc ipsa species de qua loquimur: fortasse fuerit lumẽ illud qđ

A Dauit cantauit in psalmis. Signatũ est super nos lumen uultus tui dñe. Sed inter obscurationẽ demonicarũ mentiũ & humanarũ hoc interest:

q̃ illæ

ꝙ illæ illuminantis beneficentiam nõ diſcernunt: & diſcernere amplius nõ poſſint: larua iniquitatis & perfidiæ cui quaſi callus obductus eſt: ꝑ obſtinationis duritiẽ prohibente. Iſti uero diſcernunt/quibus inſuper obſcuratumq; eſt non irrepabiliter: quoniam non per deſperationis laruam: non per obicem obſtinationis irreuocabilem: ſed per fragilitatis & ambiguitatis obſtaculum impediti ſũt: quod fides purgat: ſpes fugat: charitas exterminat.

Species intelligibilis finita quomodo infinitum poſſit oſtẽdere.

q Vomodo hoc lumen: hæc ſpecies: hæc ſpiritualis ſimilitudo finita cum ſit: deum infinitum repreſentare aut notũ facere poſſit: nunc oſtendere conuenit: qđ facile fuerit/ſi meminerimus ſculptores minimis lineis: uaſtorum animaliũ integra corpora deſignare: etiam latos fundos: montes altos: flumina tortuoſa: maria uaſta: omnem terræ faciem coſmographos una in membranula ante oculos ponere: non eſt repreſentandi: oſtendendi: aut notum faciendi ratio/commenſurationis lege uincita: non eſt inq̃ neceſſarium tantam eſſe figurã oſtendentem: quantum eſt quod per illam oſtẽditur: ſimilitudo in his requiritur/non æqualitas: neq; ſimilitudo ad hoc ipſum neceſſaria eſt: quæ per eaſdem cõſurgat qualitates: quoniam omnis pictura: omniſq; ſtatuariæ artis opificium redigeretur ad nihilum/ſi quoniã ſtatuæ uel picturæ non uiuunt: uiuentes homines præ ſe ferre non poſſent: ſi colores carnem: ſi lignum: ſi es: ſi lapis hominem deſignare: & cõmemorare non poſſet. Eſt inter ſignum & ſignatũ conuenientia quædam: quantitate cõmenſurante: qualitate adæquante non limitata: ſed quadã (ut ſic dicamus) correſpondẽtia: quodãue concentu: plane contenta: quã ſi imitatiõem dixero: quid melius dicam uere non habeo. Itaq; ſpecies illa quam diximus: tam etſi diuinæ maieſtatis ĩmẽſitati comparata: minor ſit pulice ad menſuram mundi/habet nihilominus imitationis aliquid: & quaſi ueſtigii unde dei naturam oſtendere poſſit: neq; uero falſum aliquid uel falſo oſtẽdit: quia deitatem totam: & infinitatem eius non præferat: & præferre non ualeat: ſicut nõ fallax eſt pictor dum per colores & figuras hominis lineamẽta deſignat: & mores monſtrare nõ poteſt: non uires animi: non uocem: non ſenſum: non inceſſum. Satis iam conſtet angelos ante peccatum deum cognouiſſe per ſpeciem concreatam: nũc inſuper per eandem ſpeciem bonos illum agnoſcere ſine larua: malos obſcure: & quaſi per laruam. Secundum hanc agnitionem certum inſuper ſit deum utriſq; eſſe præſentem: & hanc præſentiæ rationem eſſe in angelis primum uerbum.

De secundo angelorum uerbo.

c Ognouerũt angeli fortasse etiam ante peccatum dominũ deũ creatorem suũ per creaturas: hoc quale sit in iam adducto exẽplo constabit. Si cogitabimus Socratem Platoni agnitum non per suæ lineamenta faciei/non per effigiem uisam in speculo/ uel picturam: sed p uocem: per incessum: pq; alia hominis habitum indicantia: hæc q̃uis certi uiri formã nequeant demonstrare: hoiem tñ ostendunt. Veluti si hominis uestigia cernas in puluere: hominẽ preteriisse cognosces. Quis sit: aut quantus sit iudicare plene non poteris. Ita angeli cœlos/ stellas: stellarum fulgores: motus horum certos: elementa metas seruantia: eo℞ tam multiplices: tamq; admirabiles mixturas considerãtes/ cognouerunt fortasse uirtutem aliquam/ hæc omnia condidisse moderariq; continue. Quæ uero sit: quanta/ & qualis sit hæc uirtus plene inde assequi minime potuerunt. Hanc creatoris per cognitionem quam adduximus præsentiam/ in sanctis angelis partam/ aliud uerbũ esse scitote. & ipsam pñtiam creaturarum obtentam: siue per cõcreatam spẽm: siue per propriam rerum substantiam: uerbum de creaturis cognitis in mente angelorum esse non uos lateat.

De Verbo angelorum perfectissimo.

u Bi factum est in cœlo ꝑlium magnum: ubi Michael & angeli eius uictoriam obtinuerunt/ deo se per omnia submittentes: illum ut par est plus amantes q̃ semetipsos: non iam quasi p speciem formatam in speculo tñ: sed per se ipsum deus se illis ostẽdit: & in hac ipsa fœlicissima uisione omnes creaturarum ideas. i. similitudines essentiarum inspexerunt: quæ omnia & nos in beata uisione contueri licebit/ si strenue stantes in acie/ quoniam militia est uita hominis super terram/ pleni animo decertantes/ hostem draconem fuderimus: & fugauerimus: ut in cœlo mentis nostræ locus eius amplius inueniri non possit. Hæc porro dei creaturarumq; pñtia per notitiam de illis acquisitã: mentibus angelicis in diuinæ essentiæ uisiõe aperta perfectissimum est uerbum quod habere possint: uel desiderare sufficiant. Cognoscũt præterea sancti angeli se ipsos per suãmet substãtiam: se illis sine medio speciei alicuius ostendentem: quæ suimet pñtia: sibi ipsis in semetipsis pernoscendi rationes acquisita: uerbum est in mentibus eorum. Habẽt igitur sancti angeli de natura diuina triplex uerbum: quod secundum inchoandi rationem adducam. Per speciem cõcreatam. Per creaturas. Per diuinam essentiam se sine medio demonstrantem. Habent de se ipsis singuli & de creatura coniuncta. i. de angelis omnibus: ac de animabus

A

hominum

hominum quæ rationis beneficio illis consortes existunt/triplex uerbũ. Vnum per suãmet aliorum ue substantiam. Aliud per speciem concreatam. Tertium per diuinam essentiam in semetipsa illis hæc omnia demonstrantem. De creatura uero inferiori.i.ratione carẽte/triplex etiam uerbum habere illos satis puto constare:primum per speciem cõcreatã: secundum per ipsarum rerum propriam substãtiam:tertium in diuina essentia illis in se ipsa aperte omnes essentias rerum demonstrante. Duo primi modi in quolibet ordine bonis/& malis angelis sunt communes. Tertio soli boni perfruunť. Si quæ de uerbi ratione hactenus diximus: examinare diligenter uoluerimus puto constabit bonos angelos de qua libet re triplex uerbum habere:malos duplex:homines in hac uita unũ tantum:in futura autem uita(si pie hinc decesserint)triplex cum angelis bonis ad gloriam/si impie duplex cum malis ad ignominiam habituros fore. Exceptus sit dominus Iesus Christus in quo quoniam uerbũ habitauit:illam tertiã notitiam omnium perfectissimam:quam theologi notitiã in uerbo nominauerunt/semper habuit etiã mortalis. Quia uero peccato fuit semper immunis/concreatis speciebus carere non debet inditis Adæ:dum crearetur. Habuit ergo notitiam primam:bonis ac malis angelis cõmunem:quando per cõcreatas rerum species/deum/se/& uniuersas creaturarum naturas penitus intellexit. Rursus quia fuit homo sicut & nos/nostro more de nobis & de creaturis notitiam experimento compertam acquisiuit. Existimo nunc satis apparere uerbũ nostrum dum hic sumus/omnium esse imperfectissimum.Quoniam primo quasi caremus:quod est certum.Tertium hic habere nõ possumus: quod est perfectissimum & optimum uerbum. Mediũ habemus:non a rei substantia:sed ab accidentibus:quæ sepe nos fallunt. Mali angeli falli ne possint. Bonos an contingat ignorare futura:dicemus si de sanctis angelis deus dederit nos habere sermonem. C D

Verbum dei quid non sit/& quid de illo capere possimus.

Er ea quæ de hominum & angelorum uerbo dicta sunt/facile constabit inquirere uolentibus/quid non sit dei uerbum. Non enim est sicut uerbum hoĩs in hac uita. Quia non est a mente hominis impfecta sensibus quasi ducibus indigua:quæ passionibus corporis:ut aliqua labe criminis a recto possit auerti. A mẽte in obliquabili/& quæ rei substantiã melius q̃ existat interius in seipsa intueť/iã notum est dei uerbum sumere principium. Non etiam sicut angelorũ uerbum nascitur uerbum dei. Licet enim mens angeli rei substantiã nudã attingat:& p grãm nequeat a recto discedere:tñ a mẽte dei remotissime E

distat. Quia hæc increata: illa creatura. Hæc per naturam propriã sem per fuit: eritq̧ perpetuo penitus recta & nulla unq̃ ratiõe permutabilis. Illa a deo habet per gratiam unde maneat in rectitudine stabilita. Hæc nulla uirtute creata/nullo inq̃ obiecto a se seperato adiuuatur: ut uerbũ formet: sed deus ipse/sua mente se contuens: se nouit & omnia. Angelorum uero mentes licet suam substantiam contuentes se intelligant/& per sibi concreatas similitudines spirituales rerum/intelligant multa/nõ tamen omnia. In mente item dei præsentia dei/substãtia dei est: quæ secundum rem: aliud q̃ deus esse non potest. Quoniam quod factum ẽ:
F in ipso uita erat: ut infra declarabimus. In mente angeli præsentia rei intelligibilis substantia angeli esse non potest. Itaq̧ uerbũ dei a uerbo hominis & angeli multipliciter distat. Quoniam in deo unicum est: substantia est: infinita substantia est: semper manens: semper productum: produci nunq̃ incipiens: nunq̃ desinens. Verbum uero angelicũ & humanũ/semper & de omnibus unum esse non potest: sed multa (ut sic dixerim) uerba angelos & homines habere necesse est. Pro rerũ nanq̧ uarietate quæ eorum mẽte uersantur/in illis multa & uaria opus est uerba uersari. Ita finitum & uariabile est hominum & angelorum uerbũ: produci aliquando incipiens: aliquãdo desinens: ut de illo dicere liceat: nũc producitur: post hæc non producetur: productũ erit quod ante nõ fuerat. Quæ singula nephas est de uerbo cogitare diuino. Sed quid ita? Quoniam deũ semper intelligere se/& simul omnia necesse est: & nullius extra se adminiculo hæc intelligere. Non enim rem per rei substantiam: sed per sui ipsius essentiam intelligit: atq̧ naturam. Habet igitur semper se/& omnia sibi præsentia: non per aliquam speciẽ/siue spiritualem similitudinem: sed per suam essentiam: quæ est spiritũm omnium fons indeficiens/omniumq̧ similitudinum non similitudo: sed idemptitas & substantia tota/eminentius q̃ intelligere quispiam possit conti-
G nens omnes res. Quare si uerbum est præsentia rei intelligibilis mentĩ ĩtelligenti: uerbum uero produci est præsentiam hanc produci/conueniens est dei uerbum semper produci: & semper esse productum. Quoniam mens dei quæ deus est: semper se deum & omnia quæ intelligi ullatenus possunt per suam essentiam plenissime nouit.

Verbum dei uere generari esseq̧ filium dei.

h Inc põt apparere dum dicimus mẽtẽ hoĩs uel angeli cũ obiecto gignere uerbũ/ĩproprie nos eẽ locutos. Nẽpe si physicoꝶ rõnes nõ respuerimus/gignere eẽ hoc, ꝓfitebimur q̃d sbam ꝓducere.
H Verbũ uero hoĩs/& ãgeli sba eẽ nõ põt: neuter ergo uerbũ gignit. Ita uerbum hoĩs

bum hominis non est filius hominis: non est etiam uerbum angeli filius angeli/quando filium & patrem substantiam esse: & secundum speciem unum esse conueniat. Econtra quia uerbum dei substātia est: & nihil esse aliud q̄ dei substantia potest: quoniam est in deo/ubi accidens eē non potest: estq; productum uirtute mentis: per intellectum tendētem naturaliter in obiectum/Genitum dei uerbū propriissime dicimus/qd si adeo est genitum: filium esse dei/uerbum dei negare non possumus. Idem esse dei uerbum/& dei filium uos omnes iam existimo intelligere: quando uerbum a deo gignitur/& eo q̄ gignitur filius est: eo q̄ præsentia est rei cognitæ dicitur uerbum. Verbum insuper dei ab hominis & angeli uerbo remotissimum esse puto iam constare/longeq; diuersum/habet quidem commune cum eis q̄ a mente progreditur: & ab obiecto: sed non ut accidens: non ut aliquando nasci incipiens: non ut aliquando finiens: sed ut semper manens: ut uere filius gignenti per omnia coæternus. Quale nunc uerbum/o/euangelista caro factum est? Quod erat in principio. Erat ne uerbum hominis? Minime. Quoniam neq; homo tunc erat: neq; mens tunc erat impura: quæ sen suum egeret beneficio. Erat ne uerbum angeli? Multo minus. Quia in eo principio angeli non erant. Erat uerbum principii omnipotentis: p̄ omnia simile: per omnia æquale illi. Totum nāq; primum principium sibimet cognitū/suam cognitionem se ipsum in omnibus & per oīa assimilantem: & adæquantem ab initio. Immo sine initio tenuit: semperq; tenebit/sibiq; præsentem habuit & habebit.

De differentibus modis essendi uerbi dei.

u Erbum erat apud deum. Non dicimus uerbum hominis esse apud hominē: sed in homine: non apud angelum uerbum angeli: sed in angelo esse prædicamus. Hoc autem uerbum cuius nūc uidemus gloriam/erat in principio. i. in deo: & apud deum. i. apud principium. Vis scire quomodo hæc se habeant/audi. Deus erat uerbū. I
Erat igitur in deo uerbum per incompræhēsibilem/summāq; unitatē: & imptibilis naturæ omnimodā identitatē. Erat apud deū/per genituræ ieffabilis rōnem/per quam p̄ntia (ut sic dixerim) essentiæ diuinæ cognitæ deo innascit᷑ cognoscēti/dū ꝗdeus sibi ip̄i/secundū naturā/per intelligendi se operationem sibi fit præsens secūdum intelligentiā. Quæ secūda p̄ntiæ ratio/qa est genita (ut paulo an̄ mōstrauimus) est aliqua rōne eēndi distincta. Verbū igit᷑ secundū essentiā: deus erat: & in principio erat/Secundū geniturā uero: & p̄sonā genitam erat apud deū. Hoc erat in principio apud deum. Verbū hominis in homine nō est in prin

cipio(ut docuimus)sed illi per tempus accedit:& pro tempore manet. Quod si angeli mox ut creati sunt uerbum habere cœperunt:nō tamē penitus in principio uerbū habere intelligi debent. Quoniam illos prius accipere esse:q̄ operari conuenit:& est oportunū intelligendi ordinē ab essendi ratione non deuiare. Hoc autē dei uerbum ita in principio.i. in deo erat:& apud deū erat:ut nunq̄ deus fuerit sine uerbo:quia secun

K dum deitatem hi duo sunt omnino unum & penitus idem. Ne quis ergo existimaret hanc identitatem secundum quā deus erat uerbum tolle re distinctionē:secundum quam uerbum erat apud deum. In hac quarta propositione euangelista resumit utrunq;:identitatē.s.quam attulimus:& distinctionem dicens. Hoc.s.quod dixi deum esse uerbū:& uerbum esse apud deum:erat in principio. Quasi dicat. Nunq̄ in deo fuit sine distinctione identitas personarum:& nihilominus ipse diuinæ personæ secundū deitatem nunq̄ identitate perfectissima carere potuerūt.

De numero & ordine dictionum a Ioāne in quatuor primis propositionibus sui euangelii positarum.

No tantum uerbo grammaticæ orationis partes usus est hactenus euangelista dicēs. Erat. Tribus uero nominibus. Principio/ Verbo/& Deo. Vno ꝓnomie. Hoc quatuor propōnes effecit: tres quarum antecedentes/inter seipsas admirabiliter/& incomprehensibiliter circūduxit:per quartam uero tres añcedētes cōplexus est:ubi magnum fratres charissimi altius ꝑscrutantibus indicat sacramentū. Gram

L maticum uerbū neruus est & cōpago totius oratiōis. Vnū igitur & semper idem in quatuor his orationibus grāmaticū uerbum/unam & unicam dei essentiam:eandem sibi penitus & in tribus personis nullatenus uariatam ostendit/& ideo erat uerbū in principio. Erat & uerbum apud deum:& deus erat uerbū. Quod quarto loco dicitur. Hoc erat in principio apud deum:collectio est omnium iam dictorum in unam propositionem. Sicut tres diuinæ personæ in una essentia colliguntur:& colligātur. Est insuper uigilanter attendendum tres añcedentes ꝓpositiones ex duobus singulas nominibus cōstare. Primam ex principio & uerbo. Alteram ex uerbo & deo. Tertiā ex deo & uerbo. Quartam ex principio

M & deo. Ita tres termini/tres in deo ꝑsonas manifestant. Principium patrem ostēdit. Verbum filiū manifestat. Deus indicat spūm sanctū. Hoc uero quia de principio/de uerbo/deq; deo affirmari manifestū ē/cū qlibet eorū hoc aliqd certissime sit/diuinā essentiā importare uidet̄. Quæ quālibet ꝑsonam & simul oēs amplectitur:sicut & hoc de singulis ꝑsonis/& simul de oibus affirmatur. Cur pāter potissimū principii nomine

censeatur

censeatur/declaratum inuenies/ubi de spiritus sancti missione tractabimus. Cur filius uerbũ nominetur paulo ante monstratum est. Cur dei nomine spiritum sanctum designari itelligamus/cognoscet qui tonum primæ & ultimæ decacordi huius nostri corde attentis auribus accæperit/qui inq̃ expositionẽ nostram super missus est: & orationẽ pro solẽni tate pentecostes de spũ sancto conscriptam legerit diligẽter. Est & aliud N
in ordine terminoꝝ istorum contemplatione dignissimũ. Sicut.n.pater primus origine ẽ in trinitate sanctissima/ita principii noïe primo ab euã gelista nominatur. Et quia filius siue uerbum: patrẽ statim origine sequitur: ideo statim post patrem nominatur uerbũ: sicq́ prima propositiõe primæ originis ratio designatur. In principio erat uerbum. Si enim erat in principio nonne erat in origine sua? Erat ergo uerbum in principio: sicut per opationem intellectus originatum in originãte reponitur. Quando qui se intelligendo principiat: non extra se sed in se ipso principiat: & continet originatũ. Rursus quia filius spũm secundum originem nostro loquendi usu añcedit: & spiritus sancti emanatio a patre est per filium: ut tractatu de spiritu sancto declaramus: Ideo in secũda propositione præmittitur filii persona: subsequitur uero spiritus sanctus cũ dicitur. Verbũ erat apud deum. Adhuc quia & filius & spũs sãctus eodẽ originis loco: siue signo a prẽ procedunt. Vterq́.n. siue sigillatim: siue simul collati fuerint secũdo originis signo dicunt̃ a prẽ ꝑcedere. Pr̃ in primo signo constare putatur. Vtriq́ nempe collatus pater æque est a se: & eoꝝ uterq́: filius inq̃ & spũs sanctus æque ꝑcedit a patre: licet ratio procedendi non sit penitus eadẽ & una. Iccirco in tertia ꝑpositione præponitur spũs sanctus uerbo: cum dicitur. Deus erat uerbũ. Quatenus itelligamus sic spũm sanctum esse posteriorem origine filio: ut tñ patri cõparatus possit sine posterioritatis ordine filio coæquari. Quia uero tres hæ personæ diuinæ: sic origine distinctæ & ordinatæ sunt: ut in natura atq́ substantia simul existant: & unũ sint penitus in ratiõe principii: pro quanto ad creaturas attinet producendas: ideo anteq̃ creaturæ a deo pro gressum Ioannes referat: has tres personas unum ostendit & unicum esse principium omnium rerum: dicens in quarta propositione. Hoc O
erat in principio apud deum. Quid hoc o euangelista? Pronomina nempe demõstrantia in oratione posita: si nihil demonstrãt ociosa sunt & uana. Scimus te sapientissimum: iam apochalysim scripsisse te constat: quo in opere plus continetur sapientiæ: q̃ simul omnes homines capere possint. Quid igitur/o euangelista demonstras: isto pronomine hoc: cum dicis, Hoc erat in principio apud deum? Quod

sibi uult hoc: quod dicis: Hoc erat? Intelligi credo uoluisti: q̃ hoc .s. uerbum erat in principio: ut primo dixisti. Et erat apud deum ut secundo prædicauisti. Deus quoq; erat uerbum: ut tertio loco confirmasti. Pronomine inq̃ hoc ostendere uoluisti simul tres illas personas: patrem siue principium: uerbum siue filiũm/deum siue spiritũ sanctum unam esse substantiam: ideoq; noluisti dicere/hæc erant in principio apud deum/ ne tres fortasse substantias a se substantialiter sepatas deum dicere putaueris. Hoc igitur quod est patrem esse: siue esse principium: hoc quod est uerbum esse: siue esse filium: hoc quod est deum esse: siue esse spiritũ sanctum/erat in principio/idem hoc/eademq; omnino substãtia. Si uero dum dicit euangelista/hoc erat in principio. Esse in principio aduerbialiter sumitur/non inchoationi primi temporis id assignemus/sicut Moyses dum dixit. In principio creauit deus cœlum & terrã: supra omne tempus: supra omnem inchoationem succedentium rerũ intellectus assurgat: & intelligat: ante omne tempus: ante omnem cuiuslibet creaturæ incœptionem. In æternitate incommutabili/primum omnium effectuum/totum hoc in se eẽ complexũ/esse principium: esse uerbum: & eẽ deum. Erat igitur hoc in principio apud deum: ita ut omnẽ penitus icœptionem excludat. Bene se habet. Iam constat una & quidem maxima huius natiuitatis gloria: quæ Corinthii & Hebionis stultitiam exterminat. Illi dicunt. Christus non est deus homo de Virgine natus. Ioannes dicit. Verbum caro factum est. Caro est homo. Verbum autẽ est deus: & hæc duo unũ sunt in dño Iesu christo: quare Christus est deus homo.

De Trinitatis omnipotentia.

O Mnia per ipsum facta sunt. Vt mentem Corinthii & Hebionis Ioannes penitus eneruet: neue quis etiam credat euangelistam asserere dominum Iesum Christum esse gregalem deũ: quales multos gentilitas coluit: Vulcanũ igni/Iouem cœlo præfecit. Vbi Iesum deũ esse monstrauit: mox adiecit. Oĩa per ipsum facta sunt. Oĩa inuisibilia quæ sunt citra primum. Oĩa etiam uisibilia per ipsum deũ prẽm filiũ & spiritum sanctum/facta sunt. Non tamen ut a tribus principiis: sed ut ab uno maxime singulari omnium primo/per se uno/ac totius unitatis principio. Poterat dicere/omnia per ipsos: quasi per plura principia facta sunt omnia. Sed quia unius naturæ uigore/sapientiæ splendore/ unius bonitatis immensitate/facta sunt oĩa dixit. Per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. &/pro idest hic accipiendum existimo. Hæc igitur propositio declarationis gratia/ab euangelista super inducitur.

citur. Q uia enim dixerat/Omnia per ipsum facta sunt. Ne causas secũdas & penitus ociosas: & nihil agentes dixisse uideretur/adiecit. Et sine ipso factum est nihil. Si.n.ipse fecit & facit omnia/tota causarũ secundarũ series ociabitur & torpebit. Nõ sic res se habet dicit euangelista. Hoc primum principium: quod causas secundas: materiam.s.formã: efficiẽtem uirtutem/& finientem/per quatuor causarum genera distribuit/sic cũcta quæ cõdidit administrat/ut tñ ,pprios ea motus agere: opatiões ac opera producere sinat/Iubet inq̃ principium per quod facta sũt oia: materiam suscipere dispositiões ab agentibus. Formam item ab agentibus immitti materiæ: ut fiat compositum quod maneat: & operetur id ipm cuius gratia factum est. Sed hæ causæ sic agunt: ut a deo: ut a uerbo: ut a principio agere illis inditum est/Q uare cooperãdo secundis causis primum principium singulis suo modo faciendi uim præstat: quod si se: si uigorem suum a creatis auferat causis: agere illæ cessabunt. Et si iam factis a rebus separet uirtutem suam: protinus in non facta uoluentur. Q uando ergo dixit euangelista. Omnia per ipsum facta sunt. Non sic intelligi uoluit: ut nil a secundis causis sit effectum: sed ut sine ipso præstãte uigorem: factum sit a creaturis/& fieri possit nihil. Primum igitur quod dixit euangelista. Omnia per ipsum facta sunt/ad primam rerum creationem attinet: quæ a solo deo: nulla illum coadiuuãte materia pro diit: nulla ui adminicula tribuente processit. Alterum.s. Et sine ipso factum est nihil: ad generationes: corruptiones: & alias quaslibet creaturarum transmutationes est referẽdum: ut illas sine deo/sine patre/filio & spiritu sancto fieri non credamus. Ita per ipsum uerbum ab initio facta sunt omnia. Et post primam creationem rerum in operibus creaturarum: sine ipso factum est nihil. Est hæc huius natiuitatis secunda gloria: Manicheorum confusionem ostendens: & aduersus illos ac de illis tropheum statuens. Non enim sunt duo prima principia: quando per unũ deum qui est uerbum caro factum: facta sunt omnia. Q

Ratio idearum unde constat sine deo nihil posse fieri.

q Vod factum est in ipso uita erat. Dixerat euangelista sine ipso factum esse nihil. Q uod ut monstraret causas agentes nõ tollere sed confirmare mox addit. Q uod factum est in uniuerso mundo: Materia: Forma: Agente: ac fine creato coeuntibus: anteq̃ fieret in semetipso: uita erat in ipso primo principio: in ipso uerbo: per quod facta sunt omnia & sine quo factum est nihil. Lapides & reliqua motu carentia in semetipsis quæ scilicet sua uirtute non transferri: non au- R

geri neq; minui notum est/uitam non habet equidē secundū uegetan-
di rationem: & uita nō sunt. Plantæ quæ uirescunt & decidunt uita nō
sunt: uitam tamen/sed maxime occiduam accæperunt. Animantia quæ
uegetant mouentur & sentiunt: q̄uis uitam habeant uegetabilibus præ
stantiorē/uita non sunt. Homines quia uegetant in semetipsis a se mo
uentur: & in se habent unde sentiunt & intelligunt uitam habent: quæ
illis hæc munera præstat melius q̄ brutis: sed uita non sunt. Firmamen-
tum & stellæ fixæ: planetæ & eorum orbes (etiam si secundum academi
cos) uitā habeant (ut idem academici putant) q̄uis certo semper nume
ro pondere atq; mensura moueantur: uita non sunt. Angeli penitus in-
corporei (qui sola mente consistunt) uitā & ipsi habent unde sapiūt &
mouent: sed uita nō sunt. Vnde ergo hæc omnia uitam habere poterūt:
nisi ab eo qui uita erat: & in quo omnis uita erat semper: neq; unq̄ esse
incæpit uel incipere potuit? Igitur quod factum est: qualecunq; uitam
habeat: ideo illam habet: quia accæpit a prima uita: ideo illā habet quo-
niam in ipso faciente omnia uita erat. Et nisi anteq̄ fieret quod futurū
erat: fuisset uita in faciente/uitam nunq̄ in seipso fuisset adeptū. Q uia
nemo aliquid præstare potest quod non habet: nemo recipit a nō habē-
S te. Certe nisi architectus parietum/& totius structuræ rationes haberet
in mente: domum bene distrubutā/suis partibus sibi congruentem effi
cere non posset: nisi citharedus numeros modosq; cōcentū mente tene-
ret per citharam concentus nullos penitus faceret resonare. Sic oēs opifi
ces antea necesse est rationē.i.certā metam sui opificii mente compinge
re: dehinc illud exterius sic efficere: ut præconcæptam similitudinē imi-
tetur. Terra dū spōte uel cultoris studio: olera/aristas/semētē/& plantas
parit: qs modos horū conficit? non terra quæ rōnis est expers: nō homo
qui colit: quoniam quales mente statuit: uel quando & quomodo statu
it/gignere de se: uel in se filios nequit: longe minus quēadmodum illa
de terra nascantur: & crescant: mensuras/& pondera/figurasue adulto-
rum/pro arbitrio poterit moderari. Est aliquid cuius similitudinē imi-
tentur: ut quem artifex facere cogitauit/sic ista consurgant. Q uātoma
gis igitur animantia: cœlorū orbes: stellarum globos: animas hoīum: an-
gelorum naturas: quæ facta sunt omnia/ab artifice fabricari oportuit: q
in sua mente horum sciuerit conuenientes agitare modos? Et ut præcō-
ceperat ordiri atq; contexere. Omnium igitur horum architectum quia
nobis euangelista monstrauit/quando dixit. Oīa per ipsum facta sunt:
& sine ipso factum est nihil. Q ualis sit architecturæ huius ratio idē euā
geli[?]manifestat cum addit/Q uod factū est in ipso uita erat. Q uic-

quid enim in uniuerso mundo factũ est hactenus aut fiet unq̃: suos mo dos/suas mensuras/suas essendi & operandi rõnes/anteq̃ fieret habebat in principio in uerbo/in deo.i.in pr̃e filio & spũ sancto. Hoc autẽ in ipso uita erat: idest uera & sincera essendi ratio erat: quando uiuere uiuentibus est esse. Exemplaria imaginationes similitudines siue species intelligibiles quas de suarum artium operibus habẽt hoĩes in mente uita nõ sunt: sed artificibus accidentia. Acquiruntur enim: mutantur: amittuntur: neq̨ tamen iccirco artificiũ uita mutatur uel amittitur. Crescunt sæpe hæc dum in illis uita decrescit. Contingit enim nimia imaginatione deficere cogitantem: quod fieri nõ posset/si species intelligibilis quæ nascitur in artificis mẽte uita esset: uitã naturamq̨ augeret: dum crescit aut perficitur: non fatigaret: sicut igne igni adiũcto crescit calor. Igitur creaturarum ideas.i.rationes & similitudines in deo ante sæcula existentes: ne crederemus esse accidentia: aut diuinã mentem quouis modo fatigãtia/illas ipsas ideas: uitam esse dixit in ipso: non uita quæ illũ uiuere faciat (uiuit enim se ipso) Sed qua cuncta uiuunt: prout ipse in quo erãt anteq̃ fierent ea uiuere constituit. Ita ergo: quod factum est secundum exteriorem siue mundanam existentiam: uita erat: secundum ideã in ipso primo omnium rerum opifice uerbo. Nonne aperte monstrauit euãgelista: quid sibi uellet quod iam dixerat. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil? Constat certe nullam rẽ sine idea.i.sine exẽplari: secundum quod consistere debet posse consurgere. Omnium uero rerum anteq̃ fierẽt: erant exemplaria in primo principio: in uerbo: in deo: ut ab euangelista paucis est scriptum dum dixit. Quod factum est in ipso uita erat. Quare ueritate uerius est: in quo uita erant omnia anteq̃ fierent: per ipsum omnia facta esse: & sine ipso factum est nihil. Possent adhuc hæ tres propositiones inuicem continuari: nec diq̨ prioribus tribus: ut prima significet deũ esse omnium quæ fiunt: & facta sunt primum efficiens. Vim nanq̨ efficiẽte sonare uidetur: hoc ipsum quod dicitur: oĩa per ipsum facta sunt. Secunda deum omniũ esse conseruatorẽ præferat: quoniã non est minor uirtus conseruans q̃ efficiens: quando a casu aliquam uim habet agendi. Nihil nisi a ꝓposito conseruat effectũ. Sine ipso ergo factum est nihil. Sed in hoc sensu factum est: nõ erit una dictio uerbum ue passiuũ præteriti temporis sed duæ dictiones & ita sumentur. Nihil factum est.i.nihil creatum: est.i.manet sine ipso. Quoniam per ea quæ iam diximus ipse conseruat omnia. Tertia propositio faciendi ac conseruandi rationem insinuet. Efficit enim & cõseruat oĩa principium primum. Pater.s.filius & spiritus sanctus: quia trium horũ

T

V

(ut sic dicam) essentia: fons est & origo uitæ totius: & omnibus uitam tribuit. Ipsa uiuunt uita tributa: quæ tamen dum tribuitur non sepatur a dante. Ita quod factum est: in ipso faciente uita erat.

Q d' gratia dei omnibus creaturis est necessaria sed maxime rõnalibus.

e T uita erat lux hominũ. Monstrat euangelista quomodo unico æternæ uoluntatis æterno actu omnia creat: & cõseruat idẽ deus de quo hactenus locutus est: & quem carnem factum au-

X diemus. Lumẽ quæso per quod oculi pupilla uisibilium rerum recipit spẽs: non ne a lumine solis ut a primo corporeorũ luminum fonte prodire necesse est? Colores itẽ quos oculus uidet: nõ ne a lumine eiusdem solis profecti sunt? Cũ color nihil aliud sit q̃ luminis reuerberatio in superficie secundũ mixturam quatuor primarũ qualitatum præualentem in corpore. Dedit ergo lux solis oculo ut colorẽ uideat: colori ut uideatͬ ab oculo. Offer oculo colorem cum luce solis / aut lampadis (quæ certe ab igne & ignis a sole lucem habere dignoscitur) mox oculus beneficio lucis adiutus / colorem uidet. Remoue solẽ: remoue lampadem: remoue lucem: frustra nititur oculus / uidere colorẽ. Ita oculus q̃uis se ipso uidere possit / per lucem tamẽ solis uidet omnia: sine luce solis uidet nihil. Color quoq; suapte natura uisibilis est: sed lucis beneficio adiutus hoc habet: sine illo utrũ color sit minime constabit. Dedit deus homini mẽtem: simul & angelo. Huic quia molem corporis non adiecit per intellectum & uoluntatem se mouere: & exercere ab initio dedit. Illi quia põderosum corpus adiecerat: cuius sensibus mentis opera colligauit / membra illi partitus est: quæ singula corporis actibus / pro mẽtis imperio deseruirẽt. Sed neq; angelus intelligere aut uelle aliquid posset / nisi primi principii lux illi reiq; intellectæ splenderet. Non posset homo iplere corporis ministeria a mente decreta / nisi eadem lux in hominis mente luceret. Primũ mobile ab oriente in occidens natum est ferri: cum stellarũ fixarum numero penitus nobis inumerabili. Angelus hoc ipsum rotare mira celeritate potens est. Accæpit enim a primo principio sic mouendi uirtutem. Erraticæ stellæ cum suis septẽ orbibus / contra motum firmamenti ab occidente in oriens ire desiderãt: Sicut a prĩo principio eundi uirtutem accæperunt. Intelligentiæ quæ illas moderantur contra motũ primæ speræ / pro suæ uirtutis uigore ipsas cient: & hanc quidẽ tardius: illam uelocius: prout mobilis globi ratio postulare dignoscitur. Sed nisi primæ causæ uigore suffulta sint hæc: neq; mouebunt angeli: neq; speræ mouebuntur. Omnia quæ infra lunam sunt / elementa inq̃ elementorumq; mixtura constantia: suas in se ipsis habẽt uires: unde inuicẽ patiantur

tiantur/& agant: Si tamen primi principii uirtus: & uigor illos non desẽ rat. Sine enim illo agerent nihil: nihil paterentur omnino. Instar ergo lucis res uisibiles ut uideri possint oculo ue uideant adiuuantis: principi um primum omnibus creaturis: ut maneant & operentur accedit: quare sicut non est alia solis operatio lucere & illuminare: sed dum lucet illuminat: dumq; illuminat lucet: Ita deus eadem penitus operatione qua creat: creata conseruat & moderatur: mutat ipso & eius operatione penitus immutata. Sicut dum oculus aut color uarie illustratur a lumine: lumen ipsum uel eius illuminatio eadem perseuerat. Hæc quia de oculo & luce experti sunt homines: ideo sub metaphora lucis & illuminatorũ hominum primum principium: uerbum deum dixit euangelista esse lucem hominum: ita tamen ut omnium creaturarum lucem conseruatricem: ac cooperatricem illum cognoscamus. Y

Apparet hic tertia huius natiuitatis gloria eorum heresim eliminans qui sine gratia dei homines putant fieri posse beatos.

Dei beneficentiam bruta non excludere neq; uita carere.

e T lux in tenebris lucet. Quia dixerat Ioannes. Et uita erat lux hominum. Ne dei lucẽ.i.uigorem & potestatem quispiam crederet solum super homines lucere pergit Ioannes ostendere ipsam uitam quæ erat lux hominum: lucere etiam super omnes irrationales creaturas. Vbi sciendum quanto lux spiritualis: mentis.s.uigor corporea luce præstantior est: tanto obscuriores tenebræ sunt iudicãdæ creaturæ ratione carentes: creaturis ratione pollẽtibus comparatæ: quia maiori lumine sunt priuatæ: q̃ corpora penitus opaca: comparata corporibus quibus est concessum solis & stellarũ fulgore potiri. Vita ergo quæ erat lux hominum. Quoniã (ut docuimus) hominibus & super homines lucet.i.super creaturas ratione donatas eodem euangelista docente lucet etiam in tenebris: lucet inq̃ super omnem irrationalem creaturam. Ita per has duas propositiones. Vita erat lux hominum: & lux in tẽnebris lucet. Declarat Ioãnes per uerbum ipsum quod erat in principio: omnia sic esse facta: ut sine ipso factum sit a causis secundis nihil. Declarat etiam quomodo facta omnia in ipso uita erat: quando ratio ideæ: & exemplar secundũ q̃ omnia facta sunt: lux existens hominibus: lucẽsq; in tenebris iumentorum & sensu carentium: In primo rerum principio uita est: & aliud q̃ uita esse non potest. Z A

Gratiã gratum facientem omnibus hominibus a deo tribui.

p Ossent hæ duæ propositiões etiam aliter intelligi. Postq̃ enim euangelista declarauit gloriam incarnationis & natiuitatis quã

colimus: ostendendo incarnatum uerbum esse deum: quæ est maxima secundum substantiam gloria: declarauit etiam illum esse omnipotentem/& in omnibus naturæ rebus sua dona partiri: quæ secundũ operationem est amplissima gloria. Nunc eundem largitorẽ gratiæ gratum facientis ostendit: quæ est gloria non minor q̃ secunda. Ita cũ dicit. Vita erat lux hoĩum. Lux hoc loco gratiã gratũ facientẽ significat/& habitũ charitatis: qui uere lux est/decus & ornamentum animæ hominis/& cuiuslibet creaturæ ratiõe fungentis. Hominum significat eos qui gratia bene utuntur: qui certe uere hoĩes sunt: quoniam a rationis trinitate nõ

B recedunt. Tenebræ uero sunt peccatores: qui lumen gratiæ sibi collatæ agnoscere nolunt: ideo tenebræ nuncupati/quia ignorat omnis malus/& ignorantia tenebræ est obscurissime. Vita igitur quæ continet omnes ideas/& secundũ eas uiuẽti uiuere præbet/etiam est lux & fons luminis omnis gratiæ gratum deo facientis: per quam rationalis spiritus illustra

C tur & honestatur. Est ergo lux hominũ: non ꝙ cæperit lux esse postq̃ homines esse cæperunt: sed erat lux ab initio & ante sæcula: tunc uero lucere in hominibus cœpit/quãdo homines esse cœperunt. Et hæc ipsa lux etiam in tenebris.i.in malis hominibus lucet: quando omnibus illa bñ uti uolentibus semper est præsto. Hac rõne de patris sui beneficentia dixit dominus Iesus Christus solem suũ oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos: sed differẽter. Quia super bonos ad clementiam & meriti augumentum. Super malos ad ultionem & inexcusabilitatem affectatæ nequitiæ hoc sapientissime facit semper.

De Officio utriusq; Ioannis.

Vit homo missus a deo. Exemplo nunc comprobat uitam esse

f hominum lucem.i.gratiam bonorũ hominum mentes illuminare paratam/esse uerissime lucem: quando fuit missus a deo cui nomen erat Ioannes: ubi siue Baptistã: siue euangelistam intelligas: satis constat illum ad uitam uenisse inter homines/ut gratiæ beneficio testimonium perhiberet ueritati. Bene igitur addit. Nõ erat ille lux: sed ut testimoniũ perhiberet de lumine/se ipsum uel Ioannem Baptistã significans/non esse gratiæ largitorem: sed utrunq; ad illam promerendã directorem: gratiæ indicem & ostensorem ueritatis/non auctorẽ/ut omnes crederent per illum qui est lumen & lux uera: ut per auctorem omnis luminis omnisq; ueritatis: per Ioannem autẽ siue Baptistã siue euangelistam crederent/ut per præconẽ certum & fidũ testem. Sed quid crederẽt/o/euãgelista? Quia uerbũ caro factũ est: & habitauit in nobis: & uidimus gloriã eius: gloriã quasi unigeniti: a p̃re plenũ g̃ra & ueritate.

De prima

De pura & prima luce.

Rat lux uera quæ illuminat oẽm hominẽ uenientem in hunc
e mundum. Quis a tam alto orsus sit principio: uerbum carnẽ
factum ostendere: & cur id egerit/digrediendo euangelista mõ
strauit. Nunc rediens ad seriem narrationis incœptæ/dicit. Illa uita quã
lucem hominum dixi: quæ lucet etiã in tenebris: quam tenebræ non cõ
prehenderunt: erat lux uera.i.lux per essentiam: nihil habens quod non
sit lux. Lux inq̃ nõ corporea: sed spiritualis & pura. Inter corpoream sa D
ne lucem & non corpoream/hoc interest: ꝙ illa non est pura: non est sin
cera: non simplex. Est enim corporeæ substantiæ sociata: quæ de se luce
re non potest: sed a spiritu necessario lucem expectat. Spiritus uero infi
niti uigoris: in se ipso & per se ipsum omnia intelligens: totus in se ipso
lux est: nihil habet ꝙ ubiq; non splendeat. Erat ergo lux uera.i.lux per
essentiam quæ habet a se ipsa suam ueritatem/& lucendi rationem necũ
de accipit: sed omnes ab illa ueritates lucem expectant. Vñ subdit. Quæ
illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Huius so E
lemnitatis quarta gloria celeberrima quidem/superbiam & cæcitatẽ Sa
bellianorum eliminans/iam satis est nota. Dicit Sabellius hominẽ pro
pria uoluntate sine beneficio mediatoris saluari. Dicit euangelista. Ver
bum erat lux uera quæ illuminat omnem hoĩem uenientẽ in hunc mũ
dum: cui rei gratia/caro factũ est: & habitauit in nobis: & uidimus glori
am eius: gloriam quasi unigeniti: a patre plenum gratia: ut adiuuet uo
luntatem/& ueritate/ut dirigat intellectum.

Dei uerbum qui deus est mundo sub lunari quomodo continetur.

N mundo erat & mundus per ipsum factus est. Pleriq; plusq̃
i oportet sapere uolentes confirmauerunt/ꝙ uerbum æterni pa
tris mundi angustiis contineri non potest: sicut neq; figulæ ar
tis ratio ullo penitus uase concluditur. Aduersus hanc heresim dicit Io
annes. In mundo erat/illud.s.dei uerbum quod secundum generatio
nem æternam/erat in principio apud deum: & erat deus per quem facta
sunt omnia: & sine quo factum est nihil: qui erat lux uera: oẽm hoĩem
illuminãs uenientẽ in hunc mundum: secundum temporaneam gene
rationem de qua nunc scribere incipio: In mundo erat. Non ꝙ mundus
diuinam eius maiestatem coangustaret: & clauderet: sed quia mundus
continebat hominem cui uerbũ in unitate personæ se copulauerat. Et
mundus per ipsum factus est. Neq; tamen quia esset lux uera quæ illu F
minat omnem hominem ideo sol erat hic corporeus: aut solis anima:
quam Academici posuerunt. Nam per ipsum uerbum quod erat in mũ

do factus est mundus. Factus est ergo per ipsum sol: & solis Academicorum anima. Et quia nihil est quod efficiat semetipsum; consentaneum est uerbũ non eẽ solẽ uel solis aĩam. Et mũdus eũ non cognouit. Sol hic quem quidã heretici dñm Iesum Christũ esse putauerunt notissimus est omnibus creaturis. Talpæ penitus orbe oculis lucẽ eius fugiunt: quã penitus ignotam euitare nõ studerent. Dominũ uero Iesum Christũ mundus non cognouit. Nam nisi fidei lumen mẽtibus hoĩum splẽdeat; dominum saluatorẽ agnoscere nõ poterũt. Lux ergo uera de qua locutus

G sum: sol iste corporeus credi non debet: & eẽ non potest. Tantus est huius lucis fulgor: tãta uiuacitas: tãtus uigor: tãta maiestas: ut nulla creatura illũ possit ad plenũ ĩtueri. In illũ nullus hominis oculus possit rectus aspicere: uel eius splẽdoris ferre scintillã: nisi grã dei quasi certo liquore mentis oculus liniatur: & roboret ad tantũ splendorẽ sufferendũ. Præstat lumen fidei bonæ uoluntatis hoibus ad uerbi incarnati gloriã agnoscendã: quod æstiuo & meridiano splendori solis oculo corporis sufferẽdo præstat manus: aut galerus ad faciẽdã umbrã fronti suprapositus. Eius nẽpe bñficio uident oculi quæ nimia luce uidere nõ possent. Sileant iã & obmutescant hereticorum insana dogmata asseuerãtia hoiem nõ egere lumine fidei: non egere inq̃ doctrina diuinitus inspirata ad ueritates christianas agnoscẽdas. Huius.n. natiuitatis quam colimus tanta est gloria: quod mundus eũ quẽ natum colimus nõ cognouit: neq; cognoscere potuit. Plane ergo stultos oñdit & temerarios qui naturæ bñficio: dei secretissimũ oĩum archanorum mysterium posse indagare cõfidunt. Audiant Ioannẽ. Mundus eũ non cognouit. Quod negatur toti: ptibus cõcedi non debet. Nulla ergo creatura eum cognouit uirtute propria: sed neq; cherubin intelligentiæ lumine excellẽtissima ac fulgẽtissima: neq; Seraphin amore charitatis flammea illum cognouerũt: nisi dei bñficentia in sua diuinitate monstrante naturam creatricẽ: creatæ naturæ in unitate personæ ineffabiliter adunatã. Tu aũt heretice infœlix quis es? quã tiue es? qui id posse intelligere cõfidis: quod mundus totus minime co

H gnouit: & tota mũdi fabrica cogitare nesciret: & ferre nõ posset: nisi dei gratia illã ad hæc peculiarius adiuuaret. Profecto qd tu tua uirtute potes intelligere: natura tota potest facere: nisi te ad ĩtelligendũ potiorem natura fecerit: q̃ se esse uoluerit ad agendum. Resipisce igitur infœlix: & quoniam confiteris uerbi incarnati mysterium naturæ uires excedere: crede Ioanni: & confitere te tuæ mentis beneficio te tantam ueritatem assequi nõ posse. Ita huius natiuitatis gloriam fueris ut potes assecutus.

Gratiam dei bonis & malis immissam nõ æqualiter in illis opari.

In propria

N propria uenit & sui eum nō recæperunt. Vultis uidere quia
i tenebræ.i.peruersi homines peccatorum tenebris obsiti/eam lu
cem quæ uita erat non compræhēderunt?In propria patria ue- I
nit. Totus qdem terrarum orbis domini dei est:quia illum creauit:mo
deratur:& regit:sed iudeoꝝ terra/hic non immerito lucis & ueritatis pa-
tria ab euāgelista dicta est:quia præcæteris mundi prouinciis/eam dota-
uerat deus lege:Patriarchis:Prophetis:templo in mundo celeberrimo:
& sacrificiis gratiā figurantibus:ipsum præterea uerbum/in Nazaret iu-
dea ciuitate carnem assumpsit. Verbum igitur dei/lux uera quæ illumi-
nat oēm hominem uenientem in hunc mundum in propria patria ab
euangelista uenisse aptissime describitur:quia in iudea patria uenit.Po-
tuisset euangelista dicere/in propriam:sed quia nō tantum accessum:im
mo & pseuerātiam monstrare uolebat/in propria dixit:non in propriā:
ut uenisse ac stetisse in iudeoꝝ patria illū significaret:& sui compatrio-
tæ:sui cōsanguinei:eum qui erat lux uera:cui Ioānes uterqꝫ perhibet te-
stimoniū:non recæperunt per agnitionem & charitatē. Si enim cogno-
uissent regē gloriæ:nunq̄ illum crucifixissent. Sed quia morte turpissi-
ma per affectatā ignorantiam condemnauerūt eum:opere comprobatū
est ꝙ eum nō recæperunt. In propria bona uenit.i.in copiam bonorum
quibus ditauerat Sinagogā iuxta Esaiam uineam dñi Sabaot:& sui:cul
tores Sinagogæ eum non recæperunt:sed dixerunt:hic est hæres:uenite
occidamus eū:& habebimus hæreditatem eius. Lucet igitur lux gratiæ
super bonos & illos illuminat:quia capiunt illam & tenere nitūtur.Sup
malos uero lucet q̄tum in se est:sed tenebræ eorum illam non accipiūt:
ueluti si sol lippis oculis & semicæcis luceat. Isti lucem non compræhen
dunt:sed fugiunt:Illi sequuntur & tenent.

Saluatorem qui recæperunt & quomodo recæperunt.

Votquot aūt recæperunt eum dedit eis potestatē filios dei fieri.
q Nunqd omnes sui eū recipe noluerūt? Absit:nō est ita. Q uia
lux in tenebris lucet:& tenebræ eam non cōpræhenderunt.Sui
qui erant tenebræ illum non recæperunt. Alii uero ex suis qui erant ho-
mines(de illo inq̄ hominum numero:quibus hac nocte angeli cantaue
runt. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis)eum recæperunt per fi-
dem agnoscentes:per obsequium uenerātes. Recæpit eum uirgo mater
sanctissima:quæ mox ut illū peperit:fouit sinu:pānis inuoluit:lactauit:
reclinauit:& adorauit. Recæpit eum Ioseph:qui parienti uirgini:nō ad
auxilium:quia non opus erat:sed ad custodiam & honestatē:ante pau-
peris præsepis ostiolum stetit:qui natum & reclinatum in præsepio ado

rauit. Recæperunt eum pastores qui uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum/se inuicem adhortabantur. Eamus usq; in Bethleem: & uideamus hoc uerbum quod factum est: quod fecit dominus: & ostendit nobis: & uenerunt/& inuenerunt Mariam & Ioseph: nō
K obstetrices: non anastasiam ut quidam somniāt. Mariam & Ioseph tantum: & infantem positum in præsepio inuenerunt. Recæpunt eum tres magi: qui de oriente uenerunt adorare dñm. Recæperūt eū sancti innocentes: qui eius natiuitatis præconiū/non loquendo/sed moriendo cōfessi sunt. Recæpit eū Simeon senex in templo: quē ut in ulnis habuit/exhilaratus gaudio: gratias agens deo patri dixit. Nunc dimittis seruum tuum dñe &c. Recæpit eum Anna prophetissa filia Famuelis: quæ illū agnoscens oblatum in templo: loquebatur de illo & expectabat redemptionem israel fieri per illum. Recæpit eū Ioannes baptista qui ut illum aspexit ad se baptismatis gratia uenientem dixit. Ego a te debeo baptizari: & tu uenis ad me? Et post ieiunia solitudinis: cum iterū Iesum ad se uenientē uidisset: idem Ioannes dixit. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Recæperunt eū duodecim apostoli: reliquiq; discipuli dicētes cum Petro. Ecce nos relinquimus oīa & secuti sumus te. Recæpit eū Maria magdalena: quæ lachrimis lauit pedes eius: & capillis suis tersit: & unxit unguento preciosissimæ ac bñficentissimæ charitatis. Recæpit eū latro in cruce: dum dixit. Memento mei dñe dū ueneris in regnum tuū. His aūt omnibus: & quotquot aliis qui per apostolorū prædicationem: per martyrum patientiā: per confessorum doctrinam: per sanctimoniā anachoritaꝝ & uirginū: postea eum fide: spe: & charitate intra sui cordis hospiciū recæperunt: dedit eis potestatem filios dei fieri. Recipere iterū accipere est: ut in sermone de domini resurectione aperte monstramus. Accæperat Adam a creatore deo originalem iustitiā: cum qua quod dei filius: caro statuto tēpore futurus plane cognouerat: nō ad redimendos homines: sed glorificādos: sicut in oratione præcedēte: & amplius de domini Iesu passione declaratum est. Hanc ipsam uerbi agnitionē: & sanctæ trinitatis notitiā nos omnes tūc accæpamus in illo: quādo si nō peccasset filios originali præditos iustitia genuisset. Sed quia peccauit & iu-
L stitiam amisit: nos illā eius culpa perdidimus. Cognitionem igitur inditam nobis cum illa iustitia: pditam per culpā: recæperunt per gratiam fidei: hi q dei munere nō abusi crediderūt ī noīe eius uerbi: qđ erat in pricipio apud deum: & in fine temporum caro factū est. Dedit talibus potestatem filios dei fieri. Dic o euangelista: dic uno uerbo: qui recæperūt eum: dic qbus dedit potestatem filios dei fieri? His qui credunt in no-

mine eius

mine eius. Non dixit his qui credunt nomini eius: aut qui credunt nomen eius: sed in nomine eius. Credere enim nomen eius est credere illũ id nomen esse sortitum. Credere nomini eius est credere hanc uel illam uirtutem illi nomini inditam esse. Credere in noie eius est simul utrũq colere. Non sufficit credere Christum sic esse nominatum: non sufficit credere sermonibus Christi: sed creditum oportet colere: & eius seruare doctrinã. Sed quod est nomen eius? A Luca iam audiamus. Vocabis nomen eius Iesum. Audiemus & a Matheo cum circumcisionis festa celebrabimus. Vocatum est nomen eius Iesus: Iesus aũt (ut de circumcisiõe & passione tractantes ostendimus) saluatorẽ sonat. Credere ergo in nomine eius: est illum credere saluatorem mundi & pro saluatore colere ac monitis acquiescere: præcepta suscipere: legem seruare. Talibus dedit potestatem filios dei fieri. Quomodo autem hoc dederit mox declarat.

De spirituali hominum regeneratione.

Qui nõ ex sanguinibus neq ex uoluptate carnis: neq ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Ex semine maris & fœminæ notũ est hoies nasci: dum quod prius semẽ fuerat: septem primis horis coagulat & quasi cucullus serico mẽbrane fere inpceptibilis folliculo sepitur: septimo die uertit in sanguinẽ: tenuissimaq eadẽ mẽbranula simili oui intimæ cartilagini per id tẽpus effectæ p nouẽ dies in uisceribus mřis fulcitur: accedẽte post hæc duodecim dierum tpe coagulat in carnẽ: unde paulatim calore matris & alimẽto fouẽte fœtum mẽbra digeruntur: qua in re mřes qdem grauescere & intumescere cũ dolore testat experientia: qui dolor nõ sine uoluptate mulieres grauidas tenet. Delectãtur. n. mirum in modũ suo dolore pgnantes: eaꝝ porro uiri licet dolore & uoluptate nõ sic afficiant: uolũt tñ quæ de se cõceperũt mulieres sic se hře: & illas pro uiribus in fœtus maturatiõe substẽtant. Sic natura iubẽte secũdũ quã nũc nobis est sermo: nascunt hoies ex sanguinibus přis ac mřis. Nascunt inq ex uoluptate mřnæ carnis: & ex uolũtate uiri. Nõ sic dedit uerbũ qd uenit i ppria his q eũ recepunt filios dei fieri: sed ex deo .i. spũs sancti gřa q in hoc euãgelio deus noiatur nati sunt. Est nãq spũs sanctus: amor: charitas: bñficẽtia: ita p grãm grũ facientẽ oium muneꝝ a deo hoibus tribuẽdoꝝ basim ac fundamẽtũ. Ex deo nati sũt. Dixerat. Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. ne crederemus hãc ptãtẽ ẽẽ ab actu sepatã: sic dũ sedemus nob ẽ currẽdi ptãs: neq tñ currimꝰ. dixit. Ex deo nati sũt nãq sine tpis iteruallo hac i re ubi accessit posse aduẽit ẽẽ. sed hoc ẽẽ dũ hic uiuimus nõ ẽ plenũ. sumus. n. filii p grãm: pegrinamur tñ a gloria. Quotquot g recepũt eũ iã ex deo nati sũt p grãm fidei. nisi. n. accessisset

gratia/per fidem illum accipere nequiuissent. Habent præterea potestatem/habilitatem/facultatem/fieri filii dei per gloriam: quam dum hinc morte discedimus Christus resurgens a mortuis nobis præstat.

De formatione Iesu in utero Virginis.

ET uerbum caro factum est. Nõ quidem ex sanguinibus: sed ex puro sanguine sanctæ Mariæ Virginis. Neq; ex uoluptate carnis: quia dum Virgo mater fieret: mẽte quidẽ delectata est: sed uoluptate carnis nullatenus læsa. Non .n. per tpis succedentes moras in mẽbris eius facta est ætatis ardore medullarũ ue uigore alteratio: aut humorũ latio uel supfluitatis alicuius purgatio: unde uoluptas accedit concipienti. Sed ut primũ illa cõsensit/cũ primũ inq̃ liber assensus in momento in ictu oculi fuit in sanctæ Virginis mẽte formatus/deus q scrutator est cordiũ statim hoĩs & dei mr̃em illã effecit: & hæc subito in illa cõpleuit. Tm̃ uirginei & qdẽ purissimi sanguinis q̃tũ ad hoĩs generationẽ sufficere possit trãslatũ est/coagulatũ/tenui mẽbranula uestitũ/formatũ in masculũ: cui simul cõcessum est uegetare/sentire/& hoĩem eẽ.i.aiam intellectiuã corpus iformãtẽ hr̃e/dũq; illa corpori iũcta est/uerbi psona quæ in principio erat apud deũ: & deus erat/se sociauit utriq;. Ita uerbũ caro factũ est.i.carni insepabiliter sociatũ: nõ mutatũ in carnẽ: nõ translatũ in hoĩem: sed carni unitũ.i.homini: quatenus qui natus est hodie de sãcta Virgine: nõ eẽt tm̃ homo: non tm̃ deus: sed hõ deus. Dei igit̃ filius: uirginis quoq; Mariæ uere filius iõ est qa hoĩs corpori de purissimo Virginis sanguine in eius integerrimo utero formato: dũ anima rationalis aduenit/uenit cum illa diuinitas in uerbi persona. Quare eodem tempore homo simul ac deus incœpit esse in utero Virginis: non ante secundũ tempus homo q̃ deus: nõ ante deus q̃ homo in eo fuit utero: sed simul uterq;. Sic igitur qui natus ẽ: deus & homo est: quãdo id nasci fuit consentaneum: quod fuerat ante conceptum.

Solutio difficultatum Iesu conceptioni & natiuitati obstantium.

SUbi nũc sunt qui dicũt creaturã nullo mõ posse fieri creatorẽ: & iccirco Virginis filiũ nõ potuisse incipe esse deũ? Accedant & audiant euãgelistã. Verbũ caro factũ est. Non factum est de nouo uerbũ: nõ factus est nouus deus: sed est carni noui & inusitati hoĩs nouiter & inusitate associata natura diuina in uerbi psona. Quũ in utero Virginis/nouo mõ concepto hoĩs corpusculo/simul cum anima hominis se uerbi persona sociauit: ut ex illa nasceretur homo simul & deus. Poterat dicere euangelista: uerbum homo factum est: & fortasse significantius locutus fuisse uideretur: sed scribendi proposito non satisfactum iri existimauit.

existimauit. Cherintius nãq & Hebion hoĩem phantasticũ fuisse dñm Iesum Christũ asseruerunt.i.quasi umbrã hoĩs:esse ex aere:nõ carne sanguineq cõstantẽ:qñ per fortẽ imaginationẽ Virginis formatus de aere quasi infans pari uisus eẽt:non uere partus:lactari uisus eẽt:nõ uere lactatus:crescere uisus eẽt & augescere:nõ uere auctus:pati uisus eẽt:non uere passus. Aduersus hãc impietatẽ Ioãnes euangeliũ scribere rogatus: quia illã penitus exterminare cõstituit significãtissime & ex cõposito dixit. Verbũ caro factum est:ut demonstraret hoĩem illum cui in unitate personæ se sociauit uerbi substantia/fuisse carneũ hominem/ueris membris hominis partibusq cõstantem. Vbi sunt qui dicunt indiuiduũ sbæ solidum & pmanens:quod suppositũ uel persona uocatur/alteri indiuiduo cõsimiliter solido & pmanenti quod etiam sit psona/sociari ita nõ posse/ut ex utroq una psona cõsurgat? Accedant & audiãt euangelistã. Verbum caro factũ est. Cur nõ dixit/homo factũ est? nisi ut oẽs intelligerent/illum cui uerbũ se sociabat:nondũ habuisse rõnem suppositi: uel psonæ completã:dum sociabat eidẽ. Est certe cõpletũ suppositũ:est cõpleta hominis psona:qñ anima intellectiua illi est iam diuinitus infusa. At post infusionẽ aĩæ non accessit uerbum ad hoĩem:sed eo ipso momẽto quo aĩam dabat deus corpori/quod fabricabatur utero uirginis uerbi persona:atq substãtia illi simul cum aĩa se sociauit. Itaq non iã completo homini:sed dũ homo cõpletur/uerbum aduenit/& carni se sociauit: quæ hoĩs complementũ accipiens dei etiam naturã uerbiq personam sibi conquisiuit. Quare cõuenientissime & summa cũ ratione dixit euãgelista. Verbum caro factum est. Vbi sunt qui dicunt quod ab æterno non est secũdum naturã deus/nulla ratione posse in tempore deũ fieri? Accedant & audiant euangelistã. Verbum caro factũ est:non q caro hominis aut homo/ex carne/ossibus/neruis/& sanguine constans/hæc hr̃e desierit:& a sua natura discedens in aliam sit translatus:sed in carne manens dũ accipit aĩam qua fit homo:hæc eadẽ caro accipit uerbi psonã & sbam/per quæ simul incipit caro eẽ per aĩam:deus eẽ per uerbũ. Vbi sũt qui dicunt deo cũ sit infinitus/nihil adiici posse:non ergo carnẽ:nõ hominem uerbi psonæ adiungi potuisse? Accedant & audiant euangelistã. Verbum caro factum est. Nihil est additum deo ut inde maius aliquid excreuerit: uel aliquid deus ipse acquisierit: sociatus uel potius unitus est carni: non illam in se uertendo: sed permanenti carni dum aduenit anima/aduenit & uerbum. Contubernium est in unitate personæ: non cumulus alterutrius ad alterum factus accessione. Vbi sunt qui dicunt:uerbum dei cum sit summe simplex/purumq semper:

alteri nunq̄ posse componi: quando simplicitati summæ repugnat mul tiplicitas: & puritati summæ omnis admixtio cōtraria esse uideatur. Accedant & audiant euangelistā. Verbum caro factū est: nec a sua simplicitate recessit: quādo uerbū pars carnis non est factum: neq; caro pars eius euasit. Neq; enim uerbum carni dedit formam: neq; caro formauit uerbum: sed utroq; manente quod prius erat: caro animam accæpit ut formam: anima uero simul & caro uerbum tanq̄ substentaculum hominis ex eis consurgentis accæperunt. Substentauit inq̄ uerbum naturam hominis/atq; firmauit: ut alteri sociari in unitate personæ non posset: & in alterum uel ad alterum ultra nō tenderet. Hoc autem puritati minime repugnat/cum possit pura substantia absq; sui contagione solidare ipurum atq; perficere. Quottidie hoc experimur in lumīe: quod rebus lucet impuris: earum impuritate nullatenus diminutum. Sic igitur uerbū caro in tempore factum est: ut tamē uerbum nō sit in tempore factum: sic caro factum est/ut dum ex uera carne/& anima ratiōali homo fiebat/ uerbum utriq; se in unitatæ ponæ cōiungeret. Sic caro factum est: ut caro suam naturam nō amittens personam tantū acquireret in uerbo. Sic caro factum est: ut uerbo nihil accesserit augumenti: quando in ipm carnis uersum est nihil. Sic caro factum est/ut carnem non informauerit: neq; a carne formam accæperit. Sic uerbum caro factum est: ut neq; admixta sit caro uerbi naturæ: neq; substantia uerbi/sed per admistionem infuderit carni. Vis scire uno uerbo/quomodo uerbum caro factū est? audi euangelistam.

Declaratio per exemplum quomodo uerbum caro factum sit.

T habitauit in nobis. Nō potuit euangelista significantius scribere modum quo uerbum caro factum est: q̄ dicendo. Habitauit in nobis. Quando qui domum aliquam inhabitat nō mutatur in domum: neq; domus transit in illum: sed recipiēs & recæptum suam naturam seruant. Imaginare nunc architectum suis manibus sibi domum fabricantem: non per temporis moras ptem parti adiicientem: sed unico momento totā simul incipientem/perficientem & pseuerāter habitantē: inde nunq̄ egrediētem: per suā uero in ea residentiā: domum nulla re indiguam cōseruantē: ita inq̄ ut egrediēte domū huiusmodi architecto domus stare nō possit: manēte eo ī domo/domus maneat. Erūt uere duo īdiuidua sbæ architectus & domus: ille fabricauit: hæc fabricata est: ille habitat: hæc īhabitat: ille a se pfectam domū sustentat: hæc sub stentatur. Neq; tamen est architectus forma domus: neq; materia: neq; pars: sed ex domo & architecto fit unum in ratione substentātis & substentati:

ſtentati:inhabitantis & inhabitati. Ita in hac incarnatione quaſi per om nia res ſe habet. Verbum æterni patris æterna ſapientia: architectus eſt: q ſua uirtute quæ ſpūs ſanctus eſt: corpus hominis uno momento tempo ris formauit in utero Virginis: animam creauit: quam corpori ididit dū crearet. Ita ex corpore & anima hominis domum ſibi fabricauit. Dū ho minem ex anima & corpore prodeuntem: idem uerbum dei omnipotē tis ſibi conſociauit: qua ſocietate contenta humanitas: nihil amplius ex tra ſe quærere potuit: ſed ſiſtitur: ſolidatur: firmat᷑: & durat in ſe. In hoc quaſi contubernio forma hominis anima eſt: nō uerbum: ipſum tamē uerbum: totum hominem conſolidat: & cōfirmat: neq; tamen fit pars fabricæ: neq; fit totum: ſed manēs omnino impermixtum homini/ uer bum dei caro factum eſt ſimul cū homine numeratur: eſtq; uerbū & ho mo una perſona: unum per ſe ſubſiſtens continens duas naturas: archi tectum & fabricam. Scio exemplum hoc non poſſe ſubſiſtere: quādo ar chitectus domum ſibi unitam uel uniendam fabricare nequeat. ꝗ ſi ar chitectus in fabricata a ſe domo ſemper maneat: uim tamen habere non poteſt unde domus hæc perpetuo conſeruetur. Neq; ſi conſeruet in ra tione perſiſtendi/ ſe & illam unum efficiet. Sed exempla ponimus philo ſophorum more/ non ut penitus ita ſit/ ſicut illa præferunt: ſed ut per illa ueritatem percipiant qui adiſcunt. Hoc igitur exemplum adduxiſſe me: nemo miretur: quando ille qui fluenta euangelii/ de ſacro Domini ci pectoris fōte potauit. Vbi dixit. Verbum caro factum eſt: Vt modum oſtenderet: mox adiecit. Et habitauit in nobis.

T

V

Ad quid uerbum caro factum ſit ut habitator in domo.

c T habitauit in nobis. Habitauit in ſancta uirgine uerbum dei nouem menſes. Q uoniam ab hora conceptus uſq; ad natiui tatis articulum tātum temporis fluxiſſe notum eſt. Non qdem ad fœtus maturandi neceſſitatem: ſed ad naturæ hominis certiſſimam fi dem. Nempe qua dei uirtute ſubito. i. nullo motu ſuccedente/ per tem porum uices in utero Virginis formatus eſt homo: & deo in unitate per ſonæ coniunctus: potuiſſet eadem uirtute deus mox maturum reddere partum. Sed ne daretur hereticis erroris occaſio: aut excuſatio infidelita tis inſurgeret: uoluit diuina ſapientia eum qui momento uno temporis compaginatus eſſe homo deus in uirginis utero cæperat/ illic partus ſer uare metam: ut qui in nobis. i. in ter nos habitare uenerat: quātum nos in matrum nr̄arum utero habitare ſolemus: ille habitaret in ſua. Habita uit in nobis ideſt in noſtra carne/ & inter nos uerbum caro factum/ iam

X

mille quadringẽtos nonaginta & nouem annos. Habitauit uero de cætero in perpetuum:ut reprobi ad infœlicitatis cumulum agnoſcant abiectiõem ſuam:& eos pudeat ac pigeat turpiſſimis ſubeſſe dæmonibus: qui fratrem ſuũ ſuper choros angelorum/in ſolio maieſtatis dei gloria & honore aſpicient in die iudicii coronatum. Vt etiam agnoſcant miſeriã ingratitudinis:quãdo fratri tam amantiſſimo noluerunt eẽ concordes: & tam pio domino obtemperare ſpreuerunt:qui pro eorum ſalute ſe ipſum tot tantiſq; laboribus:& mortem duriſſimam, pro eiſdẽ ferre nõ recuſauit. Vt præterea iuſti hoĩes uideant quãta ſit eorum:qui carnẽ & ſanguinem ſuũ:fratrem ſuum ex uirgine natũ:in ſolio trinitatis ad dexterã dei patris omnipotentis reſidere uidebunt:ſeq; perpetuo familiares/& continuos cõmenſales tanti principis permanere:lætentur & exultent. Agnoſcant dei clementiam quæ non ſolum illis tantam præſtitit gratiã: ſed ut illam aſſequi poſſent:cum illis habitare deſcendit:& hominẽ quẽ ſibi ſociauerat:ac perpetuo iunctum habere decreuerat:pro illis ipſis debitum ſoluere in ara crucis effecit:qua de re uulnerum ueſtigia:in manibus in pedibus/& in latere relucentia fidem indubitabilem facient. Ita exultabunt ſancti in gloria:& lætabuntur in cubilibus ideſt in corporibus ſuis:a domino Ieſu Chriſto impaſſibilitate & ĩmortalitate donatis. Exultationes dei in gutture eorum erunt ſemper:dum lætabundi cantabunt quod uidebunt. Verbum caro factum eſt. Et experiẽtur quod ſperauerunt dicentes. Et habitauit in nobis. Hi erũt gladii ancipites in manibus eorum. Gladii ad faciendum uindictam in nationibus iniquorum: & increpationes in populis damnatorum. Vindicta erit obprobriũ abiectionis & ſubiectionis. Increpatio erit exprobratio ingratitudinis:qa noluerunt recipere illum/qui uenit in propria. Et uerbum caro factum eſt: ut cum illis & inter illos habitaret.

Y

De unigeniti dei & Virginis gloria natiuitatis.

u Idimus gloriã eius/gloriam quaſi unigeniti. Vellem ſi poſſem hic eloqui illam gloriam:quam paucis his uerbis euãgeliſta declarat:ſed quo magis id annitor efficere:minus me ꝑficere ſentio. Dicam tamen quod potero. Duas in domino Ieſu Chriſto genituras euangeliſta cognouerat & iam conſcripſerat. Primam de patre æternam. Secundam de matre temporaneam/cuius feſtum diem hodie ueneramur. Vtraq; certe glorioſiſſima eſt. Vſq; dum dicit: in mundo erat/ gloriam refert generationis æternæ: deinceps temporaneæ:per epilogum poſtea colligit utranq; dicens. Vidimus gloriam eius/gloriam

eius/gloriam quasi &c. Secundum geniturã æternam: qua nascitur de patre uerbum: gloria natiuitatis eius: gloria est unigeniti. Vnum enim & unicũ uerbum habet deus pater apud se: quod semper genitum fuit & gignitur semper. Erat enim uerbum in principio apud deum: & erat deus. Quare si per generatiõem est apud deum/semper fuit genitum: Z
quia semper apud deum & in deo fuit. Et si est deus semp gignitur. Nihil. n. deo unq̃ excidere potest aut poterit. Quare post hoc uerbũ quod erat in principio apud deũ/nullum aliud uerbum gigni aut genitum eẽ potuit: cum illud idem gignatur semp. Vidimus ergo gloriam eius uerbi: qđ hodie caro factum est. Eius ipsius quod habitauit in nobis: gloriam generatiõis æternæ/esse quasi. i. uere unigeniti. Vidimus autem hoc A
non oculis carnis: sed mente illuminata per fidẽ: & per doctrinam tuam sancte Ioannes euangelista: qui deo magistro hæc didicisti: & illo auctore nos docuisti. Adhuc secundum hanc generationẽ: uidimus aliter gloriam eius: gloriam quasi unigeniti. Sed quomodo? Deus pater iustus ẽ: sapientissimus est. Non est autẽ iustus: non est sapiens paterfamilias habens plures filios/si uni dedit omnem potestatem/alterum quasi inutilem destituit ociosum. Pater æternus oẽm potestatem/omnem auctoritatem dedit uerbo illi/quod erat in principio: illi ipsi quod hodie factũ est caro. Quid ita? Quia omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factũ est nihil. Quare pro auctoritatis magnitudine ratiocinantes ex tua doctrina sancte Ioannes/uidimus gloriam eius/gloriam quasi unigeniti. Insuper quoniam quod factum est in uniuerso creaturarum orbe/in ipso uerbo per quod facta sunt omnia/uita erat/Et uita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet/& tenebræ eam non cõpræhenderunt. Vidimus gloriã eius: gloriam quasi unigeniti. Quando pater sapientissimus omnem lucis ornatum: omnem ornandi rationem sic reposuit in uerbo: ut iam non sit lux eius accidens: sed substantia: sed uita. Qui certe si alium habuisset filium: non sine ornatu lucis illum dimittere potuisset. Si uero alius filius lucem accæpisset: alicubi lucere debuisset. Cum uero hoc ipsum uerbum sit lux omnium creaturarum: uere uidimus Ioannis beneficio gloriam eius: gloriam quasi unigeniti: æterna generatione/secũdum quam illi cõueniũt: quæ scribit euangelista: usq; dũ dicit. In mũdo erat. Est etiam secundum temporaneam generationẽ dñs Iesus uirginis matris unigenitus gloriosus. Licet. n. spiritus sancti uirtute: immo toti- B
us trinitatis operatione sit uirginis in utero formatus hõ/cũ quo uerbũ caro factũ habitauit in nobis: non tñ spũs sanctus uel tota trinitas illius hoĩs pr̃ fuit. Q̃m ille non semp est pr̃: cuius uirtute aliquid generatur.

Generantur multa animalia:uel in superficie:uel in uisceribus terræ uir tute solis. Generantur metalla uirtute caloris. Generantur herbæ:uirgul ta:arbores bñficio agricolaꝝ:& tamē neq; solem:neq; calorē:neq; agri colam horum patrē quis uere dixerit. Non.n.de eorum substantia:non de aliqua eorũ particula/quasi maris in fœminā agentis/hæc genita sũt.

Quæ uero ad patris rōnem/in rebus corporeis requiruntur/pro nostra tenuitate enumerata sunt eo tractatu/quē de compaternitate iam cōscri psimus:eum siquis inspexerit:uidebit aperte deum patrē/uel spũm san ctum:immo ipsam trinitatē:quæ incarnationem/& Christi natiuitatem operata est:eius prēm dici non posse. Videbit sine omni patre dominũ Iesum Christũ conceptum & natum de Maria:quæ quia non nisi semel spũ sancto superuenta & uirtute altissimi obumbrata est:& hunc unicũ filium concæpit:gloria eius secundũ temporaneam natiuitatem:gloria uere est unigeniti. Non est o Chorinthi:non est o Ebion dominus Iesus Christus homo phantasticus:non fortuitu ut uos dicitis:ut fingunt Sa belliani uirgo reperit paruulũ:sed decursis nouē mensibus peperit chri stum. Audite euangelistam. Vidimus gloriā eius/gloriam quasi.i.uere

C unigeniti. Est certe hæc gloria specialis & propria domino Iesu Christo: nullis ex homine natis hactenus cōcessa. Ex uiri semine cōcipiunt ma tres:hic de solo matris sanguine concæptus est. Virtutem genitiuā acci pit semen in aliis fœtibus a masculo:Sanguis intemeratæ uirginis uim seminis accæpit a deo. Per uarias trasmutationes in aliis fœtibus integri corporis membra & lineamenta consurgunt:hic simul uno momento facta sũt omnia. Adiicitur masculis fœtibus anima rōnalis post quadra ginta quinq; dies a concæptu numeratos:huic prima die:primo momē to concæptionis anima rationalis simul cum uerbi persona uenit ad cor pus. Sunt ne hæc parua gloriæ indicia? Ne mireris igitur si dixit euange lista gloriam eius natiuitatis enarrans. Vidimus gloriam eius/gloriam quasi unigeniti.

De ratione uirginitatis conseruatæ in Mariæ cōcæptu & sospitate in parturiendo.

e St adhuc alia huius natiuitatis gloria quam audite. In aliis fœ tibus concipiendis matres amittunt uirginitatē: in hoc mansit uirgo penitus incorrupta. Est certe hoc magnũ/insolitum/inau ditum/& quasi incredibile opus pro rei magnitudine & nouitate. Sed si illud diligenter introspicias:ita inuenies rationi consentaneum/ut aliter credere non possis. Cur quæso mrēs concipientes uirginitatis florem cō seruare non possunt? Nō facit hoc concæptus ratio:quoniā multæ uir-

ginitatem pdunt/quæ non concipiunt: & multæ concipiunt quæ uirginitatem tũc non amittunt/Q ñ iamdudum illam amiserunt. Modus & ratio suscipiẽdi seminis est in causa. Semẽ suscipit mater quod nunq̃ ad illam ingredi posset: si in uirginitate perstaret. Si semen aliunde q̃ per claustra uirginitatis ad uasa generatiõis accederet: posset illis integris uirgo concipere: immo uero cõciperet. Q uãdo nihil adueniret cõceptui: quod uirginitatẽ lædere posset. Virgo Maria non a uiro: immo a nullo semen accepit extraneũ: sed de suo purissimo sanguine fœtui suo præstitit semen. Q uod quia iãdudum eius erat in corpore: non potuit illius uirginitatem uiolare. Per loca nanq̃ uirginitatis ut formaretur in fœtũ minime ptransiuit. Vidimus igitur gloriã eius de quo agimus/gloriam quasi unigeniti. Noua & inusitata sibiq̃ soli cõcessa secundum temporaneam nauitatẽ ratione geniture. Q uãdo non de extraneo semine cõceptus est: sed de proprio cõcipientis corpore: pro semine sanguis purus ad locum generationi descẽdit opportunũ. Et profecto erat consentaneum de puro sanguine cõcipi illũ/qui suo purissimo sanguine omnium hominum sordes loturus erat: ac penitus purgaturus ab omni impuritate animas nostras. Insuper quia in huius hominis conceptu deus descẽdebat in hominẽ: sanguine de quo ille homo conceptus est descendere congruebat adhuc/quoniã huius conceptus & natiuitatis gloria in humilitate solidatur. Humiliauit.n.semetipsum ille deus qui hodie nascitur homo: formam serui accipiens. Illa uero quæ hunc partum enixa est de sua humilitate tantũmodo gloriatur: & cantat. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ ad indiciũ/& testimonium tantæ humilitatis sanguinem de quo concipitur/descendendo potiusq̃ ascendẽdo uoluit congregari. Est adhuc alia huius temporaneæ natiuitatis uera gloria: quam uidimus fide illuminati. Aliæ mulieres post seminis susceptionem grauescunt. Dũ uero fœtus formatur in utero/uariis doloribus agitantur. Sine grauedine sancta uirgo/mox ut concepit/in montana perrexit: nullam illi molestiam conceptus attulit infans: Helisabet grauidæ in misteriis occupat. O profunda/o inaudita humilitas: mater regis effecta: uisitat præconis matrem: In utero gestans regem: obsequitur gestanti præcursorem. Miraris uirginem puellam: ætate adhuc teneram: sine molestia in utero fœtum continere & cõfouere? Est sane mirabile: quoniã de noua & inusitata ratione procedit: quam si a fundamento diligenter inspexeris: satis illam admirari non poteris: quæ ex illa procedant: quæue sequãtur illã: desinens admirari. In aliis matribus fœtus formatur per tempora: dum semen multipliciter transformatur. Est sæpe quod formandum est nõ

D E F G H

satis purum:non bene digestū:formationi non bene consentiens:fouetur isuper humore nō puro:uirtute multipliciter agitata. Ita dum lucta est inter semen & matris formatiuam uirtutē:dum agētia & patientia in matris utero sibi nō bene cōsentiunt/dum alterum alteri resistit:læditur mater/& dolet. Accedit ad hæc quandoq; aliqua seminis supfluitas aut diminutio:nutrimenti etiam plus minusue q̄ oportet ministratio/& ipsius impuritas nutrimēti matrū uicio:quæ suæ ac fœtus cōplexioni sunt noxia deuorantium:ad quæ digerenda:natura m̄ris læditur:& debilitatur fœtus. Accedūt crapulæ/nimiæ uigiliæ, dormitiones torpidæ/stulti dolores:pauores insani:immoderatæ lætitiæ/risus:cachinnationes usq; ad compressionem spiritus:saltationes spūm inflāmantes. Obmitto reliqua honestatis gratia:per quæ pregnantes dum suam libidinem explere contendunt:se ipsas doloribus implent:fœtus cōturbant:& non nūq̄ enecant. Nihil horū fuit in hoc partu:totus est gloria plenus. Subito factæ sunt omnes mutatiōes:membrorū compages:& officinæ simul subito prodierunt. Quod uero sine tempore fit dolorem afferre nō potest. Quare in corporis & membrorū Iesu formatione:dolorem Maria sentire nō potuit. Nulla fuit in ea seminis:nulla fomenti impuritas:nulla cruditas:nulla superfluitas:nulla inter hæc & sanctæ uirginis præcordia lucta:nulla resistentia intercessit. Dei uirtus cui resistere nulla res potest: operata est omnia ut oportuit. Cibi præterea & potus matris honestissimæ:neq; illam:neq; fœtum grauare potuerunt. Exercitia per summam modestiam sumpta:uigiliæ:& dormitiones ad metam habitæ:accidētia animi bene frænata illam non turbauerūt:quæ fuit ab initio gratia plena. Ita necunde grauari potuit suo conceptu:quæ intus & extra nullam repugnantiā est experta. Vnde sicut in cōceptu:ita dum fouetur in utero fœtus: Vidimus gloriā eius:qui conceptus:qui gestatus est in utero uirginis per nouem menses. Gloriam quasi unigeniti.

De fœlicitate & gloria Mariæ in partu.

f Ilii de m̄rum suarum uisceribus exeuntes:doloribus & cruciatibus acerbissimis illas uexant. Hæc sacra uirgo simul & mater sine dolore:sine labore:sine obstetrice peperit filium suū. Et qd mirum? Quando quis sine dolore (per ea quæ diximus) gestare potuit infantem:per hæc ipsa potuit illum parere sine pœna. Sed aliam rationem gloriosiorē afferamus. Læduntur maxime parturientium uiscera:
I dum fœtus paratur egressui. Disrumpi nempe tūc quasi uidētur: Q m̄ per uiolentiā maturatum:per summam uiolentiā sibi quærit egressum. At nasciturus ex sancta uirgine dominus Iesus Christus quia sine uiolētia maturatus

tia maturatus est infans/igitur in Virgĩe ad exitum de eius utero sine ui/
sine fractura/sine omni dilatatione uiscerũ:sine intestinorum compres-
sione accingitur. Non est pars a parte distracta in corpore Virginis/quã-
do peperit dñm Iesum Christum. Mansit.n.Virgo. Quare ubi uiolen-
tia pariendo non fuit:partus dolorem afferre non potuit. Sed quomo-
do de utero infans egredi potuit/& extrema uteri non disiungi?Iam au
diuimus in conceptu uterum mansisse cõclusum:quia per inferiora ni-
hil accepit Virgo. Nunc per uteri inferiora Christum eẽ natum omnes
credũt. Quomodo ergo potuit ille integer permanere/& fœtum emit-
tere?Gloria fecit hoc. Non igitur mireris:ne putes euangelistam ociose
dixisse. Vidimus gloriam eius/gloriam quasi unigeniti. Si eius gloriam
uidere nolueris/castissimæ fidei splẽdore illuminatus/intelligere nunq̃
poteris quomodo parere potuerit hæc puerpera:& pariendo uirginitatẽ
non amittere. Accedite per fidem ad deum:qui natus est/& illuminami
ni/& facies uestræ calumniis hereticorum/minime cõfundentur. Domi
nus Iesus Christus fuit ab initio(quod sæpe iam diximus & fide firma
tenemus)deus & homo. Anima eius a suæ creatiõis initio uerbum dei
cum eo caro factum uidit:& in illo uidit:amauitq; diuinitatem. Fuit er
go beata. Anima porro beata si sit in corpore nõne illud beatũ efficiet?
Beatitudo uero corporis nonne quatuor dotibus cõtinetur? Subtilita-
te:impassibilitate:agilitate:& claritate:de quaꝝ ratione:ordineq; dice-
mus:si transfiguratiõis dñi Iesu Christi mysterium declarabimus. Satis
sit hoc loco ostendere quod intendimus. Ad quod dos subtilitatis no- K
bis abunde sufficiet. Facit.n.hæc dos corpus gloriosum simul cum alio
stare non glorioso. Præstat inq̃ gloriosum corpus ad locũ non gloriosi
perueniens:illud non expellere:& cum illo permanere:præter labi & trã-
sire:loco & locato qbus superuenerat nullatenus immutatis. Auibus si
plumas:si pennas detrahas:uolare nõ poterunt:& quanto his pẽnas ro-
bustiores adieceris:tanto agiliores efficies ad uolandum. Præstant igit̃
pennæ per naturam uolatilibus:quod natura sine eis omnino negaret.
Graue.s.in aere se ipsum substentare:ualdeq; uelociter agitare:cum per
naturam grauia omnia tarde se moueant:& solido substentari cogant̃.
Quod igitur præter naturam grauedinis pẽna præstare potest rationis
exptibus animantibus:cur & per animam rationalem decoratam gloria
homini rationis capaci non præstabitur? Sentẽtia philosophorum neq;
spernendorum sane est:fortem imaginationem animæ nobilis nõ solũ
in ꝑprio corpore:sed in alieno magnos & admirabiles/supraq; uires hu-
manas,effectus adducere. Pudeat igitur chistianos hoĩes naturalis philo-

ſophiæ nimium ſtudioſos/non aſſentiri gloriã animæ beatæ/agilitatem ſubtilitatemq́ꝫ corpori ſuo afferre poſſe/cum pleriq́ꝫ philoſophi non minus difficilia forti imaginatione animã non glorioſam effeciſſe confir-
L ment. Tota diffidentiæ ratio unde negatur unum corpus ſimul cũ alio poſſe eodem loco perſiſtere: uel unum ſolidum per aliud ſolidum poſſe ſine fractura tranſire phiſicis naſcitur/quia locus locato per omnia adæquatur. Quare nõ poteſt locus uno corpore occupatus.i. per omnia illi adæquatus: aliud corpus in ſe recipere. Deſineret nẽpe adæquari uni/dum ſimul duo inciperet continere. Quod uero per aliquod ſolidũ trãſiret/aliquando uel ex toto/uel ex parte in eo quod tranſiret exiſteret. Ita duo corpora eſſent in eodem loco: uel unum penitus loco careret. Qñ inſuper corpus ſolidũ/per quod tranſitum fieri contingit/minime uiolatur/minime dilatatur: minime cedit loco/non eſt intelligibile corpus quod per illud tranſit/aliũ locum habere dum trãſit q̃ quem antea occupauit corpus/per quod dicitur pertranſire. Hæc ni fallor phyſica argumentatio inde conſiſtit: ꝙ omne corpus contineri loco neceſſe ſit: & ſpacium occupare: quando loci ad locatũ adæquatio ex hoc ſolo cõſurgit ꝙ locatũ occupat certũ ſpatium/qui dicitur locus/qui p ſingulas ſui ptes aliquid locati continet: per omnes uero ambiens uniuerſum: nihil ultra iam capiens. Vt quẽadmodum aliquid locati extra locum eſſe non põt: ita in loco nihil recipi queat niſi locatum. Si oſtendero aliquid eſſe locatum/quod ſpacio non clauditur: quod inq̃ nullo ambiente concludiẽ: ſi declarauero locato & ambito corpori qua ratione locatum eſt accideẽ quod ſpacium occupat: fortaſſe his qui phyſicorum intenti ſunt rationibus non erit durum aſſentiri (quod intendimus confirmare) corpus.ſ. glorioſum hominis per aliud corpus ſolidũ ſine eius læſione poſſe tranſire. Phyſica rõne notũ eſt abſolutum prius & ſecundũ rem a poſteriori abſoluto diſtinctum poſſe ſine illo quod poſterius eſt: & fieri & pmanere. Eſt præterea cõſentaneum deũ oĩpotentem per ſuã ſapientiam: & uirtutem imenſam: plus poſſe q̃ naturam limitibus clauſam: longeq́ꝫ maiora: magiſq́ꝫ mirabilia poſſe ſi uelit efficere: q̃ animæ rationalis imaginatiuam uirtutem: quam ardua & creditu difficillima: quorũ ratio explora-
M ta non eſt: cõſtat poſſe præſtare. Declaremus igitur eſſe in rerum natura grande aliquod corpus: loco contentum: quod tamen a loco circũſeptũ non ſit: ſiue adæquate ab illo concluſum. Maxima oĩum ſperarum quæ certe corpus eſt tam grãde: ut ei iam nulla natura corporea cõmenſurabilis poſſit inueniri: Quod quæſo occupat ſpacium? Certe nullũ. Ipſa.n. eſt primũ corpus continens omnia: cõtentum a nullo: imo uero deſinet eſſe quod

esse quod est. Desinet inq̃ esse prima & maxima circumferẽtia: si ab alio corpore illã ambiente esse dixeris circũseptam: est nihilominus in loco. Quare liquet iam esse aliqd in loco neq̃ tamen loco circũseptum/adæquatum/uel coextẽsum esse. Quãdo primum locabile primũ quod stetit in loco/circũseptum a locante nullatenus inuenitur. Deus igitur ille sapientissimus & potẽtissimus: qui primam speram locum nõ occupare constituit: immo iussit occupare non posse: & esse nihilominus corpus: & aliud nihil q̃ corpus illã esse iussit/cũ nõ sit sapientia diminutus: neq̃ defecerit potestate. Cur miora corpora in loco reponere: & locũ nõ occupare nõ poterit facere? An qa dabitur uacuũ? dum ubi erũt illa corpora spaciũ nõ occupãtia/erit inane? Minime hoc cõtinget. Ne paueas: sapiẽtissimus est deus: nõ occupantia locũ eẽ faciet in loco cũ aliis corporibus replentibus locũ: Ita ne uniuersi natura depeat/qua sapiẽtia primam speram per suũ centrũ in loco reposuit: per alterius corpis p̃ntiam locũ occupabit. An qa duo corpora eundẽ locum occupare nõ p̃nt? Non ergo me hactenus intellexisti. Hoc ego dico per dotem subtilitatis hoĩs gloriosũ corpus locũ non occupare: deo præstãte: nõ aũt uirtute creata id dare potente. Dos certe a sponsa non est: sed a p̃re ipsam dotante maritus accipit dotẽ. Neq̃ usus dotis quẽ maritus accæpit in nuptiis illi dat a spõsa: sed a dotantibus eã. Quãuis nuptiarũ iure usus dotis ad illũ p̃ueniat: fiatq̃ dantis bñficio dos propria iã traductæ. Ita dum deus p̃r nos quasi prudentes uirgines spõso aĩarum nostrarum dño Iesu Christo copulabit in gloria fœlicitatis æternæ/ĩter cætera nr̃æ fœlicitatis munera/corporibus nostris tribuet subtilitatẽ: qua utemur eius bñficio: nr̃o iure. Eius nanq̃ clemẽtia quotiẽs uoluerimus nostræ uolũtati coopabitur. Et qñ anima uolet suũ corpus locum nõ occupare/deus ꝓhibebit occupationẽ fieri. Dos ergo subtilitatis (ut ita dicamus) est aĩam nolle a suo corpore spacium occupari: deũq̃ prohibere occupationem fieri. Nõ ergo hinc tollit̃ loci & locati adæquata mensura. Qñ corpori occupãti locus per oĩa sit æqualis: nõ occupãti nulla mensuræ rõne copulat̃. Hanc dotẽ dño Iesu Christo nascẽti fuisse usui maxĩe decuit/ut oẽs uiderent gloriã eius: gloriam quasi unigeniti/uno singulari & ꝓprio modo nascẽdi cũ alii nascãtur ibecilles & infirmi: iste nascẽdo sit ex pte iã gloriosus. Ita dũ deus prohibet nascentem infantulũ locũ occupare/claustra uirginitatis per quæ nascẽdo trãsiuit uiolare nõ potuit. Q̃m ea nullatenus impleuit uel occupauit. Si forte quẽ mouet cãtare ecclesiam. Vagit infans inter arcta cõditus præsepia: & id circo nõ fuisse christi corpus dũ natũ est gloriosum: cõtendat. Q̃m uagitusinditiũ doloris est: qui glorioso corpori ascribi

N

O

P

Q

non potest: dote impassibilitatis oēm penitus excludente dolorem. Dixi nascentem dñm: non dixi iam natū gloriosi corporis munere functum. Dixi dote subtilitatis: non dixi oibus dotibus simul/illum usum fuisse dū nasceretur. Qui igitur nascēs sola subtilitatis dote fungi uoluit pro matris honore: ubi natus est: uoluit pro nobis secūdū corpus eē penitus inglorius: ut pro nr̄is culpis illum uagire liceret: qui pro eisdē pegrinari uenerat: contristari: crucifigi: mori: & in sepulchro iacere. Non est igitur mirum si in præsepio uagit/qui postea in itinere fatigatur: lamētatur in cruce: & exanguis reponitur in sepulchro. Hic si requiras quomodo fieri potuit: ut homo ille gloria plenus: cum uellet dotibus gloriæ uteret: & tñ passibilis remaneret: nos te ad tractatum remittemus quem edidimus de dignitate instrumentorum dominicæ passionis: ubi pro nr̄a tenuitate hoc declarauimus. Redeamus iam ad Ioānis euangelistæ doctrinā: & uno uerbo discamus ab eo unde sit natiuitatis quam celebramus gloria: qm̄ quæ sit iā enarrauit. Audite igit illū: ut a quo sit pdiscer ualeatis.

A quo sit natiuitas Iesu gloria.

a Patre plenum gr̄a & ueritate. Quæris unde sine uiri semine sit conceptum hoc unigeniti corpus? per naturā ne discere speres: illa te sacramentū hoc docere non sufficit. Pr̄ deus per gratiam penitus insolitā: nullo naturæ cōmunis iure fecit hoc. A patre plenū gratia uidimus hunc cōceptum. Quæris unde de puro uirginis sanguine idem corpus formatū sit? Natura ad hoc non sufficit: uirtus pr̄is per gratiam suppleuit. A pr̄e plenum gr̄a hunc fœtū agnosce formatū. Quæris quomodo in momento in ictu oculi translatus sit ad locū generationis sanguis: formatūq; inde sit organicum corpus? Vbi defecit natura: abundauit pr̄is gratia. Vidimus hūc formationis modū. A patre plenū gratia. Quæris quomodo aīa rōnalis induci solita post quadraginta & quinq; dies: non solū prima formationis luce: sed primo momento data sit corpori? Dimitte naturā creatā saluatoris: & quære per grām creatoris. Hoc.n.opus uidimus: plenum gr̄a a patre. Quæris qūo uerbum simul cū aīa corpus ingrediens: caro factū sit: & in nobis habitauerit: habitauerit inq̄ in nr̄a humanitate? fuge hic oēm creatæ naturæ rōnem. Gratia increatæ naturæ hoc contubernium opata est. A patre plenum gratia est opus istud: & ea gratia est plenum: qua sub deo maior nequit intelligi. Quæris quomodo de uētre cōcluso: & utero & semper integro: natum sit in carne uerbum? natum sit in infantilibus membris habitaculū diuinitatis: carne: ossibus: neruisq; compactum. Natura non fecit hæc: ab illa discere ne studeas: fecit pater gratiæ plenitudine. Vidimus.i.opus

R

hoc plenum

hoc plenum gratia a patre. Q uæris quomodo deus ĩ homine natus: & homo iam uere glorificatus: qui nascẽdo dote subtilitatis: ieiunãdo dote impassibilitatis: ambulando super undas maris dote agilitatis: in mõte Tabor se transfigurando/dote claritatis est usus: his dotibus semp corpus non ornauerit? Et quomodo gloriosus existens secũdum animam pati potuerit in corpore? Non hæc fecit natura: quæ beatitudinis dotes huiusmodi largiri nõ potest: & largitorum a deo per gratiam usum subtrahere nequit. Gratia patris profusa fecit hæc omnia in infantulo Iesu: quem: dum de matre Virgine nascitur: uidimus a patre plenum gratia. Q uæris quomodo aĩa eius consortio & aspectu diuinitatis plenæ beata/dolores sentire: & tristitias ferre potuerit? Q uæris quomodo pridie q̃ pateretur se ipsum sub modici panis & uini speciebus dederit in cibũ: & hodie det: sitq; daturus usq; ad consumationem sæculi? Ne quæras a natura. Non enim potuit illa neq; poterit unq̃ tanta peragere. Fecit hæc patris gratia. Neq; uero quia natura.i.uniuersa creaturarũ series atq; uirtus hæc non fecit/fieri non potuerũt. Satis est illa naturã ferre potuisse. Et ueritate: Rõnes quas adduxi adhoc ualere ĩtelligas uelim: ut hæc tam mira/tam rara/tam gloriosa ostendant cõtra naturam nõ esse. Gratia enĩ cum natura non pugnat: sed adiuuat illam. Plena igitur sunt hæc munera ueritate. Q uãdo quæ natura facere nequiuit: & ferre præsto fuit: naturæ conditor deus naturam ferre cõstituit. Gratia dei operata est: & naturæ ferenda distribuit: illam adiuuans ad ferendum. Itaq; o Cherinthi o Ebion o Sabelli o Arri o Manichee o Hæretici omnes: qui naturæ innixi uideri uolentes/ueritatem aut deitatis aut humanitatis negastis in domino Iesu Christo: Q uando quæ dicta sunt de illo natura creata facere non potest: & iccirco uos ea falsa: conficta: aut per imaginem ueri non uere celebrata putastis: dixistis: scripsistis: falsi omnes estis. Satis est naturam illa potuisse substinere. Naturæ conditor fecit hæc omnia per cumulum gratiæ: qua Christum uidimus patris munere plenum nõ minus ueritate q̃ gratia. Audite Ioannem. Vidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti: A patre plenum gratia & ueritate: quam hic per speculũ fidei cognoscẽtes: ille qui pro nobis hodie se fecit carnẽ: tenere & possidere nos faciat in gloria sanctoꝝ: p infinita sæcula sæculoꝝ. Amen.



DE CIRCVNCISIONE DOMINI IESV CHORDA TERTIA.

P OSTQ VAM CONSVMATI SVNT DIES octo ut circūcideretur puer uocatum est nomen eius Iesus. Lucæ. ii. Dominus noster Iesus Christus fratres charissimi: qui in suæ natiuitatis articulo gloria/gratia/& ueritate redundauit (ut sermone antecedente) Ioannis doctrina didicimus/hanc ipsam plenitudinē die circūcisionis quem hodie colimus/in nos quasi uberrimus fons diffundere cæpit. Vnde uinea domini Sabaoth se se instaurādam: & ad pristinam fœcunditatem agnosceret reparandam. Vinea nempe domini Sabaoth propheta testante domus israel est: quam cum uinitor deus ab initio inditæ legis naturæ beneficio/quasi sæpibus cōmunisset/aper de silua, dissipatis sæpibus, deuastauit: & singularis ferus depastus ē eam. Ferus inq̄ appetitus incontinentiæ: per quem omnis caro inter ipsa mundi īcunabula corruperat uiam suam. Ob hoc legis scriptæ nouam sæpem idem ipse uinitor deus optimus maximus huic suæ uineæ circūndedit: ut ueterem quam naturæ indiderat resarciret. Hæc porro secunda sæpes cum aliquādiu uineam tutata esset/per ambitionem tandem & auaritiā neglecta, ab neq̄ seruis ac deuastata est. Itaq; redacta in solitudinem uinea rubis ac spinetis/cum durissimis dumis īhorruit. Vnde pro dulcibus uuis/acidas labruscas/acutas ac pungentes spinas omnis generis impietatis aduexit. Huic in nouissimis temporibus misertus deus, non naturæ creatæ uirtute: non patriarcharum exemplis: nō Moysi & prophetarum uocibus/operibus ue remedium afferre ultra constituit: sed propriū filiū eam colere & in melius reformare/ac conseruare destinauit. Q ui cū eēt omni sapientia præditus/mox ut ad uineam uenit natus in carne, illā penitus aridam/fontibus obstrusis/& cisternis dissipatis: quæ aquas continere non poterant/collapsam & desolatam inuenit. Q uare ut suæ obedientiæ promptitudinem inter incunabula in hac ipsa uinea excolenda demonstraret (Q uia nō per sanguinem hircorum aut thaurorum: sed per proprium sanguinem in sancta ītroire/nosq; ad sancta uenerat reuocare) infantulus octo dierum in circuncisione sanguinē pro nostra/omniumq; salute spargere cœpit. Q ua de re hoc loco oratiōem habiturus. Q uid sibi uoluerit domini Iesu Christi circuncisio: cur die octaua ex lege fieri debuerit: cur in circuncisione Iesus nomen acceperit: prout deus dederit enarrabo. Q uoniam Postq̄ consumati sunt dies octo a die natiuitatis saluatoris nostri numerandi: ut circūcideretur puer: qui natus est

nobis ad salutem ꝓmerendam: Vocatum est circuncisionis solẽniis/ Nomen eius: qui sine patre de matre semper Virgine paulo ante natus est/ Iesus. i. salus uel saluator. Saluauit enĩ matris integritatem: saluare uenit in nobis pietatem.

Circuncidi cur uoluerit dominus Iesus.

S Vi sanguinis effusionem cur a circuncisione dominus Iesus ór diri uoluerit iam aduertite. Venerat curare languores animarũ: qui certe multiplices erant & ab incõtinentia degrauare illas cœperant. Nempe ante diluuium cum nulla scripta lege uiuerẽt homines: & natura quãuis lapsa pro lege multo tempore ualuisset/ libidinis ardor paulisper excrescens eo usq; furoris homines præcipitauit: ut solus Noe

T cum tribus filiis in uniuerso orbe terrarum/ naturæ hac in re finibus cõtentus inueniretur. Corruperat nanq; omnis caro uiam suam. Vnde ipsi quoq; filii dei idest filii præsidentium: filii inq̃ eorum qui inter homines diuino munere fungebantur/ uidentes filias hominum sibi subditorum ꝙ essent pulchræ: quod est libidinis incentiuum/ & incontinentiæ stimulus peracutus: acceperunt sibi singuli uxores ex omnibus quas elegerant non parentum suorum decreto: non pro dignitatis gradu mulieres sibi iungebant: non earum ipsarum quas accipiebant genitoribus consentientibus traducebant: sed sua ipsorum electione furibunda: & effrenis libidinis ardore flagrante. Quas elegerant idest quas habere cõ

V cupierant: acceperunt sibi/ sua sola uoluntate: nemine illis dante. Quia igitur primum labefactari genus humanum: & a lege naturæ honestatisq; discedere per libidinem uirorum incontinentium cœperat/ Saluator ante omnia incontinentiam docuit esse frenandam. Quando eam partem qua maxime per incontinentiam mares peccant/ in se ipso ab initio per circuncisiõem uoluit castigari: & inde sanguinem effundere pro peccatoribus: unde primo peccatores naturam suam ex parte collapsam

X infamare/ contaminare/ penitusq; corrumpere cœperunt. Decreuerat ab initio deus pro iustitia carnem Christi per omnia corporis membra cruciari: ut per innocentis hominis satisfactionem/ iniquorum hominum peccata delerẽtur. Quã igitur sui corporis particulã in passione pro honestate flagella attingere non licebat/ in circũcisione cultrum lapideum

Y cruentauit. Adhuc si plenius intelligere desideramus cur dñs Iesus Christus circũcidi uoluerit: Paulum apostolum nobis assumẽdum existimo. Dic o Paule/ doce nos obsecro ueram circuncisionis rationem. Credidit Abraam domino & reputatum est illi ad iustitiam: & circuncisionẽ accepit a domino: non ut per illam iustus fieret: sed in signum assecutæ iustitiæ: ad

ſtitiæ:ad quam ante circumciſionem fide peruenerat. Erat ergo circumciſio exterior:non ad iuſtitiam/ſed ad deſignandum illam aſſecutam inſtituta:niſi Pauli apoſtoli doctoris gentium dum ad Romanos de circũciſione ſcribit ſententiam longo proceſſu habitam & comprobatam reprobare quis audeat. Quis quæſo iuſtior fuit iter Patriarchas q̃ Abraã? Z
At hic ipſe exultauit ut uideret diem meum (dicit dominus Ieſus Chriſtus) uidit & gauiſus eſt. Quoniam per ſuam iuſtitiam non plene ſaluatus:per meam ſaluti penitus eſt reſtitutus. Si igitʳ Abraam per fidem iuſtificatus ad iuſtitiam indicandam q̃ per fidẽ obtinuerat circũciſus eſt. Dominus noſter Ieſus Chriſtus teſtis fidelis/primogenitus mortuorum & princeps regum terræ/meritiſſime pro iuſtitia uoluit circumcidi:præſertim quia non iam per fidem/ſed per ſcientiam plenus erat iuſtitia:& pro iuſtitia non Iſaac filium:ſed ſe ipſum imolare decreuerat. Deſignabat præterea iuxta Pauli doctrinam exterior circumciſio in carne/interioris hominis circumciſionem in mente:Sine qua nemo unq̃ potuit potetitue ſaluari. Audite Paulum. Circumciſio quidem prodeſt:Si legẽ obſerues:Si autem preuaricator es legis : tua circumciſio preputium facta eſt. Si igitur preputium iuſtitias legis cuſtodiat : non ne preputium illius in circumciſionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura preputium eſt/legem conſumans/te qui per litteram & circumciſionẽ preuaricator legis es. Non enim qui manifeſto iudeus eſt:neq; quæ manifeſta in carne circumciſio:ſed qui in abſcõdito iudeus eſt:& circumciſio cordis in ſpiritu:non littera:cuius laus nõ ex hominibus ſed ex deo eſt.
Conſtat hic Paulum duas circumciſiones oſtẽdere:alteram in membris A
corporis : alteram in operibus mentis. Legem ſeruare & innocenter uiuere (teſte Paulo) circumciſio eſt ſecũdum ſpiritum/quæ dicitur prima. Eſt enim (ut eius utar uerbis) circumciſio cordis in ſpiritu:& hæc ſufficit ad ſalutem. Quando eius laus nõ eſt ex hominibus:ſed ex deo ideſt a deo approbatur q̃uis homines illam ſpernant. Secunda circumciſio eſt aliquid computare de corpore:quod ſi fecerimus non (teſte Paulo) ſeruata lege noſtra : nihil agitur ad ſalutem. Quoniam ſignum eſt tantum hæc ſecunda circumciſio: & priorẽ monſtrat eſſe ſeruãdam. Dominus igitur noſter Ieſus Chriſtus ut nos doceret mentem noſtram circumcidere/Venerat enim illuminare tenebras noſtras. Quod per infantiam nondum poterat lingua/locutus eſt opere:circumciſus eſt carnem:ut ab illo diſceremus nos circumcidere mentem. Nempe circũcide B
re:per circuitum incidere eſt. Quemadmodum igitʳ in corporis circũciſione pellis illa amputatur:quæ membri circumciſi ſumitatem per gi-

rum occupare solebat: ita ea quæ mentis nostræ cacumina circumclau-
dunt: aggrauant: angustant: & sæpe contaminant: sunt penitus ampu
tanda. Vt fides nostra nobis ad iustitiam reputetur animas nostras cir-
cumcidamus oportet: concupiscentiæ motus: & impetus irascibilis ap-
petitus compescendo. Concupiscentia nunc utilia: nunc delectabilia
proponit: quæ aut speremus acquirere: aut timeamus amittere. Hinc
gaudia: dolores: spes: anxietates: & pauores a recto iustitiæ tramite (q̄uis
agnito per fidem) aut retardant: aut penitus distrahunt. Abscindendæ
sunt hæ omnes passiones ab animo: ut dediscat concupiscere quæ ad
rem non faciunt: quæ mentē saciare non possunt: ita non gaudebit ina-
nibus: non sperabit in pecunia & thesauris: non nocituris uoluptatibus
demergetur: non cruciabitur cōmodis sæculi huius amissis. Hæc uero
ab una tantum parte mentem sepiunt: ideoq; non satis est ista penitus
C abscidisse. Vbi concupiscentiæ sunt abscisse: Irascibili desiderii impetus
rapidissimi amputandi sunt. Qui profecto tanto pestilentiores sunt
animæ: quanto pretextu honoris & honestatis: facilius obruunt/quos
conturbant. Hæc sunt honoris & dignitatis studia: ad quæ ut se ani-
mus immoderate contulit obtinenda/sui penitus obliuiscitur/rapitur
supra se: si quos est assecutus honores: illis abutitur: & eos in quibus
conquiescere debuisset/gradum statuit ad alios consequendos. Ita sem
per priori honore nō contentus/ob plenitudinem famē incurrit. Hinc
omnibus præferri cupiens/quibus præficitur illos spernit. Quibus
præesse non potest: odio prosequitur. Eos uero qui sibi præsunt: inui-
sos & penitus intollerabiles ducit. Inde nascūtur iræ/inuidiæ/rixæ/dis-
sidia/contentiones/seditiones/simultates/odia/uulnera/cædes/bella/ in
cendia/ciuitatumq;/regnorum quoq; desolationes/deuastationesq; sæ-
pe inde originem accæperunt. Sunt igitur a mentibus nostris per cir-
cuitum male affectiones amputandæ. Quando circumcisio nihil ali-
ud esse potest q̄ scissio per circuitum. Parum est obsessam ciuitatē mul-
tis ex partibus custodire/Si ex una parte icustodita remaneat & neglecta
Satis illa fuerit ad hostium ingressum. Sæpe per ardua & periculis ple-
na loca/ciuitates expugnatæ sunt. Dum loci natura fidentes obsessi/mi-
nus accuratæ illic uigilias obseruauerūt. Aduersarius nr̄ diabolus circuit
quærēs quē deuoret: & spūs impii oēs ambulant in circuitu: ut si ab una
pte ingredi nequeāt: ab alia expugnent. Quærunt oïa plustrantes aliqd
inuenire: qd scalas admouēdas cōtineat: uel funes iaciēdas ad ascēsū suf
ficiat substinere. Ansæ undiq; amputādæ sunt: uepres & spinæ in qbus
hostes occultari possint pēitus desecādæ. Dumi & rudera deplanāda sūt
omnia

omnia:ut inter illa latere hostis oīno non possit. Fecerimus hæc:si Pauli Apostoli monita:quæ hodie in eius epistolæ lectione nobis proposita ab ecclesia sunt obseruauerimus.

Expositio epistolæ Pauli quæ legitur in die circumcisionis.

a Vdite quæso q̄ bene nos ille mentem doceat circūcidere. Apparuit inqt benignitas & humanitas saluatoris nostri dei omnibus hominibus/Quando pro eis Iesus: qui erat ab initio deus:infantulus octo dierum in homine factus circumciditur. Hāc apparitionem:hanc circumcisionem/ne credamus ociosam/erudiens nos inquit apostolus. Sed ad quid nos erudit? Quid hac sua circumcisione nos docet sapientissimus infans ætate/opere autē clementissimus accuratissimusq; magister? Quæ est eius eruditio/o/Paule? Vt abnegātes impietatem & sæcularia desideria/sobrie/iuste/& pie uiuamus in hoc sæculo. Abnegamus impietatem:quando a mentibus nostris superbiæ studia resecamus. Abnegamus sæcularia desideria:quando diuitias fluxasq; uoluptates spernimus. Hæc est igitur circūcisionis ratio. Ideo dominus Iesus adhuc infantulus suā benignitatem & humanitatem in circumcisione uoluit apparere:ut nostra mente cultro rationis circumcisa/abnegemus:abscindamus:& abiiciamus impietatem & sæcularia desideria. Sed quia natura docente:non sufficit ab egrotante corpore malos humores expulisse:quinimo cibis & potibus illud refocillare necesse ē. Ideo prauis affectibus a mente reiectis/ut domini Iesu benignitas nobis prosit: sobrie/iuste & pie uiuere in hoc sæculo docet Apostolus. Tres quasi cibos animæ circumcisæ Paulus apponit. Quoniam anima nostra tribus est maxime:& semper obnoxia. Nobis ipsis/proximis/ac deo. sobrietas nobis ipsis maxime prodest: & animam nostram semper alacrem seruat. Quando corpus per sanitatem quam sobrietate acquirimus & conseruamus/animam minus aggrauat: illa recipere commodius sano corpore utitur:quod sine morborum molestia inhabitat & exercet. Iustitia uirtus est qua cum proximis bene conuersamur: tribuens singulis quod est suum. Pietate colimus deum. Circumcisi igitur mentem malis.s.inde affectibus amputatis: sobrie/iuste/& pie uiuemus in hoc sæculo. Sic enim nobiscum:sic proximis bene concordabimus:sic deo bene suberimus/& hic omnia bene disposita continētes/meliora recte sperabimus in futurum:quare dicit apostolus. Expectantes beatam spem:& aduentum gloriæ magni dei: & Saluatoris nostri Iesu Christi. Quomodo autem expectare conueniat per ipsam circumcisionem inspiciamus. D

Circumcisionem animæ publice & intrepide assumendam/retinẽdam uero secrete.

Amis circumcisio cum fieret in publico/occulte tamen semper gestari solebat/hodieq3 gestatur. Neq3 enim inuentus est hactenus qui circumcisionis signum (quod sibi existimat ad gloriam) publice uoluerit circũferre. Nos igitur nostram in spiritu circumcisionem debemus quidem in publico accipere: ut nos non pudeat usq̃ loci benefacere: & castigationem malefactorum quasi circumcisionem accipere. Hunc ieiunare pudet: quia inter commensatores cõuersatur. Illum orare pudet quando debet: qm̃ iocantibus uel garrientibus conuiuit. Ille erubescit modice indutus incedere: quia inter purpuratos uitam agit. Alius quia est inter auaros non audet elemosinam dare pauperibus. Non uadit alius ad ecclesiam/non audit uerbum dei/ ne a discolis derideatur: cum quibus eum uiuere necesse est. Audi dominum saluatorem pro te hodie publice circumcisum. Luceat inquit lux uestra coram hominibus ut uideant bona opera uestra: & glorificent patrem uestrum qui in celis est. Qui enim me confesus fuerit coram hominibus: confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Vnde descendi pro uobis: non me puduit publice pro uobis circumcidi. Pudenda cultro offerre ferienda adhuc infantulus non recusaui. Per integram iuuentutem non erubui subdio nudari: ligari ad palum & flagellari: nudus in cruce suspendi. Cur uos pudeat (quod decorum est) pro me immo pro uobis sobrie/iuste/& pie uiuere. Quo magis inter peruersos est uestra conuersatio: eo magis cauendum est/ ne sal uestræ sobrietatis/iustitiæ/& pietatis uitio infatuetur alieno. Condire debetis eorum quibus conuiuitis conuersationem: ne marceat: ne ue putrescat. Hæc porro omnia quando pro officio gestati luminis impleueritis: nolite tuba canere ante uos: sicut hypocritæ faciunt. Cum per sobrietatem ieiunatis: nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis: receperunt mercedem suam. Cum per iustitiam facis elemosinam: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Cum per pietatem oraueris/cubiculum ingredere: & clauso hostio ora patrem tuum. Circumcisionem quam publice accipis/occulte tene: omni studio deo soli: cui nihil debet potest ue esse celatum: tuam circumcisionem ostende/aperi/indica/hominibus absconde. Ita noueris te Apostoli de circumcisione seruasse doctrinam. Non enim qui in manifesto iudeus est: sed qui in occulto est circumcisus. Et circumcisionem ha

bitam

bitam tenet nõ secundum carnem/non littera(ut ipse Paulus dicit)sed spiritu. Sic nanq; circuncisio seruata/iustitiam seruat/& saluat. Tanta est parti in homine circũcisæ reuerentia:ut nomine proprio quisquã illam publice nominare non erubescat. Si quando sapiens illam nominat/ communi nomine naturam dicit. Quæ est natura hominis(respon de quæso)nisi ratio? Rationem ergo in spiritu circuncidendam esse uoluit sapientissimus deus ostendere:per suam circũcisionem erudiẽs nos. Quando in illa corporis parte circuncisionem hodie pertulit/quæ honestatis gratia a sapientibus & bene moratis hominibus natura nominatur. Vt etiam simul omnia a nobis amputemus uitia/membrum totius naturæ nomine a bene moratis solitum circunloqui:uoluit circuncidi. Ita facientibus aduentus eius in carne qui per circuncisionem:iam apparuit benignitate plenus nobis proderit:& aduentus eiusdem ut iudiciis quando cœlum & terra pauebunt spem nostram gloria immortali sociabit. E

Circuncisio secundum carnem quare sit abolita.

Ed cur in carne non circuncidimur omnes. Si dominus Iesus Christus circuncisionem pertulit in corpore suo ad eruditionem nostram? Est hæc antiquissima difficultas:& prima omnium controuersiarum:quæ in cunabula nascentis ecclesiæ infestauit. An scilicet incircuncisi uenientes ad fidem circuncidi deberent. Itaq; nõ mea:sed apostoli Pauli sententia diffiniendam puto. Si circuncidimini Christus non proderit uobis dicit Paulus. Quod si forte hæc tibi tanti apostoli sententia non satisfacit:audi generalis concilii hac de re diffinitionem:non Niceni/aut Romani:non Constantinopolitani:non auctoritate apostolica congregati:sed concilii Apostolorum ipsorum:qui prima ecclesiæ fundamenta iecerunt. Actuum apostolorũ libro scribitur. Quod cum Christianum nomen Antiochiæ primum auditum late se diffunderet:quidam descendentes de iudea(utor hic Lucæ uerbis ad literam)docebant fratres. Nisi circuncidimini:secundum legem Moysi: non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos:statuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas:& quidam alii ex aliis ad apostolos & presbyteros:in Hierusalem sup hac questione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant phœnicem:& Samariam narrantes conuersationem gentium:& faciebant gaudium magnũ omnibus fratribus. Cum autem uenissent in Hierosolima suscepti sunt ab ecclesia:& ab Apostolis & senioribus:annunciantes quanta deus fe

cisset cum illis. Surexerunt autem quidam dicentes: quia oportet circūci
F di eos: præcipere quoq; seruare legem Moysi. Conuenerūtq; apostoli &
seniores audire de uerbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret/sur
gens Petrus dixit ad eos. Viri fratres/uos scitis quoniam ab antiquis die
bus deus in nobis elegit/per os meum gentes audire uerbum euangelii/
& credere/& qui nouit corda deus testimonium perhibuit dās illi spūm
sanctum sicut & nobis: & nihil discreuit inter nos & illos: fide purificās
corda eorum. Nūc ergo quid tentatis deum? Imponere iugum super cer
uices discipulorū: q; neq; nos/neq; patres nostri portare potuimus. Sed
per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari quemadmodū
& illi. Tacuit autem omnis multitudo & audiebant Bernabam & Pau
lum: narrantes quanta deus fecisset signa & pdigia in gentibus per eos.
Et postq̄ tacuerunt Iacobus primus Hierosolimæ episcopus Petri sentē
tiam per hæc uerba comprobauit. Viri fratres audite me. Simon narra
uit quemadmodum primum deus uisitauit sumere ex gentibus popu
lum nomini suo: & huic concordāt uerba Prophetarum: propter quod
ego iudico: non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum:
sed scribere ad eos ut abstineant a contaminationibus simulachrorum:
sanguine: & suffocato. Petri quam audistis de circūcisione sentētiam in
G concilio apostolorum propositam: & a Iacobo inter eos pro iure episco
patus ut uidetur decretam uniuersum concilium ita comprobauit. Apo
stoli & seniores fratres his qui sunt Antiochiæ & Ciliciæ fratribus ex gen
tibus salutem. Quoniam ut audiuimus quidam ex nobis exeuntes itur
bauerunt uos: uerbis euertentes animas uestras quibus non manduca
uimus. Placuit nobis collectis in unum: eligere uiros: & mittere ad uos.
Cum autem charissimis uestris Barnaba & Paulo: qui tradiderunt ani
mas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Missimus ergo Iudam
& Syllam: qui & ipsi uobis uerbis referent eadem. Visum est. n. spūi san
cto & nobis: nihil ultra imponere uobis oneris: q̄ hæc necessaria. Vt ab
stineatis uos ab imolatiōe simulacrorū: & sanguine: & suffocato: & for
nicatione a quibus custodientes uos bene agetis. Valete. Igitur si Paulo
electionis uasi: qui euangelium nō ab homine: neq; per hominem acce
cepit: sed a dño Iesu Christo raptus usq; ad tertium cœlum didicit uerita
tem/credimus. Si Petro Apostolorū pricipi: per quem ab initio decreuit
deus gentes audire uerbū dei cōsentimus. Si Iacobo dñi Iesu cōsobrino
& primo oīum apostolorum epo: primo etiam ab apostolis (quod lega
mus) solēni ad disceptandum de fide & moribus celebrato concilio præ
sidenti fidem præstamus. Si totius primi concili: & omnium apostolorū

nolumus dissentire sententiæ/cōfiteri necesse ē:& firmiter credere:nos secundū carnem circūcidi minime debere. Si qui uero iudei suarum traditionum importuni assertores(quorum multi apostolorum tempore reperti sunt)tantorum sententiæ/taliumq; uirorum stare recusent/& circuncidi tādiu homines debere confirment:donec dei auctoritate circuncisionem constet esse reuocatam. Ostendamus dei decreto circuncisionē abolitam esse. Dominus Iesus Christus qui deus est proxime ascensurus in cœlum:& discipulos admonens necessaria ad salutem/promœrendā hominibus indicare:sic dicit. Euntes in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit:& baptizatus fuerit saluus erit. Nihil hic de circūcisione loquitur:& tamen ad salutem necessaria saluator ipse perstringit. Igitur cum fallere nolit/mentiri uero non possit: neq; uelit:quoniam deus est:non erit circūcisio necessaria ad salutē. Voluit nihilominus circuncidi dn̄s Iesus Christus propter ea quæ iam diximus. Insuper ne iudei quasi incircuncisum sinagogas & templum ingredi prohiberent. Ne incircūcisi hominis doctrinam:& uitam iuste aspernati uiderentur. Nequādo illū iuste occidisse possent cauillari. Dictū.n. erat Abrææ. Vir cuius caro p̄putii circūcisa non fuerit/delebitur de populo suo. Ad suam igitur iustitiam oñdendam:pro gloria dei/ad suam doctrinam & uitam attestandam:ad nostram eruditionem declarandam: ad suæ passionis falsas causas penitus rescindendas:ad tollendas impiis crucifixoribus omnes excusationis ansas iuxta legem. Postq̄ consumati sunt dies octo:ut circūcideretur puer/circūcisus est infans natus ex Virgine/uerbum caro factum:ut habitaret in nobis:& circūcisioni secūdum carnem finem decentissime imposuit:quæ ante eum fuerat subeunda. Nam quia sine sanguinis effusione non fit remissio/postq̄ Iesus per suū sanguinem omnium hoīum peccata deleuerat/erat superuacuum hoīes per circuncisionem sanguinem in peccatorum remissionem effundere.

Circuncisionem secundum carnem non esse legis Mosaycæ statutam & tempus eius.

S St hic intelligendum carnis circūcisionem minime institutam esse lege Mosayca. Qm̄ añ Exodi principium ubi de lege Moyses primum cœpit habere rōnem:Narrauit in Genesi/q; Abraā nonagesimum agens ætatis annum:deo iubente circuncisus est. Ismaelē quoq; tredecim nactū annos:omnesq; masculos uernaculos suos(eodē ipso deo mandante)circūcidit/& nasciturus de se oēs octauo die circuncidere iussus est. Itaq; Moyses in Leuitico legem purgationis parturientibus indicens:circuncisionem uel tempus circuncisionis nō diffiniuit:

quod iam Abraæ a deo præfinitum in Genesi demonstrauerat. Illis nūc
K satisfaciamus: qui euangelistæ calumniam conātur intexere. Dicunt. n. non fuisse consumatos dies octo: sed octauo die dominum Iesum Christum fuisse circūcisum. Quando dies circūcisionis qui a natiuitate numerabatur octauus: consumatus non erat. Quoniam non post solis occasum: qui diem complet: sed clara luce octaui diei saluator noster circūcisus est. Fuerat operepreciùm hos etiam discere quomodo euangelista dies octo consumatos uoluerit numerare. Circuncisio iuxta legem non transacto penitus octauo die: fieret enim nona: sed octaua luce exorta deo præcipiente fuerat consumanda. Quando ergo dixit euangelista. Cum consumati essent dies octo: affirmare non uult octauum diem penitus pertransisse: sed iuxta legem aduenisse: & illusisse: propterea addit. Vt circunciderentur puer.

Circuncisio cur septem peractis diebus fieret.

S Eptem porro integros dies expectari & octaua circuncisionem fieri dei sapientia magna ratione constituit. Septem nanq; diebus omne reuoluitur tempus: & octaua dies redit ad primam. Per septem ætates mortalis uita transfigitur: quibus finitis redimus ad ueram uitam. Ita quoniam per circuncisionem spiritualem redimus ad primum nostrum patrem atq; principium: & ad primam lucem: Quia de fragili uita septem ætatibus circūuoluta reducimur in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi: & in uitam quæ amplius mutari non potest. Iccirco exactis septem diebus/die octauo circuncisio fiebat ex lege. Diximus iam circuncisionem carnis/prætendisse eam quæ fit in spiritu: quæ omnibus hominibus est necessaria. Septem sunt uitia capitalia: quibus ad integrum resectis ab anima: octaua tādem die illa remanet circuncisa. Quatuor itē sūt cardinales: Tres uero sūt theologicæ uirtutes: quæ simul iunctæ numerum septēnarium implent: his anima ante circuncisa uitiis/est decoranda. Quia auctore Paulo: abnegantibus nobis impietatem superbiæ/inuidiæ/atq; iræ/& sæcularia desideria/auaritiæ/gulæ/incontinentiæ/atq; desidiæ. Spiritus circuncisione peracta uiuendum est per temperantiam & fortitudinem sobrie: per iustitiam & comitatem iuste: per fidem/spem/& charitatem/pie. Sic ad statum perfectissimū puenimus qui octonario designat᷑. Est. n. octonarius secundum Pythagoricos soliditatis & permanentiæ/atq; iustitiæ numerus. Sed numeroꝝ hic soliditatē & permanētiam arithmeticis relinquamus. Iustitiam p octonarii rōnem ostendisse sufficiat. Hæc potissime in
L æqualitate consistit. Habet hoc primus omnium numerorum octonarius nu-

rius numerus/ut suæ partes/& partes partium diuisæ per medietatem sint semper æquales & integræ. Namq; si octonarium diuidas/singulæ partes quatuor habebũt/Illas si diuidas/utrinq; duo assignabis. Hæc diuisa utrinq; cõtinent unũ. Ita semper per æqualia/& integra ꝓcedit usq; ad monadẽ. Ad hanc igitur quia per spũalem circũcisionem accedimus/octauo die circũcisus est puer/cuius circũcisionis solẽnia celebramus.

Iesus cur in circũcisione dictus sit filius Virginis.

u Ocatum est nomen eius Iesus. Q ua de causa in circumcisione nomen daretur infantibus in ptomptu est noscere. Homini ideo nomen imponitur: ut per illud publice ab omnibus agnoscatur. In publico igitur actu illud dari maxime consentaneum ẽ: ne leui & incerta nominũ impositione uel mutatione incertitudo cõtingat: unde confusioni uel fraudi locus & oportunitas nascitur. Q uamobrem iura sapientissime cauerũt neminem abdicato priori nomine aliud sibi ad tempus pro alio nomen imponere. Primus publicus actus ad quem iudeorum adducebantur infantes erat circũcisio: per quam familiæ Abraæ se progenitos signo quod accipiebant profitebantur. Q uo igitur in ea familia nomine censerentur tũc decebat statui: cum familiæ signum accipiebant. Sic & in Christiana religione: quoniam per batisma profitemur Christi familiam (qui uerus est Abraam) quod nomen in eius familia simus habituri: dum baptizamur accipimus. Sic qui iter Christianos arctioris alicuius uitæ: habitum uel professiõem accipiunt: nomine quandoq; nouo donantur: ut se intelligant in ea familia debere renouari. Sed cur dictus est Iesus puer hodie circumcisus? Imponi solent hominibus nomina: quandoq; ratione præteriti alicuius negocii. Ecce (inquit angelus ad Agar grauidam fugientem dominam suã) concæpisti: & paries filium: & uocabis nomen eius Ismael: eo ꝙ audierit dominus orõnem. Ismael quippe auditus interpretatur. Sic prima parens nostra a protoparente dicta est uirago: quoniam de uiro suo sumpta est. Iacob ubi cum angelo luctatus est: neq; superatus nomen accæpit israel. Q uando dixit angelus. Nequaq̃ uocaberis Iacob: sed Israel erit nomen tuum: & adiecit: quoniã si contra deum fortis fuisti: quanto magis contra homines præualebis? Et profecto Israel apud hebreos fortis directus nostro idiomate sonat. Q uãdoq; uero hæc ipsa nomina dantur hominibus a præsentia rei emergentis. Hinc Adam primo Euæ partu filiũ sibi acquisitum: uoluit nominari Chaim: dicens. Possedi hominem per deum .i. dei beneficio: qui non meæ culpæ: sed suæ clementiæ: rationem habere dignatus est. Possedi hoiem: iam eram in spe sobolis assequẽdæ:

M

N

O

dum Euam pregnantem aspicerem: nunc eam possideo. Caim quippe possessio/ siue acquisitus aut acquisitio significare uidetur. Quia geminorum primus de Rebeccæ utero/ egressus ruffus erat/ & hispidus quasi pellis: dictus est Esau: quod ruffus interpretatur. Alter quia prænascētis plantam manu tenebat: quasi illum supplantare: & prior egredi niteretur: Iacob sortitus est nomen: quod supplantator: uel supplantatio nobis insonat. Dantur præterea hominibus nomina pro certa expectatiōe futuri. Abraam ubi a dño benedictionem assecutus est: & multarum gētium designatus pater: iussus est nō Abram: sed Abraam uocitari. Vidit Sarra partum suum risum præbiturum esse audiētibus: q grandæua uetula peperisset: uidit sibi illum pater futurum ad lætitiam & gloriā sempiternam. Pro obedientiæ igitur merito: per quam paterna manu occidendum: & in lignorum strue a se parata cremandum filius deo se erat oblaturus: pater illū nominauit Isaac: quod risum uel gaudium sua lingua significat. Sic Rachel primogenitum suum uocauit Ioseph: quod sonat augumentum. Quoniam pignus se asecutam uidit: unde suos partus auctum iri sperauit. Siue igitur quæ iam euenerūt: siue rei præsentiam: siue futuram expectationē cōsideres: puero de sancta Virgine nato: nullum nomen significantius accomodatiusue imponi potuit q̄ Iesus. Significat enim saluator meus: quod si præterito referatur: attende quæso q̄ congrue sancta Maria filium nominare possit Iesum: & dicere illum saluatorem suū. Dum concæpta sum me ab originali peccato seruauit illæsam: ruinæ pro lege comuni mihi iam iminenti: nisi me subtraxisset: humana pro cōditione corruissem. Vbi nata & adulta sum: per omnem me uitam: ab oī mortali crimine: ab oī culpa ueniali saluauit: nulli noxæ unq̄ obnoxiam eē permisit: cum sua humanitate ac diuinitate uterū meum cōplere dignatus est: ab omni infamia: ab omni suspitiōe me saluā esse constituens: sponsam dari iussit Ioseph: qui me maritali studio semper coluit: & affectu fraterno ꝓsecutus est. Vbi in me: deq; me: de meo inq̄ sanguine: in utero meo cōcæptus est: mei corporis itegritatē: meæq; mentis pudicitiā cōseruauit. Sicut non fuit dum conciperem læsa meæ carnis integritas: sic mentis affectus nullatenus uacillauit. Permansi qd fueram: & assecuta sum quod credideram. Nouē mensium spacio qbus illum in utero habui: matrū molestias nullas passa sum. Saluauit me ab omni grauedine: ab omni debilitate: ab omni languore. Vbi maturitas partus aduenit: peperi sine dolore: sine labore. Exiuit de utero meo filius meus: neq; tamen hostia egressus apparuit: saluauit me penitus intactam. Vt quæ uirgo fueram in cōcæptu: quæ uirgo ꝑmanseram in cōfotu: in partu

tu: in partu

tu: in partu & post partum uirgo perseuerauerim: filius meus effecit. Merito igitur uocari uolo nomen eius Iesus: pro gratia tot fœliciũ euentuũ iam præteritorum. Si Agar quia se uisam a domino cognouit dum filium gestaret in utero: illum iussa est Ismael nomiare. Si Iacob pro fortitudine dictus est Israel: quia in lucta illi angelus non præualuit: filius meus q me totiens iã saluauit: quõ recte a me alio noie poterit uocari q̃ Iesus? Vocatũ est ergo nomẽ eius Iesus. Pro salute mr̃i totiẽs cõdonata. Etiã pro rei emergentis p̃ntia uocatum est recte nomen eius Iesus. Nascitur ex sancta uirgine infans: & angeli gloriam canunt deo: terris pacem. Magi magnum regem suæq; gentis saluatorem natum cognoscunt. Saluatur in una Christi persona: in uno infantulo tenuibus pannis inuoluto: uera hominis caro & anima: uera etiam diuinitas manet in eodem. O res plusq̃ admiratione dignissima. Infinita maiestas dei membris infantilibus continetur & occulit: neq; tamen ullatenus diminuitur. Iungitur imbecillitas hominis fortissimo deo: neq; ad diuinitatis ardorem liquefit humanitas: neq; ad splendorem fontis luminum euanescit carnis obscuritas: sed inhabitat illam totus qui loco non capitur. Quis igitur unq̃ melius saluator: aut salutaris dici potuit q̃ dominus Iesus Christus? Qui diuinitatem simul cum humanitate seruat in se. Qui mũdi salutem atq; decorem nascendo orditur: moriendo instaurat: resurgẽdo decórat: perficit ascendendo. Harum rex gratia Simeon iustus senex & timoratus: cũ infantem Iesum in templo præsentatũ accæpisset in ulnis: exhilaratus spiritu: & gestiens sancta lætitia: obortis prægaudio ac pietate lachrimis: ad deũ patrem eleuans oculos dixit. Nunc dimittis seruum tuũ domine: secundum uerbũ tuum in pace. Quia uiderũt oculi mei: salutare tuũ. Illud inq̃ salutare quod tuæ diuinitatis maiestatem amplissimam in sui corpusculi tenet angustiis: quod nr̃am humanitatẽ in pelago infinito diuinax tuarũ perfectionum ualet integram & illesam potentissime continere: hoc o dñe est: Quod parasti ante faciem omniũ populorũ. Nouum inauditumq; mysterium salutis & salutaris: ut sit lumen gentium: ad reuelationẽ tuæ sapientiæ: tuæ omnipotentiæ: tuæq; clementiæ: ab omnibus gentibus per hunc infantulum deum hominẽ agnoscendæ: & ad gloriã plæbis tuæ Israel saluandam: ac in melius refor mandam. Quare siquæ nascente domino Iesu emergunt: continẽtur: & uigent: cum Simeone fuerimus cõtemplati: apparebit euidentissime q; dum hic circũciditur infans recte admodum atq; concinne. Vocatũ est nomen eius Iesus. Si futuri expectationem attendimus: Iesus & non alio nomine infans circumcisus nominabatur: Expectabat cœlestis ciui-

tas triumphãs inq̃ ecclesia instaurari: proq; malignis illinc exulibus angelis: de piis hominibus sibi ciues suffici. Expectabat in terris militãs ecclesia institui/dotari/nubere/& decorari. Vere ergo de filio dei incarnato dicere utraq; potuit saluator meus a quo hæc se nouerant accepturas. Expectabãt sancti angeli suos ordines diminutos integros fieri. Homines quos maxime amant/deo recõciliari: & cum illis in cœli palatiis fœlices fieri/saluari in hominibus dei gloriam: in se ipsis ordinum suorum numerum integrari. Vere ergo de infantulo Virginis filio/hæc oĩa præstaturo/dicunt omnes angeli saluator meus Iesus. Expectabant animæ Patriarcharum & prophetarum sedẽtes in tenebris/& in umbra mortis/non in morte. Non enim erant uere mortuę. Quoniam erant crimine purgatæ: sed in umbra mortis.i. simillimæ mortuis in peccatis. Licet enĩ nulla sensus afficerentur pena: dãni tamen cruciabantur angustia. Hoc quoq; inter illas & impiorum animas distabat/q̃ istæ sine spe sunt exules: illæ in patriam reduci sperabant. In hac igitur expectatione constitutæ clamabant omnes piorum animæ. Ostende nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Rorate cœli desup: & nubes pluant iustum. Aperiatur terra: & germinet saluatorem. Quem natum & circũcisum illæ hodie cõtuentes/quid aliud singulas dixisse putemus: q̃ ecce hic est Iesus: hic est saluator meus. Saluabit nos: & liberabit nos: ne timeamus. Substineamus tempus adhuc modicũ: qui pro nobis dignatus est nasci: & circũcidi/mox ut uiam ueritatis docuerit filios nostros: & dei gloriam seminauerit in terris: pro nobis mori dignabit᷑: & cito resurgere: ut cum illo resurgentes exeamus de ergastulo carceris tã obscuri: & in æthereas mansiones per illum adducti: luce ppetua: & gloria inenarrabili cum illo fruamur. Expectabãt iusti in hoc sæculo suum cõtueri saluatorem. Peccatores expectabãt sequi redemptorem. Iusti uolebãt gloria cõdonari. Quoniam iam gratiam (sed nõ completã) fuerant assecuti. Peccatores sperabãt sanitatem mentis per gratiam impetrare: ut p illam possent gloriam promereri. Paruulus iste qui circumciditur omnibus & singulis accipere uolentibus: hæc omnia & singula præstat. Cur illi non dicẽt singuli saluator meus: Iesus meus es domine? Nullum tibi nomen rogamus accipias, nisi Iesus. Quoniam saluũ facies populũ tuum: a peccatis eorum. Quot uexatos a spiritibus in mundis es liberaturus? Post parum exibunt a multis dæmonia clamantia & dicentia: quia hic est Iesus filius dei: mundiq; saluator. Dæmonũ igitur testimoniõ: recte uocari debuit nomen eius Iesus. Quia & illum saluatorẽ hominũ: expulsorem suum agnoscunt: profitentur: & metuunt. Quot surdis auditum:

auditum:quot claudis liberum incessum:quot mutis loquelam: quot paralyticis soliditatem:quot aridis sensum & motū:quot cæcis uisum: quot mortuis uitam proxime restituet infans iste qui hodie circuncidi-tur? Vix ad maturam iuuentam peruenerit:quando hæc omnia paget. Saluabit ergo naturam hominis:non solum per gratiam gratum facientem secundum animam:sed per sanitatum & uitæ gratiosa munera secū-dum corpus. Itaq; anima:corpus:uita:fœlicitas hominis temporanea & æterna uere dicere possunt de puero circūciso. Ecce Iesus:ecce Saluator noster:ecce qui nos omnes saluare uenit. Donetur nomine quod est super omne nomen. Vocetur Iesus. in quo certe nomine consentaneū est omnia genua incuruari:cœlestium:terrestrium:& infernorum. Flectantur cœlestia genua animarum piarum & angelorum:dominum suum & instauratorem colentia & profitentia. Flectātur terrestria corpora hominum securitatem & sanitatem accipientia:elementa obedientia: Vēti nanq; & mare obediunt ei. Infernorum hominum:& animarum damnatarum genua adhuc flectantur trementia:& eius imperio obedientia. Omnis insup lingua confiteatur:quia dominus Iesus Christus est nūc in gloria dei patris:qui olim circūcisus pro nobis:stetit in sinu matris:ut nos in spiritu circuncisi in gremio matris nostræ militantis ecclesiæ sobrie:iuste:& pie uiuamus in hoc sæculo expectantes beatam spem:& aduentum gloriæ magni dei:qui puer de Virgine natus. Postq̄ consumati sunt dies octo:ut circuncideretur:uocatum est nomen eius Iesus idest saluator uel salutaris:nos hic saluās per gratiam:& in futuro per gloriā perpetua fœlicitate condonans. Amen.



DE ADORATIONE IESV DIE EPIFANIAE/CORDA QVARTA.

INTRANTES DOMVM INVENERVNT PVErum cum Maria mře eius: & procidentes adorauerunt eum: & aptis thesauris suis obtulerũt ei munera/aurũ/thus/& myrrã. Mathei. ii. Dñs noster Iesus Christus fratres charissimi: qui pro nobis in membris infantilibus quasi homo iudeus circũcidi dignatus/mox quasi deus sese magis exhibuit adorãdum: ut hanc ipsam circũcisionem carnis: quam tulit in corpore: non sui ipsius grã/qui deus esset: sed pro nřa doctrina tertio suæ mortalitatis ope suscepisse monstraret. Et spũalem circũcisionem/quam a fidelibus erat exacturus per infideles adhuc & barbaros homines illũ adorare uenientes/qualẽ eẽ oporteret fidelibus indicaret. Nunq̃ sane melius q̃ adorando anima circumciditur. Habet. n. ante mentis oculos adoratio acutissimum cultrũ diuinæ maiestatis/sapiẽtiæ/& iustitiæ attingẽs a fine usq; ad finem/penetrabiliusq; omni gladio ancipiti. Quod siquis manu rationis assumat/quantus sit is qui adoratur in mente reuoluẽs/facile a se omnem superbiæ fastum/auaritiæ studiũ/libidinis ardorẽ amputabit. Quis quæso leuet animo supra se. Quis deo in omnibus & per omnia non obtemperet/eius potestatem/gloriã/beneficentiam sui ipsius imbecillitati: tenuitati: indigentiæ per adorationem comparando? Quis studeat auaritiæ potius se submittere q̃ deo: si largissimam & profusam eius magnificentiã & indeficiẽtem bonorum distributionem attente adorando fuerit contemplatus? Quem nõ pudeat ac pigeat carnis illecebris contaminari/Si meminerit coram deo purissimo: suas sordes esse ꝓpositas cum adorat? nempe qui magnos principes allocuturi sunt/ante omnia illis se gestu uultuq; obsequiosos ostẽdunt: muneribus liberalitatem: & obsequendi promptitudinem attestãtur: uestitu munditiam. Locum nihilominus ad colloquium & tempus idoneum captare: ministros bonos uiros regi gratos adhiberi student: q illis auxilio ad obtinẽdam gratiam præsto sint. Quæ omnia Magi adorantes: saluatorem nostrum dominum Iesum christum (q̃uis infantulum) omni studio ac diligentia executi sunt. Sancta igitur mater ecclesia catholica consentaneum existimans filios suos pro illis natum & circũcisum colere saluatorem: optima ratione post circumcisionis solẽnia: adorationem infantis Iesu nos celebrare præcepit. Et quo pacto illũ adorare conueniat exemplo magoꝝ illũ adorãtium instruxit & inuitauit. Illi in-

quirentes accedunt: inuentum genuflexi adorant: muneribus colũt ado ratum. Nos ergo adorare uolentes: ante omnia diligẽter inquirere oportet quem adoremus/deinde illum adire: domumq; eius ingredi Magorum instar/qui uisa stella/ueniunt Hierosolimam quærentes. Vbi est q natus est rex iudeorum? Et ad eum peruenientes/Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Oportet etiam humiliter adorare. Nam & Magi procidentes adorauerunt eum. Opus est postremo munera adorato offerre. Quia magi apertis thesauris suis obtulerũt ei quem adorauerunt/munera/aurum/thus/& myrram. Hæc ut peragamus hac oratione qualiter fieri debeant/in medium (ut deus dabit) afferre constitui. Sunt.n.nobis non solum per utilia/sed necessaria, situq; dignissima. Quare attente de eis aliquid audire ne pigeat.

Quis debeat adorari.

a Dorare uolentes ante omnia opus est adorandum inquirere: & ad illum accedere/qui dignus sit adoratiõis honore. Accedite inquit propheta ad illum: & illuminamini: & facies uestræ

Y non confundentur. Dii gentium qm̃ sunt dæmonia: qm̃ sunt creaturæ suo creatori rebelles: & manu factis simulachris suam diuinitatem (quæ nulla est) contineri præstigiis mentiuntur: ad suos (ut sic dicã) adoratores ea ipsa simulachra sæpe transportant. Immo quoniã accedere nequeunt sese in simulachris transferri præcipiũt. Sic ab Epidauro Romã sub

Z Aesculapii nomine dæmoniũ in serpente translatum est. Sic lõge prius Aeneas Ilium in Italiã portat: uictosq; pœnates. Nõ sic dñs deus noster. Aeternus est: & ĩmortalis: stabilisq; manens dat cuncta moueri. Nõ sibi usurpat adorationis cultũ: quia omni iure illi debitus. Vt adoretur deus nunq̃ sui gratia ueniet ad te: Bonorũ.n.hominis non eget: non fit gloriosior tuo cultu: sed te efficiet meliorem. Si expectas sui alicuius commodi gratia illum ad te uenire: falleris. Quia infinitus est: ĩmensus: & immobilis. Imitare nautas: qui cum suas naues in portu recipi cupiunt: nõ ferentibus uentis grandi & longo fune moli alligãt. Ita per trocleas nauis in portu recipitur. Religanda est nauis nostræ mortalitatis funicolo triplici: charitatis indissolubilis immutabili moli diuinæ bonitatis quæ non nisi bona data dare nouit postulantibus se. Ita pelago erumnarum mundi huius enauigato: uentis affectuum nequicquã renitentibus se se recipiet in portum: ubi tranqllitate potietur. Hoc fune Magi spei suæ ancoras cõfirmãtes: deoq; adhærẽtes in nato infantulo sũmã maiestatẽ: summã auctoritatẽ: sũmam bñficentiã adamãtes: cogitantesq; pp nimiã charitatẽ suã qua dilexit nos deus misisse in similitudinẽ carnis pc̃ti. Cũ

natus esset

natus esset Iesus in Bethleem Iudæ: & illi stella monstrante hoc didicissent: ecce ab oriente ueniunt Hierosolimam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorũ? Vidimus.n.stellam in oriente: indicantem eius natiuitatem: & uenimus adorare dñm regem uniuersæ terræ. Dominum deum nostrum: quem stellæ inditio in Iudea natum esse cognouimus.

De ratione & natura stellæ a Magis uisæ & astrologorũ uanitate.

Vmunt hic Mathematici suorũ uaticiniorum grande fundamentum euãgelistæ testimonio cõstare asserentes: q per astrologiã diuina secretissima sacramẽta præsagire quis possit. Q ñ Magi uisa stella deum & hominem mundi saluatorẽ natum agnouerũt & adorare uenerunt. Sed q̃ fallantur: uel fallere nitantur: & sponte ac sine causa quẽ amplectantur errorẽ: hic facile dignoscitur: q nullus hactenus astrologus inuentus est/qui illi stellæ nomẽ dederit: qui motũ eius in fluxum ue descripserit. Proferant ipsi stellæ nomen: qua parte cœli maneat circumscribant: quanto tẽporis spacio cœli ambitũ lustret: quæ sint illi comites: quæ fauentes stellæ: quæ item iuxta sua dogmata uel potius somnia sint emulæ edisserant: tunc uidebũtur iuxta suorũ inuentorũ instituta: de ea certi aliquid dicere. Añcedebat hæc stella magos: donec ueniret ad locũ supra ubi erat puer. Recto igitur motu/non circulari ferri uisa est: quod certe astrologis stellæ notæ non faciũt. Ibat etiam cũ euntibus/stabatq cũ stantibus. Non.n.illos aliter antecederet: sed longe peregrinatiõis interuallo procul & penitus inuisibilis fieret: oriretur illis/occideretq quottidie. Solẽt stellæ nocturno tpe tantum oculis hoium apparere: hæc meridiana luce se magis semp ostendit. Q uare nõ naturalis stella credẽda est: quæ stellis præfixam a natura rationẽ luminis motus/ac situs minime seruauit. Fuit hæc quã magi stellam existimauerunt a fixis/& erraticis cœli luminaribus/longe diuersa. Fuit nanq insolitus fulgor in suprema aeris regione pductus a deo. Recto itinere uel dei imperio/uel angeli cuiuslibet ministerio per aeris spatia latus: ad magorũ mẽtes illuminandas: & pducendas ad infantẽ: quẽ spũ sancto docẽte agnouerant natũ. Neq uero quis admiret: uel mihi crimini ascribat: q dicẽ ausim non uerã stellã extitisse fulgorem illũ quem magi in oriente uiderunt: & quasi euangelistam arguere mendacii non sim ueritus/arrogantiæ & impietatis me quisq̃ accuset. Multa enim enunciatiue euangelistæ scripserunt: quæ.s.per alios dicta sunt referendo. Enunciãtes inq̃ uerba dicentiũ: nõ uerborum sensũ affirmãtes: ut illud est recitatũ a Ioãne. Scimus qa peccatores deus nõ audit. Verba sũt hæc cæci nati: a dño illumiati: nõ euãgelistæ fixa sententia. Verissimũ est sic cæcum eẽ locutũ. An au

C tem sensus uerborum uerus sit/quisq; sentiat ut libet. Ego credā domino Iesu Christo dicenti/Non ueni uocare iustos sed peccatores. Quem si interroges. Venisti o bone Iesu uocare quos deus/quos tua clementia dedignatur audire? Quid credimus illum respōsurū/nisi quia gaudiū est in cœlo sup uno peccatore pœnitentiā agente? quod non eēt si gemitus pœnitentis nō audiretur in cœlo. Respondebit insuper se uoce præconia in propheta edictū publicauisse. Quacūq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum suarum non recordabor. Delebis ne sapientissime & iustissime deus de tua memoria peccata illius quem penitus non audisti? Aut absolues peccatorem illius causa penitus īcognita? Nempe si penitentiā audis: nō nisi a penitēte audire potes: penitens est nemo nisi peccator. Audis igitur peccatores: & exaudis nō solū eorū uocē/sed cordis gemitū: qui cor cōtritū & humiliatū nunq̄ respuis. Sed ne quis dicat peccatorē pœnitentē desinere eē peccatorem: & iccirco audiri quia est pœnitens. i. peccato iam carēs: Quæso qūo punit deus peccata impœnitentiū/Si non audiat illos? Vox sanguinis a Caym effusi clamat corā illo: qui antea Adam quoq; audierat non pœnitentem sed excusantem defendentēq; peccatum suū: apud quem postea clamor Sodomorum & Gomorreorū multiplicatus est: & quis clamor nisi peccati inter eos nimis aggrauati? Si uero iterum cōtentiose quis dicat peccatores audiri ad pœnam/non ad gratiam. Contra huiusmodi facile est ostendere Adæ peccatum excusanti pstitam misericordiam: & nuditatem eius tunica pellicea fuisse contectam. Caym quoq; grām fuisse assecutum: ne ab passim occurentibus necaretur/& Sodomitis ac Gomorreis deū uoluisse placari/Si modo inter illos decem scelere non cōtaminatos inuenire

D potuissent. Rediens nunc unde discessi ut ostendā in euangelio ne dum falsa sed absurda & blasfema ab euangelistis eē conscripta/& nihilominus scriptores a ueritate nō excidisse/ut deinde confirmē quod de fulgore a Magis uiso dicere cœpi/alios ex euāgelio locos assummamus. Nōne scribit euangelista/In belzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia? Dæmonium habes. Subuertit gentem nr̄am. Prohibet tributū dari Cæsari. Reus est mortis/& huiusmodi multa: quæ si quis uera dicere præsumat: quæ christianæ aures id ferent? Quis homo euāgelicus iponi euāgelistæ patiatur hæc ut uera illum scribere uoluisse? scripsit certe hæc: sed ut falsa/ut impia/ut absurda. Quæ tamen uerum est/filios perditiōis/erroris/& fraudis de domino Iesu Christo fuisse mētitos. Existimo nūc esse notissimum: multa ab euāgelistis esse uerissime scripta (quia ita scribunt ut gesta uel dicta sunt) quæ tñ non sunt iusta uel uera. Quoniā p

impietatem

impietatem/& mentiēdi magistram inuidiā/sunt ficta uel dicta. Itaq; cū dicit euangelista ex magorū persona/Vidimus stellā eius in oriente: non affirmat: non cōprobat. Splendorē a magis uisum stellā esse: sed a magis stellam fuisse nominatū. Et dū idem euangelista dicit. Ecce stella quam uiderant magi in oriente antecedebat eos: ac deinceps: Videntes stellam Magi: gauisi sunt gaudio magno. Iuxta magorū appellationē rei uisæ re plicat nomen: ne si aliter quod uisum in cœlo signū a magis fuerat nominasset: non idē ipsum quod prius illi uiderant scribere putaretur. Tenet adhuc cōsuetudo loquendi: ut ignitos in cœlo uapores stellarū noīe nūcupemus: dū dicimus stellas cadere/uel uolatu mutare per æthera sedem. Dum itē dicimus illas flammis eē comatas/caudatas/uel quasi sanguine circūfusas. Quæ omnia/luce clarius est/non in esse ueris stellis. Qñ oīum philosophorū snia/ille penitus īuariabiles sūt: & nullā nouā qualitatē/aut quantitatem recipe pñt. Dixerūt igitur magi se uidisse stellam: eo sensu quo hodie dicitur stellā apparere crinitam: & quo dr̄ cometas oēs esse stellas comas hñtes: cum tamen criniū illa atq; comarū lineamenta in aere sint posita/& procul a stellis. Non igitur fuit per stellæ alicuius influxum dñi saluatoris causata natiuitas. Non.n. sufficit stella efficere ut uirgo cōcipiat: & in uirginitate permaneat: ut concæptum pariat fœtum: & uas unde egreditur penitus maneat circūclusum. Nullus præterea effectus suā cām pōt excedere. Maius est deū fieri hoīem: q̄ omnes creaturæ simul præstare ualeant. Quæ nanq; creatura suo creatori legē imponet? Qui perficit terram in sempiterno tpe: uocauitq; eam & obediuit cum tremore. Cuius imperio stellæ dederūt lumen in custodiis suis: & lætate sunt: a quo quando uocatæ sunt dixerunt adsumus: & luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas/qui est deus noster: qui inter homines paulo ante homo natus est: qui hodie cœli insolito fulgore monstratur. Et certe non extimabitur alius ad deum. Nihil ergo creatum illi legem imponet: aut nascendi in homine necessitatem adducet. Quare o mathematici desinite de huius festi uobis solēnitate blandiri: & auctoritatem ecclesiæ immo euangelii summi dei usurpare ad comprobanda hominum inuenta uel potius figmēta nolite. Et(ut modeste dicā) obseruationem erubescite uestram diuino fauore fulcire. Non approbat ecclesia stellæ alicuius beneficio uel imperio siue in fluxu / natum uel agnitum esse saluatorem/hoc euangelista non confirmat. Nempe Saluator si nasceretur iubente uel agnosceretur docente natura: ubi quæso erit Dei gratia? ubi clementia? Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus: filium suum misit in similitudinem carnis

E

F

peccati. In cuius natiuitate apparuit benignitas & humanitas eius nos saluare uolentis: non syderum in fluxu: neq; rerum naturæ serie compel lente: sed gratia: clementia: & charitate disponente.

Stellas non efficere neq; ostendere posse quæ astrologi putant.

S Ed dices: si stella uel cœleste corpus uisum a magis domini Iesu Christi in carne natiuitatē operata non est: illam tamen significare: & peritis astrologis potuit indicare. Neq; uero dicūt mathematici stellas uel earum positiões: uel motus inferiorum effectus parere: sed monstrare. Sicut lapides a miliario uiæ spacium ostendūt: nō quidem efficiunt. Ante omnia multū astrologis detractū est: qui ubiq; id Aristotelis deseminare non cessant: necesse est mundum inferiorē superioribus lationibus gubernari. Sed quomodo si nō efficiūt indicent uideamus. Aut id cōtingenter indicant: Sicut lapides a miliario quos dixisti: aut necessario. Si contingenter: possunt igitur nō significare: sicut lapides a Siccariis poni contingit/non ut uiā indicent: sed ut ad deuia ducant. Et de cōtingentibus aliterue se hr̄e potentibus nulla cū sit scientia: apparet tua hac confessione astrologiā nō esse scientiā/sed fortuitā prædictionem.

G Si necessario hæc significant/quæ erit quæso necessitas? nisi uel sint causæ eorū quæ indicāt/uel ipsa præmōstrata stellarū cōfigurationibus dent cām. Fumus.n. calorē nō indicat/nisi quia de calore necessario nascitur. Ignis calorē non ꝓdit: nisi quia necessario efficit illū. Cū aūt tuæ stellarū cōfigurationes sua significata lōge ꝓcedāt/designatorū suorū effectus eē non poterunt. Q ñ cām nequeat effectus antecedere. Erunt igitur stellarū configurationes ꝓsignatorū causæ: aliter illa necessario īdicare non poterunt. Q uod qa negasti es certe redargutiōe dignissimus.

H Sed hæc iā obmissa faciamus. Vis uidere hunc fulgorē a magis uisum/etiā si stella fuisset/indicē certū Christi natiuitatis minime fuisse. Q m̄ iam cōstat eius cām esse nō potuisse/Effectū uero illā dicere eius natiuitatis est stultum. Multi erant in orbe terrarū astrologi nascente Iesu/Multi item natiuitatē eius antecesserāt: qui huius stellæ rationem hr̄e debuerunt/Si artis meta illos nō fugit: præsertim in re tam seria. Et tñ usq; ad hanc diē inuentus est nemo: nisi fuerit propheta: qui de natiuitate dñi saluatoris aliqd scripserit. Et illi ipsi qui Christo nascēte astrologiæ operam dabant: cur sicut magi natum regē non agnoscebāt? Vel agnitū cur una cum magis non requirebant? Congregans Herodes omnes scribas populi & seniores: & ab illis diligenter inquirens ubi Christus nasceretur: cur non congregauit astrologos? Certe diligenter dicit tempus stellæ quæ magis apparuit: cur a peritis stellarum non perdiscit quæsitum

puerum

puerum?quē stellæ ductu etiam post discessum ab Herode magi inuenire potuerunt. Illi ipsi seniores iudeorum & scribæ/legis doctrinā professi: qui Bethleem natiuitatis locū fore regi messiæ.i.hominū saluatori prædicere potuerunt/unde quæso hoc dicunt?de cōstellationibus an de prophetis?Illi profecto dixerūt/in Bethleem Iudæ/Sic.n.scriptū est per prophetā: non per mathematicū. Et tu Bethleē terra Iuda/nequaq̄ minima es in principibus Iuda: Ex te.n.exiet dux q regat populū meū Israel. Si Herodes se a magis uidens illusum: iam per prophetiā locum natiuitatis nouerat: & magorum relatione tempus stellæ didicerat: facile erat astrologo natum puerum demōstrare: qn̄ huiusce studii (ne dicā artis) professores longe maiora promittere nō uereantur: & dato certo (ut dicunt) themate: non solum natū infantem: sed locū & momentum natiuitatis corporaturā: corporis etiam notas & animi: se p̄sagire confidant: Si hæc stella: siue (quod uerius est) hic fulgor in æthere sufficienter saluatorem natū oñdere potuisset: Ex puris naturalibus studiis: potuerunt magi: potuerunt oēs astrologi: & modo pn̄t necessaria cognoscere ad salutem: potuerūt & possunt naturali disciplina aliis indicare quod suo sibi studio uendicauerunt. Mentitus igitur erit ille qui dixit. Non sumus sufficiētes aliqd cogitare ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nr̄a ex deo est. Mētita est ueritas ipsa quæ dicit. Ego sum uia ueritas & uita: Nemo uenit ad p̄rem nisi per me: Et nemo nouit filium nisi pr̄. Neq; p̄rem quis nouit nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Mentiūtur oēs theologi christiani: qui uno ore cōfirmant non posse saluari hoīes: nisi p aliquam doctrinā diuinitus inspiratam. Si dicas hanc stellā regis tantū natalia demonstrasse: ante oīa uide quid agas: quod in astrologorū fauorē a principio sumpseras: perit totum: sanctam.s.matrem ecclesiā comprobare mysterium incarnationis a stella fuisse mōstratū. Deinceps si tot reges in Iudea nati fuerant: cur illorum quempiā adorare magi nunq̄ uenerant? Adde quod dominus Iesus Christus id nō fuit quod tu stellam ostendisse contendis. Regnum inquit ille meum non est de hoc mūdo: Si de hoc mundo esset regnum meū: ministri mei utiq; decertarēt ne traderer iudeis. Vulpes foueas habent: & uolucres cœli nidos: filius aūt hominis non habet ubi caput reclinet. I nunc & dic regem iudeorum quales sunt terreni reges: stellam hanc significasse. Ego dicam filius hominis non uenit ministrari sed ministrare: & animam suam dare pro multis: non ut reges gentium faciunt multorum uitam pro salute propria: immo pro ambitione atq; libidine exponere morti. Rex igitur quem magi adorare conquirunt: pro primo eius aduentu: non est regni ali- I

cuius temporaneus dñs. Neq; hunc magi tantũ stellæ bñficio: uel astrologica disciplina conquirũt/sed eo ipso docẽte sancto spũ: quo post adorationem sunt moniti ne redirent ad Herodem. Cuius etiam responsio idest secreto oraculo in somnis accepto: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Astrologiam igitur hic obmissam faciamus

Adorationi quæ præmittere oporteat.

c T quoniã iam abunde didicimus hanc nuncupatæ stellæ apparitionẽ astrologis nullũ pro sua professione tuenda præstarẽ suffragiũ/Q ñ de illa in libris astrologiæ nihil penitus habet/ Q ñ stellarum motum minime secuta est/Q uando interdiu qđ ueræ stellæ nõ faciũt se perpetuo uisibilẽ præbuit/Q ñ sacramentum natiuitatis dei simul & hominis efficere uel indicare ꝓpria uirtute uel naturæ ordine etiã si stella fuisset/minime potuisset: Q uando regis ortũ more hoĩum regnãtis nisi mentita sit/minime demõstrauit. A magis aũt diui-

K nitus inspiratis discamus adorare dñm Iesum Christum. Scriptum ẽ in psalmis. Audi filia & uide: & inclina aurem tuã: & obliuiscere domũ tuam: & domum p̃ris tui. Et concupiscet rex decorem tuũ/Q uia ipse est dñs deus tuus/& adorabũt eum oẽs reges terræ/Omnes gẽtes seruiẽt ei. Sic Abraam existẽti in aram præcepit dñs. Egredere de terra tua & de cognatione tua: & de domo p̃ris tui: & ueni in terrã quam monstrauero tibi. Q uod cũ ille fecisset: deum uidere: alloqui: adorareq; ꝓmeruit. Si mundi fastus & delitias fuerimus aspnati: patriã relinquemus: & populum nr̃um obliti bene erimus. Si parentũ/consanguineorũ/& amicorũ blanditias nos in huius sæculi desideriis cõfirmãtes non audiuerimus/ patris nostri domũ si bñ egrediemur: & nr̃am cognatiõem utiliter relinquemus. Si nr̃æ carnis fragilitatẽ nõ uerebimur/Si illi plusq̃ oportet nõ indulgebimus: domũ nostrã utiliter relinquemus: obliuioniq; mandabimus: audiemus sana cõsilia/uidebimus exẽpla salutaria: inclinabimus per obedientiã aurem nr̃am bene monenti & dicẽti dño. Q ui amat patrem aut matrẽ plusq̃ me nõ est me dignus. Q ui ergo uult uenire post me abneget semetipsum & tollat crucẽ suam & sequatur me. Volẽtes au-

L tem hæc facere cœlum aspicere debemus: non terrã. Q ñ & magi in oriente stellã uidere meruerũt. Huius rei gratia dñs Iesus discipulos adorare dum docet/adorationi præposuit. Pater nr̃ qui es in cœlis: non in terra dixit: ut ubi patrem adorãdum inquirere & cõtẽplari deberemus oñderet. Depone rerum terrenaꝝ studium. Auxiliũ de cœlo quære/Iacta super dño curam tuã: & ipse te enutriet: & non dabit inæternũ fluctuationem iusto. Audi illum ip̃m quem hodie Magi adorant: quẽ eorũ exem

plo adorare debemus. Nolite inquit eẽ sollicitii corpori uro dicentes qd mãducabimus: aut quid bibemus/aut unde uestiemur/scit pr̃ uester qa his oibus indigetis. Aspicite uolatilia cœli qũo non serunt: neq3 nent: & tñ pater uester cœlestis pascit illa. Hæc aũt omnia in pricipio itineris no stri prompte faciamus. Dicit. n. euangelista. Ecce magi ab oriente uene runt Hierosoimã. Ecce promptitudinẽ notat. Hilarem. n. promptũq3 datorem diligit deus. Audi quid ecclesiæ Laodiceæ dicat ille cui nomen est amen. i. uerax testisq3 fidelis. Vtinam frigidus aut calidus eẽs: sed qa tepidus es incipiam te euomere.

Natiuitatis Iesu locum magna oratiõe fecit deus discere magos ab Herode & proceribus iudeorum.

m Agi ne tepiditatis in sua adoratiõe argui possent/cũ natus eẽt Iesus in Bethleem Iudæ: ecce sine mora/uenerunt Hierosolimam dicẽtes/Vbi est educationi traditus/qui natus est rex iudeorum. Vidimus. n. stellã eius in oriente: & uenimus adorare dñm. Ap paret hic euidẽtissime Magos istos astrologiæ bñficio non didicisse locũ natiuitatis illius regis: quẽ adorare se uenisse profitentur. Iuissent. n. con tinuato itinere in Bethleem: & ab aliis nõ quesissent: ubi nam se contine tet rex adorãdus. Erat. n. facile scientibus artẽ quæ stellæ ratione indicare sufficeret natũ regem: natiuitatis quoq3 locũ scire per artẽ: eius præsertim indiciis beneficio: quæ talem ac tantũ natum regẽ ostenderet: infan tulum. s. adhuc pannis inuolutum: dignum adorari. Sed scio quid hic uos moueat. Didicerant magi spũ sancto docẽte interius per signum in cœlo uisum exterius: natum esse regem messiam. Cur natiuitatis locum idem spũs sanctus magos nõ docuit? Cum æque facile spũs omni sapien tia plenus: immo omnis sapiẽtiæ fons: magos utrunq3 docere potuerit. Quãdoquidẽ facile est oĩa posse deo. Multum nimis est certe & forte te merarium huius rei causam inqrere: uel inuenire posse cõfidere. Quãdo supra primã cãm alia causa esse non põt: & ipse spũs sanctus (qui deus ẽ) cui uolũtas: clementia: ac liberalitas pecularius attributa dignoscũ tur omniũ quæ creaturaꝝ cã sit sũma: nulla nisi ꝓprio bñficẽtiæ studio illũ rõne ad agendũ impellente. Quare si dixero suã ꝓpter bonitatem spũm sanctum magis uoluisse notã facere saluatoris infantiã: ortus uero eiusdẽ locum reticere uoluisse: satis dignam cãm immo dignissimã & certissimam assignare uisus fuero. Vbi si quæres: cuius boni gratia id reti cuerit. Respondebo uoluisse diuinã bonitatem per gentiles: & barbaros uiros legis scientiã non hñtes: Herodis & iudeoꝝ (si uellent respicere) duritiã cõmouere: Si nollent increpare & inexcusabilẽ reddere cõtuma-

ciam. Elegit.n.in firma mundi deus: ut fortissima quæq; confundat: de
deprimat: ac contundat. Erigit indocta: ut doctrinam & sapientiã mun
di superet & cõuincat. Infideles igitur & barbaros hoĩes monuit in spũ
ut irent ad Herodem: natione quidẽ idumeũ: sed educatione & longa
conuersatione iudeũ/legis iustitiam & pietatẽ agnoscentem. Multo insu
per expimento atq; frequenti cõsuetudine Romanum: q.s. Romanoꝝ
mores/disciplinam/religionẽq; calleret: ut tantis excultũ disciplinis/ma-
gorum pietas flecteret ad colẽdã infantiam saluatoris/ Si uero flecti nol-
let excusationẽ hr̃e nõ posset. Principes insuper sacerdotũ & seniores po
puli: qui legem ac ꝓphetas assidue uel discebant ipsi: uel aliis discẽtibus
prædicabãt/per hos ipsos Magos nõne aptissime iuxta prophetas admo-
net spũs sanctus: ad puerum Iesum regẽq; messiã agnoscendũ assurgere.
Dum.n.magi dicũt. Vbi o Herodes o principes sacerdotũ o seniores po
puli legis scientiam professi. Vbi est (interrogamus uos) qui natus ẽ rex
iudeorum? Stellã eius in oriẽte uidimus: & uenimus adorare dominũ.
Quid quæso facere dicere ue uidentur: nisi quod Esaias dudum uatici-
natus fuerat.

Expositio lectionis surge illuminare &c. & eius concordia cum euan
gelio concludens responsionem ad quæsitum.

S Vrge illuminare Hierusalẽ. Patet hic continens pro contento nominari. Quñ ciuitas ipsa insensata penitus & ĩmobilis: nec surgere nec mente illuminari sufficiat. Quid est ergo dicere/ surge illuminare Hierusalẽ: nisi o rex Hierusalẽ o Herodes qui in tuæ ambitiosæ libidinis grabato miserrime uitã ducis/ Surge per humilitatẽ o sacerdotum/seniorũ/scribarumq; collegium o ciuium cœtus incolens Hierusalem: in cæcitate Iræ: & tenebris auaritiæ iacens/illuminare fidei claritate: & spũs sancti lumine uero. En uenit lumen tuũ: quod nos bar-bari Magi: moribus inculti: diuinæ legis ignari: uidimus per spũm: & de extrema orientis barbariæ: uenimus adorare dñm. Tu aũt o Herodes: tu pontificum sacerdotũ/seniorum ac populi cœtus/in cuius terra natus est rex saluator tuus/iaces mutabilium rerũ in uolucro fascinatus. Surge infœlix exẽplo nostro. Ecce tenebræ ignorãtiæ: & inculte barbariæ/ope-rient terram/Quod futuꝝ dixit Esaias: iam adest: & ĩpletum est. Operi unt & operierũt terram nr̃am tenebræ quas diximus: & caligo ruditatis rubiginosæ populos nr̃os penitus occupauit. Super te autem orietᷣ dñs. Quod dixit ꝓpheta uidetur futurũ (Quia suo tpe non erat impletũ) nunc qm̃ aduenit & præteriit/nos dicamus de præsenti atq; ꝑterito oritᷣ & ortus est cœlorum conditor: terræ fabricator: redẽptor omniũ. Quã

igitur

igitˀ alacriter/q̃ solerter/q̃ ardẽter/tũ Herodes/tu sinagoga/quæ lumen legis obtines: & patriã icolis saluatoris/surgere debes & illũ colere/Q ñ nos de tenebris & umbra mortis educti hoc facimus/Gloria eius in te uidebitur. Vtinam inter nos gloria tãtæ natiuitatis dignata se fuisset oñdere. Quod dixit propheta uidebitur:nos magi dicimus iam uisa est. Vidimus.n.stellã eius ĩ oriẽte:& uenimus cũ munerimus adorare dñm. Non sic uidimus ut uideri desierit/Leua in circuitu oculos tuos & uide grãm & gloriam saluatoris tui. Vide ciuitatem tuã esse repletam opulentissimo comitatu:omni magnificẽtia decorato. Oẽs isti nostri comites/congregati sunt:ut regem natum adorent. Venerunt tibi excutere superbiam o Herodes. Venerũt tibi o senatus pontificũ & sacerdotum excutere ambitum & fastum. Venerunt tibi o popule iudeorũ excutere auaritiam contumaciã & impietatem. Venerunt tibi:ad utilitatem tuã:ut ab illis ista perdiscas. Filii tui de longe uenient:immo uenerũt. Nos.n.per disciplinã tibi filii eẽ ardentissime desideramus:ut ea quæ sursum est Hierusalem sit mr̃ nostra:nos hic tibi filios accipe terrena Hierusalem. Surge expergiscere rogamus & obsecramus tales uiros ne aspneris adoptar̃. Et filiæ tuæ de latere surgẽt. De latere primi Adæ formata est Eua. Et de latere regis messiæ cũ fuerit exaltatus in cruce:filiæ tuæ oẽs ecclesiæ credentium populoꝝ:quæ de sinagoga quasi de mr̃e nascũtur tunc surgẽt quãdo fluctibus aqua & sanguine de latere quod lancea miles aperiet indicabitur redẽptionem humani generis eẽ completam. Tunc uidebis & afflues. Videt:affluit Hierusalem magoꝝ aduentu:uidẽt nempe:quia cõuersa ẽ ad eos interrogãdos & exhortãdos. Multitudo maris:hominũ in marittima extrema orientis ora degentium. Quæ sit hæc maris multitudo ꝑpheta declarat apte dicẽs:Fortitudo gẽtiũ uenerit tibi. Inũdatio camelorum opiet te:Dromedarii:Madian:& Effa. Regiones unde cameli uelocissimi ꝑdire soliti sunt. Opiet aũt nimia multitudine. Sicut multæ maris unde terram operire sunt solitæ. Hoc est quod dixit propheta. Quãdo conuersa fuerit ad te multitudo maris:quod magi complent:dum oẽs de Sabba ueniunt aurum & thus deferentes pro munere nato regi:& laudem dño annunciantes. Dum illũ regem non temporaneũ:non terrenũ:sed perpetuum:& cœlestem suis muneribus ꝑtestãtur. Me igitur tacente propheta Esaias tuæ inquisitioni copiose respondet. Spiritum sanctum qui magis indicauit in cunabula saluatoris:locum in quo erant:iccirco indicare noluisse:ut illi ab Herode:a põtificibus & scribis illum requirerent:& sua requisitione requisitos cõmonerẽt:ut si uellẽt resipiscerent:Si nollent penitus inexcusabiles remanerent.

Q

De inconsulta Herodis & iudeorũ turbatione expositio euangelii.

n Vnc inspiciamus Herodis insaniam: põtificum ac seniorum impiam cæcitatem. Q ui qm̃ adoratione simulant: & magos non imitantur/pœnam quæ illos seqtur attendamus. Audiens aũt Herodes rex turbatus est: & oĩs Hierosolima cũ illo. Cur quæso turbatur? Q uia ad puerũ Iesum adorandũ accedere non uult: quia nõ uult de sua superbia dimoueri: non uult egredi pªriam suam: fastũ & mũdi gloriam inanem nititur retinere: non uult egredi domum patris sui: satellitum cateruas/& gnatonum adulationes amplectitur. Domũ insuper suam exire recusat. Suæ carnis illecebris carere nõ uult. Ideo turbat/quia regem natum formidat: qui his oibus illũ spoliet. Oĩs quoq; Hierosolima: quæ hæc eadem sectabatur: cum illo turbata est. Vide quid faciat amor insanus. Congregans oẽs principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Q uis Christus o Herodes? Nullũ alium Christũ sacerdotes & scribæ quos conuocas tibi indicare sufficiunt/nisi regem messiam. Q uia solum hunc sacræ lr̃æ omnes uenturum cõcinunt: quibus si credis: cur illum nõ adoras infœlix? Ne-

P scis ꝙ messiæ resisti non posse sacræ litteræ prædicant? Nescis ꝙ dicit Esaias. Egredietur uirga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eũ spũs domini: spũs sapientiæ & intellectus. Eum fallere non poteris/spũs consilii & fortitudinis: illum supplantare nõ ualebis. Spũs scientiæ & pietatis: totus erit bonus/pius/beneficus: non est cur illi inuideas. non eripit mortalia qui regna dat cœlestia? non tibi nociturus est: nisi tua pfidia iustitiam suã reddere retributionem iuxta tuã cocgerit iniquitatem. Replebit eũ spũs timoris domini? nihil per uim aut uiolentiã faciet. non secundũ uisum oculorum iudicabit. Frustra igitur uenerabundam & lætã prætendis faciem: dum clam uocas magos & tẽpus stellæ quæ apparuit eis diligenter inquiris: neq; secundũ auditũ aurium arguet: frustra igitur fallacia uerba componis: frustra dicis. Ite interrogate diligenter de puero: ut & ego ueniens adorem eum. Audi qd idem Esaias dicat. Spiritu labiorũ suorũ interficiet impium. Depone iniquitatem o Herodes/Q uia iustitia erit cingulum lumborũ eius. Retribuet abundanter unicuiq; secundũ opa sua. Deponite iudei duritiã infi-

Q delitatis/Q uia & fides cintoriũ renũ eius est. Si sacerdotibus & scribis a qbus sciscitaris: ubi Christus sit nasciturus credere uis o Herodes/crede prophetis per quos scribæ & pontifices eius natiuitatem quem Magi quærunt prædicere pñt. Si prophetis credere non uis: & fraudibus tuis tantas messiæ dotes/quãtas Esaias rettulit putas extinguere posse: cur illos interrogas?

los interrogas? Sed ignorans est omnis malus: & cum malitia fuerit cumulatus obcæcatur ab illa. Furor qui tibi de uano timore domiatur impedit animum infoelicē. Ne uerum cernere possis: facit affectio imoderata. Q uod enī miseri cupiunt facile credunt. Q uando plus per affectionē q̄ per rationem iudicant homines: præcipue uero mente turbati.

De Herodis sibiq; similium perfidia & pœna.

q Via igitur Magos audiens Herodes turbatus est: Sanum nequit inuenire consilium: & iccirco pditissimū amplectitur: qd' proculdubio fœlicem exitū habere nō potest. More nanq; pecudis pronus in terram: non cœli fulgorem insolitū: sed regni terreni fastum mente cōplectitur: & pro studio adoratiōis quod suscipere debuisset: adorando infanti insidias parat. Fugiamus frēs Herodis insaniam. Ne speremus deū uultu uel uoce a nobis decipi posse: scrutator est cordium: non uerba: non signa conficta considerat: sed animū. Q uot hodie inter christianos herodes inueniuntur? Q uot dicunt dn̄e dn̄e: nequaq̄ habentes hæreditatē in domino? Q uot simulate dicunt. Ite interrogate diligēter de puero: ut & ego ueniens adorem eū? Q uot intrāt ecclesiam orationis tempore (& ut dicunt oraturi) proposito aūt & re uera puritatem puellaꝝ & matronarū pudicitiā: in quibus (si castæ sunt) Christus inhabitat: expugnaturi: cōtaminaturi: & uersuri? Q uot in ecclesia fœminæ impudicis oculis adolescentū imo uirorum animas uenantur? Q uot canonicis horis mares & fœminæ intersunt: ut bonæ fidei ac deuotionis prætextu cōmodius decipere possint? Q uot sub religiosa ueste uentrē farcire: & his quæ sub uentre sunt indulgere student? Hi omnes peius faciunt q̄ Herodes. Ille semel adorare uelle finxit: ut perderet: neq; præualuit. Isti non semel perdere cōtenti: quotiens se obtulerit occasio dicam dolore stimulatus quod professioni meæ: quod huic loco non cōuenit: Christum lenonē non nulli eorum sibi facere studēt. Alii usurarū prosonetam: alii obsomnioꝝ fartorē: alii proditionum & sanguinis ac cædis auctorem hr̄e student. O pessimi herodes: nō sic impii: non sic. Desinite agere peruerse: discite benefacere: & pie adorare cū Magis. Herodes quia uultu fictam prætulit pietatis spēm: quia studiū adorandi mentitus est: per adorationis spēm saluatori suo tetendit insidias (licet frustra) Mariāmæ uxorem innocentissimā: pulcherrimā: nobilissimam: & (quod rarum est) castissimam. Zelotypia obcæcatus occidit: cuius postea desiderio diu contabuit: & semiamēs duos ex Mariāmæ susceptos filios iam adultos. Iā maritos Alexandrum .s. & Antigonum trucidauit. Tertium quem ex priori uxore genuerat Antipatrū nomine in se

patrem armatū uidit: & corā Cæsare de parato ueneno in se indulgentis-
simum prēm (q illius grā duos longe meliores liberos occidisset) accusa
uit. Hūc eundē Antipatrū deinde arctissimo custoditum carcere cōiecit
in uincula. Neq3 multo post sæuissimis morbis cœpit laborare. Ignis qp
pe lentus interius conflagrabat: & quo minus apparebat exterius: intus
acrius sæuiebat. Auiditas inexplebilis semp erat cibi: neq3 tñ sacietas iple
bat ingluuiē rabidis faucibus excitatā. Intestina ulceribus tabida putre-
scebant: doloribus quoq3 sæuissimis colli cruciabat' assidue: humor liui-
dus ac luridus pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoq3 circa pubem
erat afflictio: sed & pudēda ipsa putredine corrupta scatebāt uermibus.
Spūs quoq3 & anhelitus refractione creberrima cōtortus uexabatur. Vñ
per singula pene mēbra cōtractus/oēm tollerantiam supare potuisset: ni
si dei iustitia quod etiā fama uulgabat illū tales pro sua perfidia pœnas
inter hoīes dare iussisset. Qua urgente his tandē morbis exhaustus/pri
mogenitū Antipatrum quē tenebat in uinculis iugulari mandauit: quē
cū sanguine fuso egisse aīam audiuisset infœlix & miserrimus inter tot
V suorū funera: quæ ipse sibi parauerat extinctus est. Principes sacerdotū/
seniores populi/scribæ/reliquiq3 iudei cū Herode sentientes deum ficte
adorant: legis iustitiam/& sanctimoniā templi uenalem hñt: suarūq3 li-
bidinū ministrā faciunt: sacrificiorū cerimonias pro eorū auaritia ad quæ
stum inuersas sibi auferri formidant: & iccirco ad captandā mortis occa
sionem dño Iesu Christo simulantes pietatē dicunt. Quousq3 aīas no-
stras tollis? Si tu es christus dic nobis palā. Princeps uero sacerdotū ficte
interrogat: & quærit sub iuramento dicens. Adiuro te per deum uiuum:
ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Propter quæ extremas sibi & su
is calamitates cōquisierunt. Hierusalem nanq3 fūditus a Romanis euer
sa cātatur in triuiis: In cuius obsidione post oēs abhominabiles cibos ab
X obsessis auidissime cōquisitos & sumptos. Mater inuenta est quæ lactā-
tem filium ꝓpriis manibus occidit: ueruq3 ꝑforatum adhuc crudū assa/
uit uertens ipsa ueru/coctū postea lacerauit manibus: & membris disse-
ctum dentibus ipsa contriuit. Nephando post hæc pastu saciata (qd' ad
futuram exuriē depellēdā sibi seruauerat) reliquū assi filioli ꝓdonibus
uidelicet cōciuibus prodere coacta est: qui in odore infœlicis & horridæ
assationis domū irruperāt ut raperent cibum: quē per olfatum credide-
rant se esse uenatos. Hoc detestabilissimo edulio illis apposito: horrore
ac stupore conterritis/infœlix fœmina & efferata mater dixit. Hic uere ē
meus filius: hoc uere meū facinus est: comedite quod reliquum est: qm̄
mihi per uos seruare nō possum: quod uidere nō amplius potestis dila-
niato corpe

niato corpore ego comedi. Ne sitis fœmĩa molliores: aut mr̄e misericor diores: qui diuina oĩa & humana intrepidi uiolare potuistis: cum filioli mei reliquias absumpseritis: in malorũ remedium & me assate. Horret animus dicere quot in ea obsidiõe a suis cadauera hoĩum sunt comesta præfamis inedia: & rabie nullis antea sæculis audita. Quot a Romanis uiui euiscerati sunt: ut de intestinis eoꝝ aurum quod integrum uoraue rãt: quasi de terræ uisceribus effoderẽt. Si Iosippo siue Iosepho hebreo: X
& eius belli ab initio de hebreoꝝ ducibus uni/post uero expugnatã om nem Galileã: cui ille præfuerat eiusdẽ belli scriptori/fidẽ non abroga mus/cõstat plane decies centena milia iudeoꝝ toto obsidionis tempore occisa fuisse/Constat capta nonaginta septẽ milia: uenditos partim: par tim a feris pro spectaculo laniatos: partim ad inuicem quasi hostes iusto bello inter ludos festos trucidatos. Sunt uero hæc oĩa lõge minora ea ca lamitate quæ Eleazarũ ac suos occupauit. Qui messadam montanum Y
oppidũ in iudea/natura & arte oĩum quæ leguntur: ac rerum copia mu nitissimũ occupauerant liberis ac coniugibus loci fiducia eo conuectis. Hi nanqꝫ post Titi triumphum de subacta iudea & Hierusalẽ penitus extirpata a Flauio Siluio Romano duce obsessi/& primis mœnibus ma chinarum uiolẽtia undecunqꝫ disiectis/Alia mox mœnia trabibus & cõ gesta terra prioribus quæ lapidea fuerant munitiora & tutiora erexerũt. Neqꝫ.n. machinis impelli poterant: terra & leui intermixta materia ictũ non recipiente. Vñ tormẽta ipsa constipare & solidare cogebantur quæ conuellere debuissent. Propter quæ Siluius secunda mœnia igne aggres sus est: qui flante Borea in Romanos inuectus machinas oẽs & eorũ mu nimenta deuorasset/nisi quod deo iubente cõquieuit boreas/Auster in sæuiit: & flammam oẽm in mœnia cõuoluens ea radicitus cõcremauit. Nihil iam superat: nisi igne conquiescere: & Romanis armis ad obsessos aditũ præstare. Qui antea muro longe exterius a Siluio circumclusi: & nunc armatis militibus per girũ septi: nulla in fuga spem poterãt consti tuere. Tum o rem infœlicissimã/& Saguntina clade longe supiorem. Ca lamitate uero Hierusalẽ multo uincẽtem/Eleazarus obsessoꝝ princeps infausta & furiosa orõne miseros in liberos & uxores prius: ac deinceps in seipsos armauit ad necẽ. Ita charissima pignora cõiuges ac filios cũ la chrimis osculãti lachrimãtia/& ipsa se gladio submittẽtia ferro impetũt: iugulant: sternunt. Tum cruẽti amãtissimoꝝ sanguine/decem ex seipsis: qui certe ingens numerus erant (neqꝫ.n. tãto exercitui pauci durare po tuissent) eligunt: a quibus oẽs more pecudũ iugulentur. Dehinc electo res singuli/quẽ ex suis magis amauerant adhuc spirantẽ & incondito ac

incerto moribundorũ motu palpitantem amplectuntur: deosculãtur in eorum quos necauerãt sanguine prostrati & conuoluti. Electi uero per eorum guttura gladios mergunt: Natabant prius in suo sanguine mr̃es & filii: nunc mariti: uxores: patres liberos quos occiderant: suo ipsi sanguine lauant. Decem tandẽ carnifices per nouenarii sortem sese confodiunt alter alterius pro munere gladium excipientes/donec ex tanto numero unus tantũ se superstitem uidit. Hic perlustrãs oĩa: & suo ministerio ne quis indigeret diligenter inquirens: cum oẽs uideret infœlicẽ animam exalasse: bñ se habet inquit. Quod uidere me licuit: mihi parum est: quod restat: en impleo: gladiũq3 in propria uiscera mergit & cadit: ne tãtæ infœlicitatis solẽ uideat. Compit hæc Siluius ex muliere grãdæua: quæ se cum alia adhuc uiridi: & quinq3 infantibus de media nece subripuit: cuniculi beneficio occultata: unde cuncta ex ordine uiderat & audierat. Iustus est deus ut fuit ab initio. Herodes & iudei quanta narrauimus mala expti: mortalẽ adhuc dñm Iesum christũ odio habuerũt atq3 ludibrio. Quid illis futurũ existimamus: qui nunc per ea quæ diximus dñm Iesum Xp̃m negligunt: & infamant gloriosum & regnantẽ in cœlis: moxq3 futurũ uniuersorum iudicẽ psecuntur? & turpissimarum earũ rerũ ministrũ nõ uerẽtur efficere: quibus infimæ sortis hoĩes testes adhibere puderet. Fugiamus tam perditos mores: & dum tempus habemus opemur bonũ. Cũ magis christũ puerũ caste & pure adorare studeamus.

De nimia Herodis superbia & stulta astutia rñdendo Magis.

m Agi nanq3 cũ audissent regem abierũt. Quid ita? Q̃m cum sancto sanctus eris: & cum puerso peruerteris. Agnouerũt prudentes illi uiri tunc si nõ integrã Herodis impietatẽ: quã postea in somnis per monitum didicerũt: Saltẽ nimiam illius supbiam nõ ferendã. Distabat Bethlem ab Hierusalẽ (Hieronymo teste) qui bethelematicus incola & monachus decessit e uita: qui corpus suũ in præsepis introitu: quo in loco a magis adorata est saluatoris infantia: uiuens instituit sepeliri: distabat inq̃ sex passuũ milia. Tam breue spacium noluisse Herodẽ peragrare cũ magis: ad talem præsertim ad tantũ regem cognoscendũ: non erat inditiũ adorare uolentis. Magis erat consentaneũ Herodem in suo regno magnos illos uiros eousq3 perducere: hospitio illic excipere: regem quæsitũ oĩum primum adorare: alios deinceps ad adorãdum inuitare: & tanti regis inter incunabula sibi grãm conciliare q̃ dicere. Ite & interrogate diligẽter de puero. Si illum o Herodes adorare uolebas: cur non dicis regem? cur quasi per contemptum puerũ nominas quem adorare uelle mẽtiris? Si magos fallere uolebas: debebas ueneran

Z

ter puerum

ter puerum nominare: & quem illi regem dixerant/regio nomine dignum affirmare:non dicere puerum. Putas cum mentecaptis tibi esse sermonem? Illi singula tua ponderant uerba. Cur non dicis ueniam uobiscum in Bethleem: sed ite dicis? Nimis superbum est: regem nouum/& alienigenam regem/de gente quibus imperas inuisa: & de patre subditis odioso qui etiam fratrem Regis trucidauerint tribus simul magnis uiris magno comitatu adornatis: qui te colunt:qui te in tua regia uisunt: qui tuam fidem sequi uenerunt/dicere/Ite. Saltem tuo regno dignis comitibus honestases. Cur dicis/interrogate/quasi ad te nihil attineat. In tua ditione regem adorandum qui modo natus est inquirere ipse debuisses. Nimiam certe socordiam præse ferunt hæc tua ad magos uerba. Si illos uis interrogare diligenter: esto tu imprimis diligens inquisitor. Quoniam mentes hominum facta magis q̃ uerba mouere solent. Vt & ego ueniens adorem eum/non bene reddis causam: non bene coeunt/ut adorem & puerum dicere/ut adorem & ite dicere. Dauit cuius regiam tenes & regnum/non sic dicit. Tu dicis/Ite/ ille dicit. Venite adoremus & procidamus ante deum: ploremus coram domino qui fecit nos: Quia ipse est dominus deus noster: nos autem populus eius: & oues pascuæ eius. Si tu ita dixisses Magi non abiissent. Venissent tecum. Sed quia cognouerunt superbiam & fraudulentiam tuam/superbum & subdolum regem festinauerũt relinquere/ideoq; abierunt.

De imitandis Magis egressis patriam & abeũtibus ab Herode ut adorent saluatorem natum.

e T ecce stella quam uiderant Magi in oriẽte antecedebat eos: usq; dum ueniens: staret supra ubi erat puer. Quãdo magi ab oriente recedunt & in domo confisi propria derelinquunt/quando obliuiscuntur domum suam: & domum patris sui/cœleste indicium ætherciq; fulgoris ductum ad dominum Iesum Christum adorandum habere merentur. Quando Hierosolimam intrant: quando Herodem consulunt: quando deum per homines quærunt/stellam non uident. Vbi uero non sperant auxilium ab homine: ubi ab impio Rege discedunt: ubi humanæ sapientiæ consilia deserunt: & in domino deo quem adorare proponunt suum deuote iactant cogitatum: diuina iterum illis claritas assistit: & ducem de cœlo iterum promerentur. Quid sibi uolunt hæc charissimi fratres? Illud profecto quod dixit dominus in euangelio. Nemo mittat A

manum ad aratrum & aſpiciat retro/ut ſit idoneus regno dei promerendo. Si ad aratrum miſimus aliquando manum: ut in agro magni patriſfamilias boni aliquid ſeminis ſeminaremus. Si carnales affectus/& priſtinam mundi conſuetudinem abiecimus: ut deum pura & libera mente adoraremus: & illi ſoli ſolertiſſime ſeruiremus/ne deficiamus in medio itineris/ad finem uſq; uitæ perſeueremus. Quoniam non qui incœperit tantum: ſed qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaulus erit. Perſeuerantia nobis opus eſt: ut noſtræ adorationis ſtudium ſalutare reddatur. Quod ſi aliquando humana fragilitate nos exorbitare & retro aſpiciendo priſtinis deſideriis rerum fortuitarum diſtineri contingat/diſcamus a Magis. Abierunt illi ab Herode impio rege: abeamus & nos a uanitate/ab impietate ad quam aſpeximus & diuertamus. Egreſſi ſunt Magi Hieroſolimam ciuitatem tunc peccatis plenam. Egrediamur & nos omnia ſtudia uanitatum. Proculdubio ſtella quæ illos anteceſſit uſq; ad locum ubi erat puer/ſancti.s.ſpiritus cœleſte auxilium nobis iterum aderit/antecedet nos: atq; ad ſaluatorem noſtrum uſq; perducet.

De lumine fidei & ſpiritus hilaritate modoq; & loco ueræ adorationis.

u Sq; dum ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer. Plura hic latent ſacramenta q̄ ego narrare uel cognoſcere queam. Ad ſanctæ eccleſiæ penetralia niſi cœleſtis luminis beneficio Chriſtianæ
B fidei ſplendore radiantis non intratur. Hæc uerriſſime illud eſt lumen quod firmatur ſupra locum ubi puer Ieſus manet cum Virgine matre. Hunc luminis ſplendorem æternum attende: Si puerum Ieſum cum Maria matre eius inuenire deſideras. Attende uero libenter & mente iocunda. Quando Magi uidentes ſtellam gauiſi ſunt gaudio ma-
C gno ualde. Eſte nunc procul hypocritæ triſtes/exterminantes facies ueſtras ut appareatis hominibus ieiunantes. Magi ualde magno perfuſi gaudio: dum Spiritus ſancti gratiam recognoſcunt: alacres domum ingrediuntur/quam puer Ieſus cū Maria matre ſemper Virgine inhabitat. Quid ſuſpiratis? Quid mœroris lachrimas fingitis? Quid pallorē & ſqualorē hypochritæ horridi prætēditis? Si cœli lumen uobis affulſit: gaudete cum magis gaudio magno ualde. Audite Paulum. Gaudete in dn̄o ſemper/iterum dico gaudete: ſed non ſtolide: nō petulanter: quimmo modeſte ſemp. Modeſtia ueſtra inquit idē Paulus nota ſit oībus hominibus.

hominibus. Ibant profecto Apostoli gaudentes a conspectu concilii. Quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Publice gaudebãt: quia publica erat causa lætitiæ. Sic intrare oportet domum idest ecclesiam dei. Extra illam enim & sine gaudio spiritus sancti: puer adorandus inueniri non potest. Stella quam uiderant magi stabat supra ubi erat puer. Inde non discedit gratia spiritus sancti: ubi manet puer Iesus. Vt ergo adoremus intremus ecclesiam: non tantum hanc manufactam: quæ tamẽ domus dei est: sed professionem ueritatis quæ fit in fide catholica. Cuius rei gratia dicit euangelista. Intrantes domũ inuenerũt puerum. In medio ecclesiæ laudabo te/ dicit propheta: quod alibi exponens in concilio iustorum & congregatione se domino confiteri uelle contestatus est. Intima igitur nostræ conscientiæ ingredientes/ clauso hostio domus nostræ intentionis secreto conueniamus dominum Iesum Christum: non sicut hypocritæ faciũt in angulis platearum longas orationes orantes. Magi intrant domum Iesu: priusq̃ adorent. Quare per ea quæ diximus: illos imitari toto pectore studeamus.

De præsidio sanctorum in adoratione quærendo.

Vm Maria matre eius/ inuenerunt puerum. Quid quæso sibi uult hoc? Magna certe ratione appositum est. A rege aliqd petituri/ ultra captatam loci & temporis opportunitatem/ amicos regis suis postulatis adhibere nituntur. Qui habent coram iudice causas/ procuratores & aduocatos (quos uno nomine patronos dicere possumus) fidos imprimis & iudicibus gratos conducunt. Volentes igitur adorare dominum deum: & ab eo gratiam petere quasi a Rege: quasi a iudice misericordiam impetrare: aut compensam damni uel iniuriæ postulare: cur nobis ipsis fidere præsumamus/ nulla certe est ratio. Adhibenda sunt potentum suffragia: intercessiones amicorum: patronorum quoq; præsidia interponenda sunt. Quem apud regem regũ/ & iudicem omnium uiuorum & mortuorum/ uitæ ac necis causam habentes: illi magis amicum possumus interponere/ quem patronum accuratiorem & fideliorem adhibere/ q̃ Sanctam Mariam uirginem matrem eius? Quam quia illum lactauit & aluit: pro nobis intercedentẽ certissime exaudiet. Dixit Salomon m̃ri suæ Bersabeæ. Pete m̃r mea qd' uis: neq;.n. fas est ut auertam faciẽ meã ab ea quæ me genuit. Quid putamus aliud dicer̃ dñm Iesũ xp̃m? q lõge sapiẽtior & iustior ẽ Salomõe: D

qui matrem longe sincerius ueneratur & amat. Mater Salomonis illum genuit: obstetrices abstulerunt: nutrices lactauerunt: baiulæ distinuerunt & custodierunt: pedagogi & præceptores instituerunt/Maria filio suo matris/obstetricis/nutricis/baiulæ & educatoris beneficia præstitit & obsequia. Itaq; adorare uolentes filium eius: apud illum hanc inueniamus: & conueniamus. Quando magi anteq̃ adorarent ingredientes domum/inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & illa præsente adorauerunt eum.

De præmittendis adorationi summatim ex euangelii & prophetiæ declaratione collectis.

h Aec igitur in summa sunt quæ adorationem præcedere oportet/Surgere a studio fortuitarum rerum: & a mundana uanitate discedere. Docet nos hoc sancta mater ecclesia per prophetam inter missarum solemnia dicens. Surge. Et per euangelistam magorum exempla proponens: qui suas prouincias egressi ueniunt Hierosolimam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Mentem ad cœlum attollere/Cuius rei gratia dicit ecclesia per prophetã/Illuminare/& per euangelium magos monstrat illuminatos/qui dicunt. Vidimus stellam eius in oriente. Quod si a cœlestibus meditationibus per fragilitatem excidimus: iterum terrena sollicitudine distracti/ne persistamus: sed abeamus: & recedamus illinc. Nisi hoc fecerimus: quod nos maneat: nõ a me sed a matre nostra ecclesia hodierna lectione de Esaia sum-
E pta perdiscite. Ecce tenebræ operient terram: animam tuam/quæ terra est bene colenda: atq; purganda/ut bonum fructum & centesimum afferat. Et caligo populos. Cogitatuum/sermonum/operumq; multitudinem/quæ nostræ terræ populi sunt/caligo erroris & confusionis operiet: neq; lumen cœli ultra uidere licebit. Expertum hoc hodie monstratur in Magis: qui ad Herodem ac pontifices conuersi: pro pietate dolos inuenerunt. Vbi uero eos deserunt stella quam uiderant in oriente antecedebat eos. Quid est hic fratres aliud agnoscendum: nisi qa cum sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris? Magi cum Herode nutant: nihil certi inueniunt: & qui ab Herode consilium quærunt consilii & auxilii ab eo requirunt in fraudem. Vbi illum deserunt/stellam uident: quæ eos ducit ad locum ubi erat puer: quem adorare debebant. Ne uero iterum labamur in tenebris intremus fidei catholicæ septa: ingrediamur nostræ mentis intima penetralia: nostram uitam examinantes. De nobis ipsis non uulgo: non assentatoribus: non

affectibus/

affectibus: sed rationi & lumini fidei (quod in ecclesia accepimus) aquescamus. Ita facto opus esse docet prophetia quã inter missarũ solemnia audiuimus. Super te autem orietur dominus: & gloria eius in te uidebitur. Si effugaueris a tua terra tenebras: & caliginem repuleris a populis tuis/orietur dominus super te/orietur autem in ecclesia. Intra ergo illam: & dominus super te orietur: gloria quoq; eius in te uidebit͛. Si mẽtis tuæ secretũ cum ueritatis lumine ingressus fueris: hoc uidebis/& non aliter. Vnde & Magi intrantes domum: inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Cum per hæc omnia ad puerum regem regum peruenerimus/nequaq̃ nobis ipsis fidere debemus. Patroni adhibendi sunt: ut quod nostris meritis non ualemus/eorum intercessionibus consequamur. Quando enim conuersa fuerit a te idest in tuum fauorem: multitudo maris idest magnum auxilium sanctæ Mariæ: quæ maris est portus & stella/Et fortitudo gentium uenerit tibi idest sanctorum suffragium: tunc uidebis & afflues: mirabitur cor tuum cogitans magnitudinẽ eius: qui se tibi exhibet adorandum/Et dilatabitur multa lætitia/eius clemẽtiam & profusam beneficentiam cogitando. Multitudo maris quid est aliud Maria infinita multitudine gratiarum pelagus? fortitudo gentium: quid quæso sibi uult: nisi fortissima sanctorum suffragia: quibus adhibitis adorare debemus: quando & Magi non solum puerum adorandum conueniũt: sed cum Maria matre eius inuenerunt. Inuenimus quæsita. Quia ergo sic quæsierunt intrantes domum/Inuenerũt puerum cum Maria matre eius. Hæc uero omnia lætanter faciamus: quia dicit propheta dilatabitur cor tuum: & docet euangelista Magos domum adorationis intrantes: gaudio magno ualde fuisse gauisos. Itaq; si de peccatorum nostrorum grabato surrexerimus: si a mala consuetudine nostræ prioris uitæ recesserimus: si pacis & ueritatis uiam ingressi Hierusalem supernam adire studuerimus: si oculos ad cœlum diuinæ gratiæ fulgorem attendentes leuauerimus: si per humanam fragilitatem relapsi maturæ resipiuerimus: si domum adorationis ecclesiæ instituta & monita: nostriq; cordis intima penetralia ingressi fuerimus: si exultantes & iubilantes cum lachrimis lætæ compunctionis perseuerabimus: si nobis suffragia sanctorum conquisiuerimus: & imprimis sanctam Virginem patronam instituerimus: omnibus adorationem præcedere debentibus oportune communiti Magorum apparatum ad adorandum bene erimus imitati. Supererit opus ipsum adorationis implere: quod ab eisdẽ Magis hoc secundo nostræ orationis articulo/qualiter fieri debeat/nunc discite.

F G

De magorum prostratione dum adorant.

P Rocidentes adorauerunt eum. Adoratio magis corde q̃ uoce peragitur: cor autem gestu corporis declaratur. Opus est igitur adorando procidere: procul cadere. Non enim audere debemus adoratum accedere propius scilicet uirtuti nostræ aut meritis cõfidere: sed omnem spem in adorati clementia cõstituere debemus. Moyses ubi in rubo deum esse cognouit/ad illud oculos leuare ueritus est. Et stans a longe publicanus non audebat oculos leuare ad cœlum: sed illis studio humilitatis defixis in terram dicebat. Deus propitius esto mihi peccatori. Filius quoq; prodigus rediens ad patrem/Pater inquit peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unum de mercẽnariis tuis. Vide q̃ procul se a patre constituat:/ non sum dignus inquit uocari filius tuus/effice me mercennarium per tuam clementiam/qui filii iura amissi per culpam & demẽtiam meam. Quid ita? Nimirum quia omnem meam substantiam consumpsi: meam inq̃/quia tu illam mihi dederas: nisi dedisses: nisi mecum secundum clementiam optimi patris egisses/mea certe substantia esse non poterat: poteras tu abdicare cõtumacem & luxuriosum filium: at non meorum meritorum: sed tuæ beneficentiæ rationem habuisti: quasi legiptimo filio/& obsequioso partem mihi substantiæ liberaliter dedisti: quo tu clementior & liberalior mihi pater fuisti: magis ego tibi obsequi & bonis consiliis tuis acquiescens/partem substantiæ/quam abs te accæpi conseruare debui: quæ cum non egerim/ad filii tui titulum recipi non audeo postulare/procul ab hæreditate cuius partem accæpi & consumpsi eẽ debeo. Me o pater inter mercennarios tuos numera: iuxta laborem meum sit mihi pro tua clementia saltem quottidiana merces exigua: in sudore uultus mei liceat mihi panem inter tuos accipere mercennarios. Hoc est se uere prosternere coram adorato: hoc est uere opus adorationis implere sua peccata cognoscere: se redarguere: se pœna dignum: & indignum gratia confiteri. Adoratum econtra cognoscere eminentissimum dominum: clementissimum patrem: eius timere seueritatem: non tamen odisse: sed colere: & lachrimis gaudẽtibus se castigationi submittere: sperare inter hæc ueniam: & saltem mercennariam retributionẽ: quottidianum panem. Hoc est quod magi fecerunt procidentes/non se magnos uiros existimant: non est taliũ se prosternere: existimant se mancipia inutilia/ & extrema dignaq; uerberibus. Quid.n. indicat se prosternere: nisi ad quælibet uerbera dominus iusserit paratũ dorsum exhibere? Cogitãt magi dum se prosternũt/& intra se dicunt. Tu in cuius noĩe flectitur omne genu:

genu: cœlestium/terrestrium/& infernorum: dorsum tuum pro nobis flagellis dabis: & cruci te patieris affigi: magnæ sunt iniquitates nostræ: quæ talem ac tãtum regem tam acerba substinere flagella/uulnera/mortem q3 cõpellent. Transeant potius in nos omnia uerbera & pœnæ: quas pro nobis passurus es nos teneant. Nos enim sumus qui peccauimus simul cum patribus nostris. Dederas nobis originalem iustitiam quasi hæreditario iure a nostris primis parentibus deducendam: nos illam tãtam hæreditatem amisimus: quando illi a te recesserunt: & in regione a ueritate longinqua: in regionem insipientiæ abierũt. Carnis nempe delitias amplexus Adam primus omnium hominum pater: ne contristaret uxorem suam matrem nostram iustitiam omnem luxuriose cõsumpsit. Nõ audemus hanc petere: petimus esse saltem mercenarii tui. Scimus quia bene operantibus præstas gratiam: in qua si confirmari studuerint/das illis panem angelorum. Age nobiscum non pro nostro merito: sed pro tua clementia suscipe nos. K

De rõne adorandi a Dauit in psalmis tradita.

h Ac ratione adorandum esse deum si mihi nõ creditis/a Dauit rege & ꝓpheta perdiscite: ille enim dicit. Adoremus & procidamus/& ploremus ante dominum. Quomodo procidamus & quare: qua insuper ratione ploremus/idem ipse propheta nos admonet ubi dicit. Venite o adorare uolẽtes: ne expectetis deũ uenire ad uos: uenite uos mecum ad illum: exultemus. i. extra saltemus: saltemus extra culpam: saltemus a domino. i. ad domini gratiam accedẽtes. Iubilemus per cordis lætitiam modestam & sobriã. Sed quibus in rebus iubilemus attendite. Præoccupemus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei. In psalmis & hymnis & canticis spiritualibus/attẽta cordis meditatione ruminatis bene iubilamus. Quare uero nos hæc facere cõueniat audite. Quoniam deus magnus dominus: & rex magnus sup omnes deos. Nonne quanto potentiores domini: tanto serui ad obediendum & obsequendum promptiores sunt? Deus quem adorare debes: magnus est dominus/dominorum maximus: & rex magnus super omnes deos. Dii enim gentium dæmonia. Dominus autem qui adoratur a Dauit/a Magis/a nobis: cœlos fecit: si uis noscе quid cogitare debeas/dum te adorando prosternis: cogita quoniam Deus est magnus dominus: & rex magnus super omnes deos: cogita quoniam in manu eius sunt omnes fines terræ. Tota terra duobus finibus clauditur dum ab altero incipit/& in alterum desinit: uterq3 in manu dei est. L M

Q uando & primum efficiens omnia/& omnia finiens ſolus eſt deus: & altitudines mõtium ipſius ſunt. Non ita tenet extremos fines: ut medium aliquid ipſe non teneat: cacumina mõtium & eorum altitudines penitus inacceſſæ ipſius ſunt. Cogita ꝙ nõ ſolum terræ dominus eſt: ſed maris. Q uoniam ipſius eſt mare: quod non emit: non uſurpauit: non dono accæpit/ſed ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerũt. Eſt ergo utriuſq; dominus: quia fecit utrunq;: & hac ratione tenet primum terminum omnium creatorum: quia eorum eſt primũ efficiens. Q uia uero ꝑpter ipſum ſunt/& in ipſum oĩa tendunt/alterũ terminum eadẽ continet manu. Horum igitur gratia: uenite adoremus: hunc & nõ alium: procidamus humiliantes nos: & ploremus dũ confitemur coram illo peccata noſtra. Q uia ipſe fecit nos: ſuum opus non aſpernabitur: qa eſt deus uerus: deus omnipotens ſecundum generationem æternã. Paſtor uero ſecundum temporaneam: ſolertiſſimus & piiſſimus eſt: & nos populus eius & oues paſcuæ eius ſumus: nos nequaq̃ abiiciet. Eius igit̃ dignitate & bonitate penſata: exultare & iubilare: pro noſtra autẽ tenuitate & malitia plorare adorando debemus. Ploremus autem coram illo non coram populo: eius domum ingreſſi. i. ſecretis excepti conſciẽtiæ penetralibus quæ deus libenter inhabitat. Ploremus deuotionis lachrymis lætanter in occulto profuſis. Triſtium hypocritarum lachrimis/fletibus ſuſpiriis ſiue mugitibus procul abiectis: quia quem adoramus/deus eſt totius conſolationis.

De Theſauris aperiendis coram adorato domino Ieſu Chriſto.

T apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera: aurum/thus/& myrram. Q uid ſibi uult hoc chariſſimi fratres? Nonne ſatis erat dicere/procidentes adorauerunt eum: & obtulerunt ei aurum/thus & myrram? Cur dicit euangeliſta: apertis theſauris ſuis: obtulerunt munera? non ſunt tanti ſcriptoris inania uerba: præſertim in re tã ſeria. Hunc nobis locum magiſter gentium Paulus nos admonẽdo aperit. Q ui parce inquit ſeminat: parce & metet. Zacheus exequẽdo quid ſibi uelit idem locus oſtẽdit quando huic ipſi/cui magi munera offerũt conuiuium præparaſſet/ubi quies data eſt epulis mẽſæq; remotæ/dixit. Ecce dimidium bonorum meoꝝ domine do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Vide q̃ conſulte apoſtoli conſilium ìpleat/Alienorum & iniuſte acquiſitorum reddit quadruplum ſuorum bonorum dimidium pauperibus dat: magi theſauros aperiunt: ut quicquid in illis eſt: rex cui donandum eſt uideat: eligat meliora: & ſi uelit accipiat omnia. Sed quia ille modeſtus eſt: magi de uniuerſis theſau-

ris apertis: & pro palam corā rege expositis offerunt meliora: offerunt aurum/thus & myrram. Demus ergo nos illi abundāter/quia qui parce seminat/parce & metet. Demus libēter. Hilarem.n.datorem diligit deus. Demus meliora/Q uia qui seminat in benedictionibus/de benedictionibus & metet. Impossibile est seminanti Zizaniam colligere triticum. Cum facimus elemosinam meminisse debemus regis a magis adorati sententiam. Q uod uni ex minimis meis fecistis/mihi fecistis. Cogitare debemus domino Iesu christo donari: quod elemosinæ titulo pauperibus tributum est. Et certe ille ꝑpter Christum petit: propter deum petit/ Clamat.n.dicēs/Pauperi panem propter deum: panem dicit: tu putrida porrigis abiiciendaq; fragmenta: purgamenta & feces ollarum/& cacaborum: cōcretum liquorem & acidum de fundo uegetis profers/quem in refectionem pauperum subministres? O te infœlicem/si de his centuplum mercedis nomine accipias: da elemosynam qualem uelles acciperes: immo uero si sapis da meliorem. Q uādo domino uel patrono tuo non nisi electa donare infamia est/& indignationem conquirere. Aperi cum magis thesauros tuos: & da meliora quæ illis continēatur. Thesauri nostri sunt studia quibus incumbimus: horum arculæ sunt intimæ cogitationes. Vbi adoraueris hos pande thesauros tuos: omnes cogitatiōes tuas effunde. Effundite coram illo corda uestra dicit propheta. Et quoniam nobis etiam inuitis uestra secreta cōsilia aperta sunt/& nuda regis oculis quem adoramus: faciamus (si sapimus) de necessitate uirtutē. Si reuelaueris domino cor tuū: te uolente eius secreta rimabitur. Si clauseris: sciet omina te inuito: immo iam sciuit. Aptis igitur thesauris nostris: sic cum magis munera offeramus: ut dum elemosynā facimus: Zachei exemplum: Pauli consilium teneamus. Dum deum alloquimur adorādo: quasi illū colloquentē: & nunc interrogantē: nunc nobis respondētem persuasum habeamus: Ne fingamus: ne simulemus: ne mētiamur: dicamus cum propheta. Imperfectum meū domine uiderunt ocūli tui: & in libro tuo omnes scribentur cogitationes meæ. Q uo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? nempe si ascendero in cœlum per superbiam cum lucifero: elatus ut phariseus: qui adorando dicebat. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo: nō sum sicut cæteri homines: non ut hic publicanus: Tu illic es: ut me inde expellas & punias: qui luciferum deiecisti: qui superbientem phariseum: & sua peccata abscondentem damnasti. Si descēdero ad infernum desperationis cū Caym: cum Iuda: ades: ut meam infidelitatem punias. Melius mihi erit si sumpsero pennas meas omnium meorum cogitatuū & affectuum im

petus:diluculo:illuminatus fide certa:leuatus spe firma:& habitauero in extremis maris:in amaritudine pœnitentiæ:illic.n.manus tua deducet me per misericordiã/quo per me ipsum ire non ualeo:& tenebit me dextera tua per fortitudinem protectionis. Vt tenuit confitentem publicanum remorsum amaritudine conscientiæ/quando non leuabat oculos ad cœlũ per superbiam ut phariseus:non deprimebat ad abyssos per desperationẽ:sed aspiciebat terrã corporis sui:& de tua clementia confisus aperiebat cor suũ totum:in quo quoniam nihil te dignũ uidebat/dicebat.Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. En domie thesauros cordis mei qualescunq; sunt ego libens aperio corã te:sed nihil dignũ te in illis inuenio:nõ habeo ĩ illis tibi qd dem:habeo qd a te mihi relaxari deposcã. Thesauri mei sunt debita tibi iura:pro multis in me beneficiis a te collatis. Sũt debitæ mihi pœnæ pro ĩgratitudinibus & culpis meis innumeris. Sunt anxietates reatuũ quibus astringor assidue. Deus propitius esto mihi peccatori:esto propitius ne exigas credita:esto propitius ut relaxes debita:esto propitius ut absoluas uincula. Debemus sic aperire thesauros nostros.

De elemosyna ultro offerenda.

Obtulerunt ei munera. Non satis est tantũ aperire thesauros: offerre debemus munera/hoc est/non petita sponte tribuere/ & ingerere recusantibus accipere. Magni quidẽ meriti est:egenis postulantibus opẽ dare. Sed maioris est gratiæ cum egentẽ agnoueris:eius præuenire petitionem. Dñs Iesus Christus non rogatus ad Lazarum uadit:ut a somno excitet illũ/feretrum stare iubet:ut uiduæ filium unicum qui defunctus efferebatur matri restituat. Paralyticũ iubet tollere grabatũ. Petrus eũ qui resolutis mẽbris ante fores templi paruã stipẽ flagitabat integre restituit sanitati:quã ille postulare non audet. Hæc est elemosyna acceptissima deo:frangere exurienti panẽ tuũ:egenũ & uagũ inducere in domum tuã:non recipere tantũ rogantẽ:sed inuitare & inducere reticentẽ debes. Quot uere sunt egentissimi:qui pro modestia ne proximũ grauent:petere non audent? Quot pro erubescentia malũt inedia opprimi aut flagitiis inquinari q̃ auxiliũ implorare? Sanctus Martinus armatã militiã adhuc cathecuminus agens:quoniam pauperi postulãti abrepto ense clamidem qua media hyeme utebatur mediã scidit & nudo tribuit:reliqua contegitur ut potest:nocte sequenti Christũ cũ angelis uidet:auditq; lætanter dicere circumstantibus angelis. Martinus adhuc cathecuminus hac me ueste cõtexit. Dignus profecto qui postea episcopus fieret:& thuronensem ecclesiam gubernaret. Nicolaus noctu

per tegulas

per tegulas(ne uideatur ab hominibus)pondus auri tertio in domum inopis de fenestra proiecit: & tres pauperis filias honesto loco natas ab iniuria seruauit: dignus & ipse qui postea episcopatum in patera urbe teneret. Franciscus cum militem pauperem non militariter indutum obuiasset: quæ nup sibi parauerat & induerat: tunc primũ uestiměta exuit: & militem illis donatum honestauit: pro qua munificentia nocte sequẽti amplissimo & specioso palatio in spiritu a Christo donatus: & cœlesti militiæ non solum ascriptus: sed magnorum dux Christi exercituũ declaratus est. Offerenda est igitur indigenti elemosyna Paulo doctore gẽtium ad hanc rem chorinthios cõmonente/& adhortãte. Audite illum. De collectis autem quæ fiunt in sanctos sicut ordinaui in ecclesiis Galitiæ: ita & uos facite per unam sabbati. Vnusquisq; autem uestrum apud se reponat seponens quod ei bene placuerit: ut non cum uenero tunc collectæ fiant. Fecerunt hoc antea magi: quando thesauros repositos secum attulerunt offerre domino Iesu Christo.

Oblationi magorum oratio accomodata.

a Pertis a magis/coram magno rege thesauris suis/manet infãs Iesus in matris gremio cum hilaritate faciei maiestatem iam præferens: uenustoq; corporis motu & murmure suauissimo grati animi notas ostendens. Nihil tamen pro humanæ infantiæ imbecillitate loqui sufficiens. Quare ad matrem uirginem illi uerba conuertunt. Debemus o regina cœli filio tuo quem tenes in gremio/quicquid habemus: quicquid ualemus & sumus. Adorantes illum debitum hunc nostrum in secreta cordis ara professi sumus/Nũc quantum possumus debitum ipsum soluere: nõ ut liberemur(neq; enim id uelle debemus) sed ut plus debeamus prompti sumus & præsto. Dissoluemus autem si mulq; debebimus: si nos filii tui obsequiis nostrosq; omnes comites designaueris. Nobis hoc maxime accedet gloriæ: non solum inter nostros sed ubiq; gentium tanti principis milites: aut saltẽ pedisequos fieri/tibi uero fortasse non erit inutile id præstitisse. Præsagit nanq; animus Herodem saluatori suo: immo omnium hominum saluti/filio.s.tuo tendere insidias: a quibus nostra diligentia infans tutus erit. Quod si uim apertam Herodes temptare constituat/nobis est ingens hominũ & bellicorum apparatuum copia: quæ remanentibus hic nobis apud te/matura omnia huc a nostris conuehentur. Interea pro thesaurorum quos uides/copia non solum uictui necessaria suppeditabunt: sed milites & arma parare poterimus: ad fraudem & uim hominis perditissimi propulsandam. Tantum nos effice dignos filioli tui o regina ministros: nosq;

suscipe uernaculos seruos. Tui enim sumus: & nusq̄ melius q̄ hic tecum ad filii tui tutelam pro suæ infantiæ & humanitatis imbecillitate possu-
Y mus esse. Thesauros quos coram illo apuimus/pro illo tu suscipe: & ad necessarios usus pro tua sapientia dispensandos serua: nosq; deinceps pa rere mandatis scito esse paratos. Hi uenerabundi & læti comites nostri se ipsos nobiscum filio tuo/& tibi se cum muneribus nostris dono dāt: ita comites simul thesauros apertos ingerunt.

Magorum orationi accōmodatæ/Virginis accōmodata rñsio.

D hæc uirgo regina prudentissima sic respondit. Cessate/quie
a scite uiri optimi: & uos o Magi audite quæso dei ancillam pro suo filio deo uero/& rege sūmo studiis uestris satisfacere uolentem. Quæ debere filio meo adorantes apud uos metipsos professi fueritis: quid etiam sibi munera uestra uelint/uobis tacentibus res loqui
Z tur. Non enim ad hominem adorandum: præsertim infantulum & in præsepio reclinatum paupere/uos homines sapientissimos potestateq; præcellentes/de tam remotis orbis terrarum oris adducere potuit/nisi fi des & deuotio erga meum filium: maior sane q̄ erga hominē haberi pos sit. Fœlices uos quibus deum uerum in carne natum cognouisse conces sum est: & quid illi debeatis intelligere: atq; monstrare/gestus/dulcis bal buties: ac serenitas frontis regis nostri fidem faciunt: studiū uestræ adorationis illi fuisse gratissimum/cuius est super omnia de agnita & culta ueritate lætari: quoniam ad hoc ipsum uenit in mundum: ut testimoni
A um perhibeat ueritati: & in uiam pacis homines bonæ uoluntatis dirigat. Sed quia non est eius uim ui: fraudemue repellere fraude: qui pius est: mitis: & humilis corde: non reddens pro malo malum: sed in bono malum superans: & omnes fraudum caligines inuincibili luce ueritatis effugans: uestro: uestrorumq; famulatu: qui usui nobis cedere non posset: ne quæso grauetis regem nostrum: uestratibus potius seruate uos ip sos: uestra opera indiguis. Gratissimum hoc erit & filio & matri: si matu re repetētes populos uestros: iuste: & tranquille eos seruabitis. Puto uos nō latere minus hoīem contra deum posse: q̄ pulicem minimum cōtra maximū elephantum. Non ē. n. scientia: non est prudentia: non uirtus: non potentia contra deū. Quare uiri optimi: neq; armis: neq; bellicis apparatibus: aduersus Herodem nobis ē opus. Thesauros porro uros: quos in usus exponemus: aut quibus opportunitatibus cōseruabimus.
B Sancitum est legibus æternæ sapientiæ: & reuocari non debet: filiū meū pauperem hic uitā agere: ut non per diuitias: quæ fortuitæ sunt: sed per uirtutem uniuersum sibi subiciat orbem terræ. Quod enim per uim & arma:

arma:quod per pecuniam acquiritur:durare nõ poteſt. Quia nullum uiolentum fit perpetuum. Et cauſæ fortuitæ fluxæ & momentaneæ ſoli dum effectum adducere nõ poſſunt. Veritate & uirtute filius meus om nem mũdum ſubacturus eſt: Quæ quoniam ſtabilia bona ſunt/& immutabilia/regnum eius hoſtes deuaſtare non poterunt. Vobis o Magi opus eſt theſauris:quoniam non niſi per illos iura ueſtra tenentur. Itaq; quos aperuiſtis theſaurorum loculos/claudite:reportate domum:uobis habete. Nos animorum ueſtrorum promptitudinẽ accipimus:pro qua regis noſtri ac meo nomine uobis gratias habemus & agimus/Referemus autem ampliſſimas:dum filius meus celebrari faciet glorioſi nominis ueſtri inter mortales memoriam ſempiternam/inter cœlites uera fœlicitate non defectura uos donabit. Quarum ego rerum me uobis uadem exibeo:uos accipite:& cum pace fœlic̃es regiões ueſtras ueſtro cum comitatu repetite. C

Alia magorum oratio partem ſaltim theſaurorum ſuorum acceptari petentium.

a D hæc magos in hanc quæ ſequitur ſententiam eſt conſentaneum reſpondiſſe. Noſtrum eſt quod ſemper fuit o Regina cœlorum filii tui regis regum:cœlorum conditoris ac domini tuiſq; parere decretis:monita ſuſcipere:obſequi uoluntati. Nunc autem quod tanta nos premia manere pro exigua opera noſtra promittis:pro his inſuper te nobis uadem ꝑbes:q̃q̃ nos pudeat noſtris hæc meritis nõ deberi:pro filii tamen tui profuſa munificentia:proq; tua in omnes clementia:magno ac libenti animo promiſſa ſuſcipimus:exultantes & gloriantes ac nobis glorioſum fore profitẽtes:pluſq̃ mereri potuerimus accæpiſſe. His igitur pollicitis tuis magno debitorũ pondere libenter onuſti ad propria remeabimus:populorum noſtrorum commodis attentiſſime(ut iubes)inuigilaturi. Referemus inſup theſauros noſtros:ut iubes. Sed anteq̃ illos hinc amoueamus(quoniam eis onerari non uis) rogamus ſaltem in animi grati & accæptionis indicium tãtillum de his non aſperneris accipere:quod præſentem inopiam tuam(ſi non uis ex toto releuare)ſaltem leuigare ſufficiat. Hoc profecto te o Regina recuſare pro tua clementia ac ſapientia non conuenit:ne nos contriſtes. Nõ te fugit deum ipſum quem tenes ĩ gremio ſuis humanis neceſſitatibus: per homines ad diem ſubueniri conſtituiſſe. Eius nanq; ſapientia ſic homines regit:moderatur atq; ſuſtentat:ut quæ fieri in illis & de illis uult per creaturam ſuam ſemper efficiat. Concede queſumus dignos nos dei D

ſapientiæ miniſtros fieri. Ne aſperneris de noſtra abundantia tuis/ac fi lii tui neceſſitatibus ſubueniri: fortaſſe quoniam æquanimitate & man ſuetudine Herodis furorem euadere conſtituit filius tuus: te cum illo longa peregrinatione Herodianarum inſidiarum periculo ſubtrahes. Accipe igitur hoc pauſillum auri. Ne reſpuas o Regina quod te grauare non poteſt: quod ſine anxietate ad futuras neceſſitates pro modico tempore ſubleuandas/donec ſaltem ablactetur infans præſidio tibi ſit. Videmus inter præſepis anguſtias filii tui quem adoramus in cunabula collocata: unde indignis iumentorũ odoribus ſaluatoris forte lædetur infantia. Quare modicum & hoc thuris rogamus accipias: unde ſuffu migata domus/ſalubrior fiat/& infantis animales ſpiritus ualeant confortari. Perſpicuum eſt pro uoluntaria paupertate te ad uſum infantis pannis non eſſe copioſam. Si te abundantiorem facere uoluerimus/ſcimus impedimenta hanc eſſe ſupellectilem/Ne ſudariolorum faſciarum pannulorumue indigentia ſordeſcat aliquid in carne pueri/myrram attulimus uim habentem (ut ipſa noſti) ab omni putredine conſeruãdi.
E Non ad delitias: ſed ad munditiam etiam paupertati tuæ iſta conueniunt. Non enim a ſordibus lædi decet pudicitiam tuam/Quare & hoc paululũ myrræ dignanter accipias rogamus & ſupplicamus. Sic porrigunt aurum/thus/& myrram: quæ Maria læta fronte ſuſcipiens: iam qd ea munera ſibi uellent/ſapientiſſima mente reuoluens/gratiſſima habere uultu & uoce demonſtrat: abeundiq; magis poteſtatem facit.

Quale aurũ thus: qualemue myrram deo offerre adorando cõueniat.

a Vrum: thus: & myrram. Ad rem præſentem iam conſtat fuiſſe peridonea: ad miſticum uero intellectum præſentium ac futurorum in domino Ieſu Chriſto q̃ bene conueniant oſtendamus. Erat dominus Ieſus Chriſtus uerus deus: erat ſacerdos ſũmus: erat rex iuſtitiæ. Deo quid cõgruentius offerre poſſumus q̃ ſynderesim?
F Hæc certe eſt mentis lumen inobliquabile nobis inditum a deo: per qd mens ſemper tendit in iuſtum ac rectum: ut deo iuncta permaneat: & illi ſemper obediat. Hoc eſt illud lumen de quo Dauit gloriatur in pſalmis. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine: dediſti lætitiam in corde meo. Infanti igitur a magis adorato (quia deus eſt) aurum.i. ſyndereſim noſtram offerre debemus. Cur autem Syndereſis intelligatur in auro: hoc potiſſime in cauſa eſſe dignoſcitur: Quoniã ſicut aurũ inter metalla

inter metalla excellit & illa perficit ac mensurat: ita Synderesis est eminē tissima mentis officina uel habitus splendidissimus omnia mentis opera perficiens/ & redigens ad iustitiæ lineas sempiternas. Sacerdoti summo quid melius q̄ conscientiam offerimus? Omnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur: in his quæ sunt ad deum: ut quemadmodum pro populo: ita & pro seipso offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui cōdolere possit his qui ignorant & errant: quoniam & ipse circūdatus est infirmitate. Itaq; debet quemadmodum pro populo: ita & pro se ipso oblationes offerre. Dominus autem Iesus christus: qui peccatum non fecit: in cuius ore dolus inuenirī non potuit: qa sempiternum habet sacerdotium: secundum ordinem Melchisedech iustitiæ regis: pro se ipso quidem sacrificium non obtulit: sed se ipsum pro populo in ara crucis imolauit: hostiam uiuentem sanctam deo placentem. Rationabile igitur erit obsequium nostrum: Si nos illi sacrificium obtulerimus: conscientiam puram & immaculatam: quam ipse suo sanguine lauit: morte purgauit: sepultura ac gloria resurrectionis abstersit/ quæ si pro aliquo peccato pro humana imbecillitate/ aut iniquitate maculata iterum est atq; fœdata: nihilominus illam offerre nō desistamus. Est enim pontifex factus in æternum: Vt quotiens opus fuerit: sacrificium pro nobis oblatum ad nostræ conscientiæ purgationē offerat: si modo bona fide nos illi obtulerimus qualemcunq; habere contigerit conscientiam: Erit autem bona fides in corde cōtrito: & sponte humiliato: quod per prophetā sibi gratissimum/ deus nunq̄ spernere promisit. Vidisti unq̄ thus purum carbonibus ignitis imponi? Nihil fragrantius olfatui sentire uoluisses: cum uenustate & certa maiestatis grauitate delectat: confortat: atq; lætificat. Vidisti econtra in purum thus igne cremari? Fumus inde egrediens teter & quasi piceus fastidiosus naribus sternutum præuiolentia & præfocationem extorquere consueuit/ Sic odor puræ conscientiæ totum hominem lætificat interius/ exhilarat exterius/ faciemq; uenustat. Male & impure econtra contristat aggrauat & fœdat. Hic est ille odor de quo dicit apostolus: q; aliis est odor uitæ ad uitam: aliis odor mortis ad æterna supplicia. Bona certe conscientia uiuificat: mala mortem interdum temporaneam: tādem uero & semper æternam adducit: nisi oblata domino Iesu Christo sit: & eius beneficio plene purgata. Hac igitur ipsa ratione thus oblatum domino Iesu Chisto conscientiam offerendam præfert. Regem magnum atq; iustissimum prudentia in omnibus antecedit & comitatur. Illi ut pareamus semper pruden-

tia nobis est opus. Seruat certe prudentia regem: seruat regnum: melius
seruat prudentia mores: & uitæ tranquillitatẽ: q̃ corpus a putredine myr
ra seruare sufficiat. Offerre igitur prudẽtissimo regi nostro in myrra pru
dentiam nostram debemus ad integrum: ut in lege eius die noctuq; me
ditantes/de numero prudẽtium uirginum effecti in nuptiis gloriæ sem-
piternæ epulari mereamur. Si synderesis prudentiæ conscientiæq; ratio-
nem copiosius fortasse nosse desideras: uide quæ de his iam scripsimus
in uniuersalibus actiuorum: & in sermone primo de annunciatione do
minica. Aurum quod diximus deo magos obtulisse: ut nos illi discere-
mus offerre Synderesim/potest intentiõem totam & motus intrinsecos
I totius animæ rationalis ostendere. Quos uno nomine intentionẽ di-
cere consueuimus. Quemadmodum enim omnia uenalia auro maxi-
me apræciari uidemus: ita motus intrinsecus animæ rationalis intentio
nominatus totum hominem & eius opera perficit & metitur. Hic est
oculus ille de quo saluator ait in euangelio. Si oculus tuus simplex fue-
rit: totũ corpus tuũ lucidũ erit: Si neq̃ fuerit: tenebrosum corpus peni-
tus efficiet. Est inq̃ hic oculus intentio. s. ac propositum quod sapientis-
simi legis latores/plusq̃ operationes & opera attendi prouidentissime de
creuerunt. Et quia deus scrutator est cordium/intentionis ac propositi
certus inspector/deo domino Iesu Christo ut uero deo aurum nostrorũ
cogitatuum donare debemus: & coram illo proponere quicquid in oc-
culto cogitamus. Fiet hinc profecto ut pia iusta & sancta meditemur as-
K sidue. Quem quæso nõ pudeat cogitare: deliberare: eligere: exequi per
uersa: si coram domino Iesu Christo & uidente illo/hæc se facere credat:
& mente reuoluat? Romanum populum coram Catone uticensi fama
est obscenos ludos (quos tamen publice diis celebrabant) uiri reueren-
L tia obmisisse. Thus per quod conscientiam intelligi oportere iam dixi-
mus: linguam siue sermones si denotare dixerimus: mea sententia non
errabimus. Fama nanq; hominis quæ quasi fumus est/& quasi odor ui
tæ totius/lingua atq; sermonibus constare dignoscitur. Et profecto sicu
ti fumo qui sunt condimentorum experti saporem: & substantiam rei
fumantis agnoscunt/Sic mores hominum: uitæq; institutionem nihil
magis indicare sufficit q̃ lingua. Nõ quod per os intrat inquit magister
ueritatis coniquinat hominem: sed quæ de ore egrediuntur, hæc hom
nem coinquinant: & purum uel impurum esse manifestant. Quando
quæ de ore exeunt: de corde procedunt: quasi de clibano fumus: & de
qualibet decoctione uapor exalans. Qualis. n. unusquisq; est talia loq-
tur. Quoniã

tur. Quoniam igitur cogitationes nostræ quasi aurum offerende sunt deo. Sermones insuper qui sunt cogitationū fumi/odores indicesq; certissimi/domino nostro iesu Christo: ut sacerdoti summo quasi thus offerre debemus: ut dicere id solū discamus & assuescamus: quod eius auribus dictum esse uolumus. Ita ne leues scurras: aut mentiētes maximus pontifex noster nos existimet: pudebit nos leuia/turpia/dolosa uerba ꝓferre. Hoc est uerissimum & gratissimum thus: quod sacerdoti summo domino iesu Christo offerre debemus. Si peccatores sumus/per confessionem/si iusti/per gratiarum actionem/laudesq; cōtinuas id faciamus. Myrrham præterea quam prudētiam ueluti regi monstrauimus offerendam/etiam operationes sensuum designare consentaneum est. Quemadmodum enim myrrhæ īditum est a putredine corpora præseruare: ita sensuum exercitationes modeste nos sanos & uegetos cōtinent: carne simul & animo: qbus nihil plus nocet q̄ ocio marcescere. Myrrham igit̃ domino nostro iesu Christo omnium operum nostrorum offeramus. Offeramus inq̄ de anima rationali aurum intētionis cum synderesi/de lingua thus confessionis & laudis cum pura cōscientia: de sensibus myrrham iustarum operationum cum prudentia. Ita cum magis ad adorandum iter bene fuerimus ingressi. Ita leuatis in cœlum oculis ambulabimus/Ita lucem gratiæ de cœlo ducem habebimus/Ita ad regem adorandum fœliciter perueniemus. Ita domum eius bene ingrediemur/Ita illū cum Maria matre quæ nobis adorātibus faueat inueniemus/Ita bene ꝓcidemus corā illo: & ut oportet illū adorabimus/Ita piis muneribus decenter oblatis per aliam uiam cum eisdem magis reuertemur in regionē nostram. Regio nostra regio est fœlicitatis æternæ pro qua assequēda iustitiam originalem acceperamus/Discessimus ab illa per culpam/reuertemur per gratiam/Discessimus nascendo/moriendo reuertemur: & eius palatia intrantes inueniemus puerum iesum cum Maria matre eius gloriosum: qui nuper infantulus in præsepio positus a matre/se magis exhibuit adorādum: ut pro auro nostro ab illo regnum: pro thure gloriam: pro myrrha īmortalitatē accipemus per īfinita secula seculoꝝ. Amē.

k



DE MATRIS PVRIFICATIONE ET FILII PRAESENTATIONE CORDA Q VINTA.

P OST Q VAM CONSVMATI SVNT DIES purgationis Mariæ secundũ legem Moysi: tulerunt illum in Hierusalẽ: ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege dñi/Lucæ.ii. Saluatorẽ nr̃um fratres charissimi: qui legem soluere non uenerat: sed implere duas leges a deo traditas: & a Moyse promulgatas/alterã in sua matre: alterã in seipso cõpleuisse: solẽni lætitia recolit hodie mr̃ ecclesia. Et quẽ per magorum adorationẽ/ac cœloꝝ obsequia uerũ deũ/per circũcisionem aũt uerum hoĩem oñdit: hac solemnitate deum uerũ simul & hominem eẽ cõfirmat. Matrẽ insuper eius integerrimã: sempꝗ purissimã purgatiõis legi pro enixo tali infantulo satisfacere gratulatur. non ab re igitur ipsa quam colimus hodie festiua solẽnitas binomia facta est. Dicitur nanꝗ purificatio quoniam sancta & immaculata Mariæ uirginitas pro suæ fœcunditatis fructu legem purgationis siue purificationis impleuit. Dicitᷣ præsentatio: quoniam puer Iesus quadragesimũ diem agẽs nostræ mortalitatis (qui sibi inter homines qntus est actus) ad legis obseruantiam/in templo præsentatus est. Q uem nostrũ a peccatis purgari iam pudeat: qui oium peccatorum quasi putridæ sentinæ fetore sordemus. Q uãdo Virgo mater sine macula: summi regis sponsa castissima: tota pulchra legẽ purgationis impleuit? Q uis nõ studeat deo se cõmendare: submittere: offerre: donare: & in templo gratias agere de acceptis beneficiis? Q uando rex regum: quem nascentem angeli festiuis cantibus celebrant/& annunciant: rudes pastores agnoscunt/nominis in circumcisione accepti ratio loquitur: cœli indicant: magi adorant: se adhuc infantulum deo patri in templo præsentat: & pro legis obseruantia munus cum matre sacerdotibus offert. Non mirum igitur si sancta mater ecclesia nos solemni pompa lumine accensos cæreos hodie instituit circumferre. In lumine nempe filium Iesum: qui lux est uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum nobis ostendit: in cæreo luminis fomite/& gerulo matrem. Est cæra munus apum sine maris semine filios proferentium: quæ non nisi de purissimis floribus cũ dulcedine mellis exprimitur. Sic Maria quasi apis solertissimã de odorifero uirginitatis flore: deꝗ suo sanguine roseo: mel diuinitatis & cærã humanitatis/utroꝗ lumine ueritatis fulgido: & feruore charitatis ardente/in una domini Iesu Christi persona nobis inuexit.

M ¶ N O

Nos igitur fratres charissimi (qm̄ filiū simul & matrē in cæreorꝝ deuota gestatione colimus) fidei nunc lumine resplendētes/& charitatis ardore succensi: matris purgationem: & filii pñtatiōem deuote cōtemplari: & pro uiribus imitari debemus. Cuius rei gratia de utroqꝫ simul orationem habiturus: Lucæ euangelistæ & sanctæ matris ecclesiæ auctoritatem pfatus sum: ut quos in hac oratione auctores habeā agnoscatis. Dicit euangelista: refert mr̄ ecclesia. Postq̄ impleti sunt dies purgatiōis Mariæ secundū legem Moysi: tulerunt illum in Hierusalem: ut sisterent eū domino sicut scriptum est in lege domini.

E matris purificatione & filii pñtatione oratiōem habituri/iuxta euangelicam lectionē/quam dum res diuina ageretur/audiuimus utriusqꝫ rationem imprimis/postea cōmendationem & attestationem inspiciamus. Rationem purgationis nunc attendite. Purificatio de qua in præsentia agimus: est mulieris pro partu determinato tempore a cōmertio hominū & cōtactu rerum domesticarum sequestratio a lege indita/munditiæ & instaurationis gratia: finienda coram deo per sacrificii oblationem: & sacerdotis orationem. Hanc descriptionem assequi possumus leuitica lege: ubi præcepit deus mulierem quæ masculum pareret/septem continuos dies ab uniuersa familia/& rerum oium contactu (nisi quantum necessitas compelleret) penitus segregari: post quos quasi maiori ex parte purgatā & uiribus instauratam/conuictui & cōmertio familiæ restitui uoluit: quasi uero nondū plene mundā: neqꝫ ad integrum pristinis uiribus restitutam/per triginta tres alios dies pro thori cōmertio/a uiro omnino sepatam manere iussit. Interim uero oblata deo/uel offerenda tangere uetuit: & domi manere pcepit. At ubi dies quatragesimus illuxisset domum egredi: & statim ante ostium tabernaculi se pñtare mādauit agnum si suppeterent facultates/si minus/turturem aut columbam in holocaustū. i. pro gratiaꝝ actiōe de suscepta sobole: & partus dolore: ac piculo superato super altari penitus cremādum tradere. Turturē item aliū aut columbum pro peccato/cōceptus parturitionis & partus tpe fortasse perpetrato offerre sacerdoti constituit: qui munus accipet: & supplicaret illā pristinæ munditiæ uiribusqꝫ restitui. Quibus oibus rite pactis: sacerdos illā in pristinū restitutam declararet: domūqꝫ dimitteret. Fœminino aūt partui tēpus ad hæc oia duplo accrescere cōstituit: ut pro septē quatuordecim: pro triginta tribus sexaginta sex dies purgatiōis & instauratiōis impleret. Octuagesimo tādē die purgationis sacrificiū (ut iā diximus) oblatura. Hanc legis cerimoniā diligenter examinantibus/erit luce clarius purgationē siue purificationē eē

(quēadmodum

(quemadmodũ diximus) segregationem mulieris quæ peperit usq; ad determinatum temporis spacium. Marem nanq; enixa per dies septem: fœminam uero per quatuordecim ab omnibus rebus tangendis sepata manebat & a cõmertio familiari: ob maiorem immũdiciã: maioremq; debilitatem. Rursus pro minori immundicia: minoriq; debilitate enixa masculum per triginta tres dies. Enixa fœminam sexaginta sex abstinebat a thoro & ab earum rerum cõtactu quæ deo uel dicatæ fuerant uel dicandæ. Erat uero hæc segregatio & abstinentia a cõmertio familiæ & hominum. Quando per primos septem: aut quatuordecim dies nullo adhibito conuiua uescebantur: & lecto sola cubabat. Post illos admissa cõuictui adhuc per triginta tres alios dies/aut sexaginta sex ab his quæ proxime diximus abstinebat. Erat etiam segregatio a rerum contactu/quando per eos priores dies nihil domesticũ tangere poterat: nisi quantum puerperii debilitas compulisset. Post illos communium rerum domesticarum contactu sibi permisso: per dies alios. xxxiii. aut. lxvi. iam declaratos: oblata uel offerenda in templo non attingebat: domumq; exire ut Sanctuarii ostio appropinquare prohibita. Hæc fieri lege iubente nemo dubitare poterit: qui leuiticas Moysi leges audierit diligenter. Instaurationis & munditiæ gratia hæc obseruari res indicat/hanc ipsam legem attentius examinanti. Perfici insuper hanc purgationem per sacrificii oblationem satis constat: Quando in fine temporis a lege præfixi agnus aut turtur siue columbus oblatus a puerpera in holocaustũ: ignibus altaris imponi iubetur. Sacerdotis adhuc oratiõem complemẽtum dare purificationi inde cõstat/quod puerpera turturem aut columbum tandem pro suo peccato offerente: Sacerdos ubi pro illa orationem cõpleuerat: purificatam declarabat: & remittebat ad suos.

Declaratio cerimoniarum in purificatione a lege statutarũ.

u Ideo uos huius cerimoniæ uel obseruantiæ rationem quærere: & mysteria in ea latẽtia in lucem adduci expectare. Sed quia nimis in longum trahetur oratio: Si tempora utriusq; purgationis fuerimus prosecuti: Quia etiam masculinæ purificatiõis solẽnia celebramus: uestræ expectationi de illa pro uiribus satisfaciã/fœminæ purgatiõis tpa post hñdo. Imprimis igitur qđ ẽt primo loco legis huius habet/septẽ prioꝝ dierũ rõnem accipite. Habet septẽnarius nũerus in uniuersa machina mũdi/& pſertim in hoĩs uita admirabilẽ quandã rõnem. Septẽ naq; uagantiũ stellarũ ordines per septẽ orbes illi stelliferæ/& oẽs continenti speræ subiecit summi oĩum architecti prouidentia: quæ & superioris rapidis motibus obuiarẽt: & inferiora oĩa magna ex pte dirigerẽt. Q

R Lunam quoq; ex illis septimã numerus septẽnarius mouet: cursumq; eius ipse dispensat/Quod facile hinc ostenditur. Luna octo ac uiginti diebus totius zodiaci ambitum cõficit. Nam & si per triginta dies ad solem a quo profecta est remeat: solos tamen uiginti octo in tota zodiaci circuitione consumit: reliquis solem (qui de loco in quo eũ reliquit abscesserat) attingit tandem. Huius uero uiginti octo dierum numeri septẽnarius origo est. Nam si ab uno usq; ad septem quantum singuli numeri exprimunt/tantum antecedentibus addendo ꝓcedas/inuenies uiginti octo nata de septem/Hunc etiam numerum qui in quater septenos æqua sorte dirigitur/ad totam zodiaci latitudinem emetiendam remetiendamq; consumit. Nam septem diebus ab extremitate septentrionalis latitudinis ꝑuenit. Qui locus appellatur eclipticus/septem sequẽ
S tibus/a medio ad imum australe delabitur. Septem aliis rursus ad medium obliquata conscendit. Vltimis septem septentrionali redditur summitati. Ita hisdem quater septenis diebus omnem zodiaci longitudinẽ/& latitudinẽ circum per æqua discurrit: similibusq; dispensatiõibus ebdomadum luminis sui uices sempiterna lege uariãdo disponit. Primus enim septem usq; ad medietatem uelut diuisi orbis excrescit: & cornuta tunc uocatur: donec dimidiã se oñdat. Secundo septennario incipiente ignes colligendo orbem complet. Et tertio incipiente septẽnario dicitur plena: per quod rursus dimidiatur. Et incipiente quarto septennario se offert contuentibus ut cornutam: in cuius fine renascitur altero septenario incipiẽte. Septem quoq; ꝑmutationibus toto mense distinguit̃. Cũ
T nascitur fit cornuta/Cũ fit semiplena & iplet̃ur. Rursus cũ semiplena reficit̃/Cũ cornuta reddit̃: & oĩno nõ uidetur & nascit̃ rursus. Sol quoq; de quo oĩa quæ hic uiuunt (deo auctore) uitã mutuãtur septimo signo zodiaci uices suas uariat. Nã ab hyemali ad æstiuum solstitium septimo
V uenit signo: & a tropico uerno ad autunalẽ septĩo signo defertur. Oceanus quoq; incremento ac decremẽto suo hunc eundẽ ordinẽ tenet. Nã primo nascentis lunæ die fit copiosior solito. Minuitur paulisp secũdo. Minorem uidet eũ tertius/q̃ secundus/Sicq; decrescendo ad septimum usq; peruenit. Rursus octauus qui secundi septennarii initiũ affert/manet septimo par. Et nonus fit similis sexto/decimus quinto: undecimus fit quarto par: tertius equiperat̃ duodecimo: & tertius decimus similis fit secundo: quartusdecimus primo. Tertia hebdomada fit per oĩa in eo
X similis primæ: quarta secũdæ. Hic deniq; est numerus cõceptui/formãdoq; homini a natura accõmodatus: secũdũ quẽ edit̃: uiuit: alitur: ac ꝑ oẽs ætatũ g̃dus tradit̃ senio: & oĩno cõstare usq; ad extremũ uitæ dignoscitur.

ſcitur. Semine nanq; intra formandi hoĩs cellulam locato: tradit. Hipo- Y
crates libro qui de natura pueri dr̃ experimẽto didiciſſe/ ſi ſeptem illic p
ſtiterit horas folliculũ genitiuũ illi eo ſpacio circũduci ex mẽbrana tã te-
nui/quali oui ſubſtãtia ab exteriori cute diſiũgitur. Straton pipateticus
per ſeptenos dies humani corporis fabricã ſic diſpẽſat/ut ſecũda ſeptima
na credat guttas ſãguinis in ſupficie folliculi de quo dixit Hipocrates.
Tertia demergi eas introrſum ad ip̃m cõceptiõis humorẽ. Quarta hu-
morẽ ipſũ coagulari ut quadã(uelut iter carnem & ſanguinẽ)liqda ad
huc ſoliditate utriq; cõueniat: & differat ab utroq;. Quinta ſi ſeptimo
mẽſe partus ad maturitatẽ accedere debeat. Septĩa uero(ſi ad nonũ mẽ-
ſem uſq; maturitas ꝓtrahatur)figi in ipſa humoris coagulati ſubſtãtia
humanã effigiẽ: magnitudĩe qdem apis: ſed ut in illa breuitate membra
oĩa habeat deſignata & totus corpis lineamenta ab ſe inuicẽ diſcreta/&
pceptibili rõne conſiſtant/ſi hoc tpe ſenſibus offerantur. Poſt partũ utꝝ Z
uicturum ſit quod effuſũ eſt: an in utero ſit p̃mortuũ & tantũmodo ſpi
rans/non tñ ad integrũ uiuẽs/uenerit in lucem ſeptima ab egreſſu hora
diſcernit. Vltra.n. hunc horaꝝ numerũ quæ præmortua uomita ſũt: ſpi-
randi uim ferre non pñt. Quam quiſq; fœtus ultra ſi cõtineat intelligi
tur creatus ad uitã: niſi quiſpiã forte caſus(qualis pfectum aprehendere
poteſt)illi uitam eripiat. Itẽ poſt dies ab egreſſu ſeptem/reliquias iactat
umbilici. Poſt ſeptem menſes dentes incipiunt mandibulis emergere: &
poſt bis ſeptem ſecurus iam incedit non timens caſum. Poſt ter ſeptẽ ſo-
nus eius in uerba prorumpit. Poſt quater ſeptem/non ſolum ſtat firmi-
ter ſed incedit: niſi ſit mancus. Poſt quinquies ſeptem ubera non quæ-
rit: ſed quaſi refugit: niſi longus uſus inuexerit patientiã. Poſt annos ſe-
ptem dentes priores ſolidioribus cedũt: eodẽq; anno pene abſoluitur in
tegritas loquendi. Iuxta hunc numerum ſeptem uocales litteræ a natura A
pro idiomate quoq; complendo agnoſcuntur inuentæ: Licet latinitas p
diphtongos modo longas: & ſine illis breues pronũciando: quinq; pro
ſeptem tenere maluerit/apud quam tamen ſi ſonos uocaliũ non apices
numeraueris/ſimiliter ſeptem terminationibus ſonoris cõſtare uidebis.
Poſt bis ſeptem annos: homo neceſſitate pubeſcit: tũcq; moueri incipit
uis generationis in maſculis: & purgatio fœminaꝝ quaſi in omnibus ſu
mit exordium. Ideoq; hac ætate puer: quaſi ad uirile robur accinctus/ab
ſoluitur legibus a tutela: a qua fœminæ pro uſu rationis accelerato bien
nio maturius eiſdem legibus liberantur. Poſt ter ſeptenos: genas lanu- B
gine ueſtit iuuenta: idemq; annus fidem creſcendi plurimis facit in lon-
gum. Quarta annorum hebdomada in latũ creſcere quaſi ſemper pro-

hibere solita est. Quinta omne fere uirium (quãtæ cuiq; futuræ sunt) complet augumentum: nulloq; modo iam potest quisq̃ se fortior fieri. Sexta seruat uires ante collectas: nec diminutionem nisi ex accidenti patitur prouenire. A sexta usq; ad septimam fit quidem diminutio: sed occulta & quæ detrimentum suum aperte non prodat. Cum uero septennarius annorum per uitam hominis se multiplicauerit.i.septies septem impleuerit/facit ætatem quæ perfecta proprie & habetur & dicitur: adeo ut ille homo & consilio aptus sit: nec ab uirium exercitio alienus habeatur. Cum uero decas qui & ipse perfectissimus numerus est septennario iungitur/a physicis creditur præfixa fere meta uiuendi. Et hoc tempore humanæ uitæ spacium in plurimis terminari. Quod quisquis excesserit: ab omni exercitio uacuus: soli sapientiæ & sibi ipsi indulgere permittitur/ætate iam reuerendus. A septima uero usq; ad decimam annorum septimanam pro mensura uirium in singulis perseuerantium uariantur officia. Idem numerus totius corporis membra disponit. Septem primo sunt intra hominem quæ nigra mẽbra uocãtur/lingua/cor/epar/splen/pulmo/renes duo. Septem item alia ad cibum & spiritũ in singulis sunt hominibus deputata/Guttur/Stomacus/Vesica/Intestina principalia tria/dissipium/quod uentrem & cætera intestina secernit. Alterum medium: quod a græcis messenterion dicitur. Tertium quod ueteres irram uocant: habetq; principium intestinorũ omnium: & cibi detrimenta deducit. De spiritu & cibo expertum est q̃ ultra septem horas sine spiritus attractione non uiuitur. Vltra septem dies sine cibo uita non durat. Septem quoq; sunt speciæ differentia: quæ intima & extima totius humani corporis in longitudine/latitudine/& profunditate complexa sunt. Cutis: caro: pinguedo: neruus: arteria: ossa: medulla. In aperto præterea septem sunt humani corporis partes. Caput: pectus: brachia duo: crura totidem/pudendum/quæ singula si diuidas: septem compagibus stare uidebis. Vt in brachiis habes brachiũ ipsum: humerũ: cubitum: uolam: & per singulos digitos tres iuncturas. In cruribus uero femur: siue coxa: genu: tibia: pedis uola: & ternæ in singulis digitis coniuncturæ. Rursus quia sensus ministeria natura in capite quasi in arce cõstituit: septem in eo foraminibus sensuum absoluuntur officia: oculorum: aurium: narium q; binis in singula: & oris uno. Vnde hic numerus qui totius humani corporis & hominis uitæ dispositor est: nascentis hominis puerperio purgando præcepto dei uitæ largitoris per Moysem legis præconem suũ accõmodatus magna ratione dignoscitur. Habet etiam in moribus hominum hic idem numerus admirabilem rationẽ. Quando septem sũt

capitalia uicia: quibus uita hominũ inficitur: & mores penitus subuertuntur. Licet uero multæ ab Ari. morales uirtutes numeratæ sint: septẽ tamẽ si fuerimus assecuti purgabitur per illas animus noster a uiciis purgabit nos eutrapelia (quã latine comitatem dici oportere existimamus) omni superbia. Mansuetudo iracundiam: Fortitudo accidiã eiciet: Amicitia fugabit inuidiam: Propellet liberalitas auaritiam: Gulam tẽpantia: Luxuriã omnem iustitia euacuabit. Anima igitur rationalis quæ semen bonæ cogitationis in mentis utero concæpit: masculũ solidæ intentionis bene operandi enixa est: per lucem septem uirtutum quas attulimus (quasi per septem soles) septem mortalia peccata: quæ nox teterrima palpabilium tenebrarum sunt: procul abiiciat. Ita octauo die a maiori pollutione purgata collegio sanctorum restituetur. Hæc mistica est ratio: Dierum septem primæ purgatiõis: triginta trium dierum qui purgationi minori restant peragendæ rõnem: si possumus inquiramus.

¶ De ratione triginta trium dierum purgationi minori pro partu masculo assignatorum.

d Eus maxime fide dignoscitur. Fidei christianæ prima radix ẽ: deum trinum & unũ credere: quod trigenario numero declaratur: is nanq; ter continens decem: tres in deo personas notat sibi per omnia coæquales. Trinarius primus impariũ numeroꝝ qui trigenarii basis est essentiam diuinã designare uidetur. Est. n. primum fundamentum unde triginta consurgit: & in quod redit: sicut de & in diuina essentia tres personæ prodeunt: & reuertuntur in illã. Est etiam quælibet dei persona sigillatim denario numero assimilata. Sicut. n. ultra denarium nullus est numerus: sed oẽs numerorũ moles in ipsum penitus rediguntur: & omnes denarii numeri æqua unitatum distributione qescunt: ex eisdemq; unitatibus surgunt: sic tres diuinæ personæ omnium rerum uisibilium & inuisibilium perfectionẽ efficiunt: & quasi sui scintillam in semetipsis singulæ & simul omnes continent abundantius & perfectius q̃ ipsæ creaturæ in se ipsis existant. Neq; in efficiendi continẽdiue ratione una est in deo psona alia copiosior. Sicut nec denarius primus secũdo aut tertio abundantior esse potest. Adhuc quemadmodum nullus denarius numerus extra decem potest intelligi habere aliquã sedem: & tamen duo denarii numeri uere sunt duo. Ita tres diuinæ psonæ denarii numeri perfectioni (per ea quæ attulimus) assimilatæ: sibi inuicem intimæ sunt: & penitus impartibiles: numerum tamen trinariũ adimplentes. Redemptor insuper noster fidẽ trinitatis docẽs: inter homines triginta & tres annos mortalis mansit: & trigesimo tertio iam laben

te/suo sanguine conscientias hominũ lauit/sua morte animas redemit/ penitusq; liberauit. Post septem igitur primos dies quibus per uirtutes morales purgatur animus capitalibus uiciis/tribus uirtutibus theologicis/fide/spe/& charitate imbuendus est/ut deũ trinum agnoscat/amet/ assequi speret. Ita crucis pœna quã saluator nr̃ suæ mortalitatis anno tricesimo tertio subire dignatus ẽ/nos dignos efficiet adire ostiũ sãctuarii .i. domũ fœlicitatis æternæ/ubi multas ab initio deus cõstituit mãsiões.

De ratione munerum oblatorum purgationis lege.

G Aec porro uniuersa confirmat:& quasi sigillum agnitiõis omnibus imponit/quæ de purgatiõis tpe/ac dierum numero habita sunt agnus anniculus ad cremandũ oblatus. Agnus nempe iste illum ostendit qui tollit peccata mũdi. Erat hic agnus anniculus/ qua ætate integer est/iuuentaq; robustus:quod saluatoris indicat ætatẽ: qui uiuacissimo ætatis flore super altari crucis igne charitatis incẽsus holocaustum nostræ purgationis & instaurationis effectus est. Nempe propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus tradidit in mortem

H animam filii sui:qui nos redimeret ab omni iniquitate:& emũdaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonoꝝ operum. Offerebatur etiã turtur:siue columbus pro peccato. Quid plenius quæso coniugalẽ fidem q̃ turtur nobis ostendere potest:qui secunda coniugia omnino recusat? In oblato igitur turture:fœderis nuptialis integritatem matrona quæ peperat præmonstrabat:ut si quid libidinose concipiendo:parturiendo:pariẽdo:uel in puerperio iacens admisisset:aut obmisisset:citra tñ nuptiarum iniuriam:citra fœderis matrimonialis limites se deliquisse: & in turturina fide se uelle persistere:per turturem oblatum mõstraret.

I Columbus animal est sine felle:masculus eius auis incubat ouis:& fœtum pari affectu cum fœmia nutrit. Indicabat igitur columbus oblatus solertiam adhibendam nato infantulo. Ita si quid pro infante seruando puerpera minus diligenter egisset:columbi munere promittebat emendationem. Hæc bonæ mentis studia in munere sacerdos intelligens:culpam remittebat:præcatus talem dei auxilio exhiberi erga uirum:erga sobolem:qualem munus oblatum præseferebat. Ita peracto purgationis sacrificio:ad suos illam redire iubebat:admonens ut erga uirum se turturem:erga omnem familiam se columbam solertia plenam exhiberet.

De lege purgationis in spiritu seruanda.

Aec erat o matronæ lex purgandæ puerperæ:a qua (secũdum litteram) & si Christus uos liberauit:in spiritu tñ illam seruare præcepit. Seruabitis illam si sanctam dñi Iesu Virginẽ matrem fueritis

trem fueritis imitatæ. Illa benedicta super omnes mulieres benedictum uentris sui fructũ deo obtulit: & cum illo turturum aut columbarũ par tulit in templum. Offerte cũ illa domino deo filios uestros. Offerte cũ illa turturem pudicitiæ sempiternæ. Offerte cum illa columbum mansuetudinis: comitatis atq; solertiæ. Vos quoq; uiri hac ipsa lege astrictos non ex me/sed euãgelistæ testimonio agnoscite. Tulerũt inquit in Hierusalem/ut sisterent eum dño: & ut darent hostiam secũdum q̧ scriptũ est in lege domini/par turturum aut duos pullos columbarum. Nõ dicit tulit mater: sed tulerunt mater simul & pater. Dicit etiam. Vt darent hostiam. Debetis simul cum matribus: Simul inq̃ cum uestris uxoribus turturinam in matrimonio fidem: & columbinam cum eis: ac uniuersa familia conuersationem habere: semperq; tenere in charitate dei. Sic in spiritu purificationis: & præsentationis legem seruabitis. Quæ si feceritis: dauiticas uobis benedictiones promitto. Labores manuum tuarum manducabis: beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. Si te illa fidem integram ĩ matrimonio seruare uidebit: domesticam suppellectilem: per omnes angulos domus bene: nitide decenter seruabit: augebitq;: filios insuper bene educabit. Si te colũbum sine felle: sine minis: sine iracundis uerberibus gesseris: uxor & tota familia tuis semper commodis inuigilabit: filii tui bene morati: bene educati: decenter induti erunt in circuitu mensæ tuæ: quasi nouellæ oliuarum uirgulæ ad exornandum & releuandum ueterem trũcũ. Quod si te non turturem: non columbum: sed cuculum: aut gallum gallinaceum gesseris: mirari non debes non turturem: neq; columbam habere te domi: Dum fuit Atrides una contentus & illa casta fuit: uicio est improba facta uiri. Vt uxor tua turtur fœmina maneat: exhibe illi te turturem marem. Vt perpetuo illa tibi & filiis tuis columba sit: tu illi esto columbus. Vide quoniam Maria simul & Ioseph turturum: aut columbarum par offerunt domino: marem inq̃ & fœminam: neutrum sine compari in templo pro munere purgatæ puerperæ offerendum est. Offerte fratres cum uxoribus uestris turturum par: aut columbarum in spiritu: habete mutuo turturinũ cor: atq; columbinũ. Quoniam tempus purgationis animæ uestræ nunc instat: postea erit tempus punitionis: aut p̃mii. Hæc pro purificationis instituto declarando dicta sufficiant. Nũc Lucam institutæ legis obseruantiam enarrantem audiamus. K

Declaratio Euãgelii quantum ad historiam purgatiõis attinet.

P Ostq̃ impleti sunt dies purgationis Mariæ. Ad quid o Euangelista Mariam purgari oportuit. Quæ ortus conclusus: & fons

ſignatus exiſtens/omnem mundiciā proferens: perpetua puritate ſcate-
re non deſiit. Purgantur ſordida: purificantur immūda. Hic nihil de la-
be peccati: nihil de corporis ſorde, nihil de membroꝝ interceſſit debilita
L te. Cur quæſo illa purgatur? Accipe rōnem. Secundum legem Moyſi/Si
cut quæ ſine uiro concæpit/pro legis obſeruantia/& ſuſpitionis occaſio
ne penitus auferenda/iuxta legem nupſit uiro: ſicut filius eius non pro
culpa a ſe tollenda: aut promerenda ſibi gr̄a circūciſus eſt: ſed ut legē im
pleret: Sic hæc mater & ſemp uirgo puriſſima purgata eſt/non immun-
ditiæ deponendæ gratia/ſed ſecūdum legem Moyſi/ideſt ut legis ſe ob-
ſeruatricem oſtenderet. Præuiderat immo decreuerat dei ſapientia in le
ge gratiæ quadraginta dies pœnitētiæ dedicari: per quos ieiuniis: elemo
ſinis: orationibus: & pietatis ſtudiis chriſtianoꝝ animæ purgarentur: &
ſe deo per confeſſionem/& ſatiſſactiōem mundos pn̄tarent/ac die qua-
drageſimo: die inq̄ reſurrectionis dominicæ agnum īmaculatum quaſi
holocauſtū offerendo comederent. Ne ergo quis iuſtus & peccato q̄uis
immunis ab hac ſe lege purgatoria exemptum crederet/ne quis crederet
quadraginta pœnitentiæ dies (quia ſine peccato ſum) ſubire nō debeo:
quia conſcientia ſecura & munda mihi eſt: per cōfeſſionem me ſacerdo-
ti præſentare non curo. Voluit ad noſtram doctrinā ſapientiſſimus pa-
ter & deus noſter: ſpōſam ſuam q̄tumlibet īmaculatā/dies quadraginta
legalis purgatiōis explere: uoluit etiā cū uiro ſuo myſtica mūera offerre.

De præſentatione Ieſu declaratio euangelii ſimul & legis.

T ſiſterent eū dn̄o ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Quia oē
u maſculinum adapiens uuluam ſanctū dn̄o uocabitur. Purifica
tionem matris uidimus: filii nunc pn̄tationem attendamus: ab
eius diffinitione exordium accipiētes: ut quæ dicenda ſunt facilius intel
M ligantur. Præſentatio eſt infantis maſculi primogeniti oblatio deo: qua
ſi rei pro repenſione debitæ illi facta per eius qui præſentatur parētes in
templo coram ſacerdote/cū facultate redimendi oblatum: & certo præ-
cio pſoluto habendi eum ſibi. Hanc diffinitionē unde accipe nos opor
N teat admonet euangeliſta cū dicit: ſic ut ſcriptū eſt in lege dn̄i. In excelſo
nanq; Moyſes mandante deo populum ſic alloquitur. Mementote diei
huius qua exiſtis de Aegypto: & de domo ſeruitutis/Qm̄ in manu for
ti eduxit uos deus. Hodie egredimini menſe nouarum frugū. Cūq; in-
troduxerit te in terram Cananei ſicut iurauit patribus tuis/& dederit ti-
bi eam/ſepabis omne quod aperit uuluam domino/Primogeniti aſini
mutabis oue. Si non redemeris interficies. Omne primogenitum de fi-
liis Iſrael/p̄cio redimes. Cūq; interrogauerit futuro tempore filius tuus/
Quid

Quid est hoc? Respondebis in manu forti eduxit nos dominus de terra Aegypti/ & de domo seruitutis. Cũ nãq̃ obduruisset Pharao: nolletq̃ dimittere patres nostros/ occidit dñs omne primogenitũ hominũ: & iumentorum in terra Aegypti. Iccirco immolo dño omne masculinũ: qđ primo de utero matris egreditur: & oĩa primogenita filiorũ meorum redimo. Hanc legem eodẽ libro repetitã inueniemus. Quanto aũt præcio primogenitũ hominis redimendũ fuerat: declaratum constat numerorum libro: ubi pro oĩbus duodecim tribuum primogenitis maribus: accæpit dñs leuitas in partem. Cunq̃ primogenitorum numerus numerum leuitarũ tribus: ac septuaginta supra ducentos excederet: iussit deus solui pro singulis siclos qnq̃. Ita ab undecĩ tribubus siclos accæpit Moyses mille trecẽtos sexaginta quinq̃ in præcium redemptorum: dataq̃ est hæc pecunia Aaron & filiis eius: quibus etiã leuitæ eodem iure in obsequum fuerant attributi. Erat uero siclus monetæ genus: uiginti obolos cõtinens ad pondus sanctuarii. Summa igitur legis sanctificandi dño primogenitum masculinũ hæc erat. Ad templũ infãtem masculinũ primogenitum adducere: sacerdoti quasi rem deo debitam dare: datum si libebat redimere quinq̃ siclis: atq̃ ita redemptum habere sibi. Si uero ad redimendũ parentibus uoluntas non eẽt: aut non sufficerent facultates: Qui sic erat oblatus & non redemptus: sacerdotibus in ministeriũ erat addictus. Eratq̃ liberum pontifici apud se nutriẽdi infantis curam accipere: uel nutriendũ parentibus reddere. Cũ maturauisset ad templi ministeria remittendũ. Hæc porro primogenitorũ infantulorum sanctificatio (quantũ ego coniectare possum) fieri erat solita instante luce quadragesima a die natiuitatis: quatenus uno contestu legali matris purgationi: & sanctificationi: ac redemptioni filii satisfieret. Ita cũ Lucas euãgelista purificatiõis tempus enarrasset: tempus & ordinẽ præsentationis filii mox adiungit dicẽs. Tulerũt illum .i. puerũ Iesum in Hierusalem: ut sisterent eũ dño. Sistere firmare est. Non erat fortasse Mariæ: nõ erat uiro eius Ioseph: pecunia unde pro sui primogeniti redemptione qnq̃ persolueret pontifici siclos. Hoc nos credere admonet: q̃ non agnũ sed turturem (tenuitatis euidẽs signum) aut columbum pro agno in holocaustũ obtulerunt: Proposito igitur si sacerdos sibi educandũ habere uellet: dimittẽdi apud eũ dulcissimum filium. Tulerũt eum. Hoc est quod euangelista dicit. Vt sisterent eum domino: idest ut illũ in templo firmarent educandũ. Q̃m ad illum redimendũ deerant facultates. Sicut scriptum est in lege domini. Primogenitum hominis redimi quinq̃ siclis. Vnde apparet nõ redemptum dñi dei esse & in sacerdotis ptãte manere.

R Est autem hæc lex de primogenito redimendo sancita exodi capite tertiodecimo in principio: & circa medium eiusdem capitis a Moyse pmulgata: quæ eodem libro capite trigesimo quarto cõfirmatur/& numerorum capite tertio executioni mandata describitur: ubi ad redimẽdum primo genitum masculinũ pcium præscribitur. Item eodẽ numerorũ libro hæc ipsa lex executa iam & declarata iteratur. Quod ergo dicit euãgelista/ Sicut scriptum est in lege dñi/addamus quater. Totiẽs.n.lex illa a Moyse sancita est seu repetita. Pauloante dixerat euangelista. Secundũ legem Moysi. Nunc uero dicit. Sicut scriptum est in lege domini. Vt agnoscamus Moysem non latorem/aut conditorem/sed promulgatorem fuisse legis antiquæ. Quia omne masculinum adaperiens uuluam sanctum dño uocabitur. Sẽsum horum uerborũ quater in lege (locis quos anno

S tauimus) scriptum inuenies. Ne quis hoc loco obsceni uocabuli appositione euangelistam accuset/in re præsertim tam seria: tam sincera/monuisse uos uelim/uuluã non significare/quod uulgo creditur/partẽ in muliere pro honestate reticẽdam: sed uterũ totum in quo alitur fœtus/ in quo matrix sita est: ipsamue matricem. nempe Moyses ubi matrum/ sororum/nuruum/socruum congressum maribus prohibet: ubi a fratrũ uxoribus præcipit abstinere/nunq̃ uuluam dicit/semper honesto uoca-

T bulo & lato earum turpitudinem reuelari/detegiue prohibuit. Adapit igitur uuluam: quod exonerando uentrem per partum effundit. Qua re primogenitus per legem habitus non est qui erat post fœminam: aut post abortiuũ concæptus & natus. Et ut darent hostiam par turturũ aut

V duos pullos columbarum. Sũt qui dubitant pro peccato matris an filii turturem offerri/aut columbum statutum sit. Quoniã secundum legẽ quam loquitur euangelista pro peccato Moyses dixerit offerendũ: & filius in originali peccato nascat̃: & mr̃ nõ sine peccato fortasse eũ cõcæpit: gestauit & peperit. Sed qm̃ legẽ istam matri purgandæ impositã ex legis ipsius seriæ constare dignoscitur: ego sine præiudicio melioris sententiæ existimo turturem pro peccato matris potiusq̃ filii imolari debuisse.

De mysterio quinq; siclorũ qbus masculi redimebãtur primogeniti.

g Rande uero mysterium: & admirabile sacramentum est masculinum hominis primogenitũ redimi quinq; siclis. Daturus erat pater omnipotẽs pro humani generis salute primogenitũ suũ: qui per quinq; sui corporis uulnera nostram ruinã sisteret: & amissam libertatem instauraret. Itaq; primogenita hominum quinq; siclis redimi constituit: iuxta numerum quinq; uulnerum: quibus in cruce pendens eius primogenitus: pro salute hominũ fuerat lacerandus. Cui nũc durũ

uideri

uideri potest suum primogenitum deo offerre/& redimere quiq; siclis .i.quiq; sensibus proprii corporis domitis recuperare animam suam? p qua redimenda deus suum primogenitum dedit: & quiq; duris uulneribus affici uoluit: quæ nri gra idē dei filius libēter excepit. Sed nos infœlices/& mius q̄ talpæ uidētes/cū primū filios nros arctioris uitæ disciplinā i aliqua religiosa pfessiōe suscipe uelle cognoscimus/illos totis uiribus retrahere studemus: quos si reuocare nō possumus/quasi mortuos lugemus amarissime. O pditissimū īgratitudīs genus. Deus pr̄ de se ipo solo primogenitū suum misit in terrā. Mater quem de suo solo sanguine genuit/& iam p quadragita dies sola lactauit & baiulauit: pñtat i tēplo/prompta dulcissimum filiolum i manibus relinquere sacerdotum/scribarum/& phariseorum/a quibus plane nouerat durissima eum morte necandum. Pater simul & mater p quinq; eius uulnera/te & filios tuos recuperare ueriti nō sunt. Immo te p eius mortem durissimam recupauerunt. Tu filiū tuū deo donare recusas? & bonis uiris/bonis moribus educandum tradere nō uis? Quid quæso efficit hoc? nempe ingratitudo: nempe stultitia: nempe cæcitas tua. Non te pigeret filium tuum in principis momentanei tradere famulatum? doles: luges: & plangis illū in obsequiū tradere regi regum/domino deo uniuersæ terræ/cœloruq; moderatori. Dares eum ad perdiscendas leges hominum: quæ certe bonæ sūt/si bene reguntur: sed fraudum decipula facta est legū cura: das tn̄ filiū ut fraudes adiscat & nugas? das ad mechanicas artes exercēdas/ut liberaliter uiuet discat: doles? & dare recusas? Resipisce miser: disce a deo patre qui filium suū arbitrio sacerdotū offerri patit educandū. Disce a Virgine matre: quæ primogenitum suum durissimis inimicis liberaliter offert. Disce a Ioseph qui filium quem sibi adoptauerat/& unice diligebat: adhuc lactentem/immo lac suggere quasi incipiētem suis manibus libens offert: & oblatum in templo reliquere non suspirat. Iactauit Maria: iactauit & Ioseph cogitatum suum in dño. Cur tu non speras bene de filio tuo: qui uiā securitatis /salutis/& quietis/ingressus ē? Resipisce: & ne esto solicitus de filio: sed cum illo offer columbinam simplicitatem/& turturis puritatem hodiernæ festiuitatis in fructus ex emplo p quam lætamur omnes puerum iesum i templo sacerdotibus pñtari: & par turtuȝ aut colūbaȝ simul cū illo offerri: postq̄ cōsumati sūt dies.

De commendatione & attestatione purificationis & præsentationis.

T ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon: & homo
e iste iustus & timoratus expectans consolationem israel: & spūs
sanctus erat in eo: & responsum acceperat a spū scō/non uisurū

se mortem nisi uideret Christum domini. Quoniã euangelista scribente/& sancta ecclesia hodie referente: matris purificationem & filii præsentationem agnouimus/cõsentaneum est ab eisdem horum commendationem attestationemq; perdiscere. Et quoniam multũ iterest quis sit ille qui laudat/testiumq; qualitatem iura maxime examinari uoluerũt:
Y nos hæc inspicere in primis condecet. Commendantem ac super aliqua re testimonium afferentem opus est in primis esse hominem notum ac boni nominis. Incognitorum nempe hominum & p angulos latitantiũ testimonia minus ualida sunt: & hoꝝ commendationes minus põderis habere uidemus. Infamium uero nominum & infaustorum appellatio hominibus indita/eoꝝ attestationi & commẽdationi plurimũ detrahit. Quãdo ex infami & infausto nomine fit nominatus exosus. Fama est celeberrimæ memoriæ/Egidium Caruagliar hispanum cardinalem iura Romanæ ecclesiæ in Italia resarcientem: & Italiam ipsam malis hominibus expurgantem: cum discolum aliquem scelestum ue examinaret: de nomine primum solitũ quærere: quod si infaustũ infame ue sentiret/puniri iubere solitum qui fuerat examinãdus. Ita dũ nescio quẽ interrogaret. Quod tibi nomẽ bone uir est? Illo respõdente: speza croce. Et ego inqt Cardinalis: te spezaro la ceruice. Sicq; eũ recte suffocari iussisse. Alterum respondentem/se nominari: Brusa boscho/bene erit: sel boscho hora brugera te respondit: illumq; ignibus tradidisse cremandũ. Tertio se dicenti Beccha bene: bñ bibas inqt: si bene becchasti: & mox flumine illũ submergi mandasse. Animi relaxandi gratia hæc dixerim: ut tamen inde constet: quantum apud bonos/& graues uiros offensionis habeat appellatio nominis infausta. Quare o parentes este cõmoniti honorata/& fausta nomina filiis uestris imponere. Et si contingat/a sodalibus nuncupationẽ aliquã uicii/criminis/flagitii/uel ridiculi/aut stulti euentus illis imponi occurrite: sic nominari/ne permittite. Fiet certe: fiet inq̃ ut iuxta nominis significatum uitam instituant. Expertũ est pueros tur-
Z pi nomine accepto per iocum uitam mutasse cum nomine. Redeamus iam ad sapientissimi euangelistæ narrationis seriem. Ecce inquit homo erat in Hierusalem. Ecce aduerbium est demõstratiuũ. Demõstrat ergo nobis quasi cognitã celebrẽq; personã: nõ in oppido uel in pago: sed in Hierusalẽ regia/sacerdotaliq; ciuitate. Quod ergo dicit/Ecce hõ erat in Hierusalẽ: nõ ociose dictũ est: qñ psonã in ciuitate cognitã manifestat. Cui nomẽ Symeõ. Hoc nomẽ/Hieronymo attestãte auditus: uel exaudibilis sonat. Vt itelligamus cõmẽdatõnẽ attestationẽq; hois huius nob audiẽdã eẽ attẽtissime: & eius uerbis penitus ihærẽdũ. Sic.n. significato
nominis

nominis satisfiet/Simeon nomen est illi. Et homo iste iustus & timoratus. Iniquorum cōmendationes calūniæ sunt: laudes sunt uituperia: attestationes criminatiōes sunt. Quoniam tam turpe est a turpibus laudari q̄ obtur pia. Quare si te laudat: si te cōmendat: si rei tuæ testimonium affert iniquus aliquis/uel infamis/ne læteris: ne confidas. Melius est taliū laude/cōmendatione/testimonioq; carere/q̄ abundare. Si de te obloquitur: Si te uituperat: si aduersum te testimoniū profert: ne tristeris: horum probra: improperia: maledicta laudes sunt. Virtus a uicio non quærit laudē. Veritas a falsitate testimoniū hr̄e non uult. Similia similibus gaudent. Bonitatē boni cōprobant. Iustitiā iusti cōmendant. Veritas fulcit ueritatē. Integrā igitur cōmendationem ab hoīe iusto debemus expetere. Ideo dicit euāgelista. Et homo iste Mariæ matris purificationē: & eius filii Iesu Christi pñtationem cōmēdaturus. Iustus erat legali iustitia: quæ integra est oīum uirtutum regula. Iustus erat etiā secundū æqualitatis iustitiam tam distribuendo q̄ cōmutando: non plus neq; minus tribuens in laudando ac cōmēdando q̄ recte sit cōsentaneū rationi. Non cōmendabat igitur plus debito: nō inq̄ adulabatur: non minus debito laudabat: non erat inuidus detractor: aut susurro in populis. Ita quia iustus erat cōmendationi: attestationiq; eius fides denegari nō pōt. Sed quia iustitia rigorosa fortasse nimisq; dura uideri posset: ac iccirco fauore in cōmendādo & testificando minus digna: ideo dicit euangelista. Et timoratus. Nō ita confidens de sua iustitia: ut de sua fragilitate non timeat. Et dū testimonium profert: dum cōmendat sobrie loquitur. Loquacitas nempe nimis usq; attestandi ardor: & immodicum cōmendandi studium perhibēdo plerosq; testimonio fecit inutiles. Non talis est cōmendator & testis quē adducit euangelista. Sed iustus est ideo a ueritate non discedit. Timoratus insuper est: ideo cum modestia & prouida circūspectione profert testimonium. Timoratus est enim timore domini: qui sapientiæ uiam parat. Sapienter ergo cōmendat & testimonium dicit. Non est timoratus timore seruili qui deiicit animum: & fugere instigat minime fugienda. Timoratus est habitu mentis de multis actibus bene pensandi nascētes: ut pro zelo iustitiæ: non plus audeat q̄ oportet. Sobrie cum maiestate & uenustate cōmendat: attestatur & facit omnia quæ legalis iustitia amplectitur & æqualis expectans consolatiōem israel. Spes uana unde sibi promittunt homines quæ non decet: quæ non expedit: quæ assequi nunq̄ poterunt: & si fuerint assecuti: meliores iccirco non erunt. Spes inq̄ immoderata priuati commodi commendantem & testimonium afferentē sæpe reiecit: & pro gratia odium: pro auxilio impedimētum: pro fauore

A (margin, beside "pia. Quare si te laudat")
B (margin, beside "rat. Sapienter ergo")
C (margin, beside "ctitur & æqualis")

detrimentum inuexit. Vt a teste & commendatore nostro ista remoueat euangelista illum ostendit particularem & sibi propriam non expectare mercedem: nihil sui ipsius tantum gratia hac cōmendatione captare. Ex
A pectabat per spem certam & immobilem: redemptionem totius populi israel. Quam redemptionem? Nempe liberationem a superstitiosa aua ritia: & superbo ambitu sacerdotum/scribarum & phariseorum: quantū ad hanc mortalem attinet uitam. Quātum uero ad futuram gloriam: quæ reuelabitur in nobis. Expectabat redemptionem israel a culpis per gratiam mediatoris: ut per illam assequeretur populus israel gloriam sempiternam.

De ratione spūs sancti quē euangelista scribit fuisse in Simeone.

T spiritus sanctus erat in eo. Adhuc quia testem & cōmendantem ut testificando & cōmendando proficiat bene instructum de ueritate esse debere/nemo dubitat Simeonem plene sciētē/ quem cōmendat: & quibus de rebus testimonium affert cognoscētem/ noster euāgelista declarat: ubi dicit. Et spiritus sanctus erat in eo. Est spiritus sanctus/spiritus scientiæ & pietatis: est totius spiritus ueritatis. Vnde dicit ueritas. Paraclitus autem spiritus ueritatis: qui a patre procedit: docebit omnem ueritatem. Simeonem igitur fuisse ueridicum testem/ & in causa scientiæ copiose instructum inde constat. Quod spiritus san
D ctus erat in eo: qui est spiritus plenissime ueritatis. Existimo hic non fore ociosum declarare quomodo in homīe maneat spiritus sanctus. Hac enim in re magister ipse sententiarum creditur defecisse. Distinctione nempe decima septima primi sententiarum uidetur asserere/spiritum sanctum esse illam ipsam charitatem idest habitum amādi deum & pro ximum: per quem omnes homines deum & proximum amant propter deum: ut in hominibus uniuersis amantibus deum/unus sit & indistinctus penitus spiritus/per quem ament: qui & ipse deus sit/& tertia in summa trinitate persona. Cui sententiæ Euangelistæ uerba uidentur applaudere: dum sonare uidentur spiritum: qui est deus: in Simeone mansisse. Sed ita quæso ne credamus. Non potest creator deus esse creatura. Habitus autem quo amamus deum: habitus quo ueritatem agno scimus aut acquisitus est studio: aut diuina largitate creatus in nobis: nobisq; donatus. In nobis non solum habitat spiritus sanctus: sed trinitas tota in ueritate dicente. Pater meus eum diliget qui diligit me: & ad eum ueniemus: & mansiōem apud eum faciemus. Habitat ergo spiritus sanctus in nobis quasi nostrarum uirium fons sine meta: sed non est habitus per quem amamus/melius est q̄ habitus. Virtus est immēsa: & infinita

& infinita potestas: quæ habitum bene amãdi tribuit: amorem accẽdit: ardentem tenet: & splendescere facit. Erat ergo in Simeone spiritus sanctus luminis fons/ & ueritatis origo: per quæ Simeon uerus ac uerax testis/ & gratiosus commendator/ integerrime commendaturus/ & attestaturus matris purificationem: & filii præsentationem accessit.

Spiritus sanctus quomodo fuerit in Simeone.

T responsum acceperat a spiritu sancto non uisurum se mortẽ
e nisi uideret Christum domini. Exponit euangelista quomodo in Simeone spiritum sanctum fuisse intelligere debeamus. Nõ erat in illo quasi in continente contentum: sicut in urna aquam esse uidemus. Non sicut mensurans & perficiens: & adesse perducens/ sicut numerum in re numeratã: figuram in substãtia: uel in materia formam eẽ experimento probamus: nõ sicut motor in mobili: non sicut in naui nauarcus: sed sicut lumen in re illuminata: quod a se ipso non discedẽs/ & penitus indiuisum permanens/ lucere facit inter se distantia. Sicut etiam magistri uirtutem in discipulo eẽ sentimus: quæ illũ nõ deserens discipulos complet/ & eruditos facit. Respõsum idest doctrinam certam per E
reuelationem acceperat Simeon a spiritu sancto non uisurum se mortẽ idest non esse moriturum. Mors enim proprie uideri nõ potest/ quoniã neq; colorem habet: neq; substantiam: immo uero neq; sentitur. Dum nanq; illa aduenit sensus omnis elanguit iam penitus & euanuit. Sed uideri dicitur cum imminet/ expectaturq; de proximo. Nouerat igitur Simeon lumine spiritus sancti irradiatus mortem sibi uitam nõ ereptura: nisi uideret Christum domini. Christus a chrismate nomẽ est deriuatũ. F
Q uoniã in ueteri lege chrismate delibuti/ Christi nuncupati sunt. Hoc uero liquore ex oleo & aromatibus confici solito/ ungebantur sacerdotes & reges. Christus ergo domini sacerdos dicitur/ uel rex domini. Sed in Simeonis responso utrunq; significat. Q uoniam futurus erat rex messias/ summus rex domini dei: nõ ut deum: sed dei populum regeret: ad deumq; dirigeret. Futurus erat etiam idem ipse messias summus sacerdos dei: non ut pro deo: sed pro populo ad deum preces funderet: & coram illo offerret sacrificia. Senem igitur Simeonem spiritus sanctus instruxerat: dum ei aperte monstrauerat q non moreretur nisi nato rege messia: quem uideret & agnosceret/ anteq̃ uitam cum morte mutaret.

De ratione attestandi a Simeone suscepta.

T uenit in spũ in templo. Testẽ oportet non se ipsum ingerere.
e Ita Simeon non a seipso: sed spũ sancto ducẽte uenit in tẽplum. Erat igitur spũs. s. in Simeõe quasi docẽs/ & quasi ducẽs: neq; tñ

inuitum accessisse in templū crediderimus Simeonem: qui spiritu sancto ducente uenit in illud. Spontaneus nanq; nō coactus fuit hic Simeonis aduentus. Q ñ sciens & prudens libenter spiritus sancti secutus est motum. Vt enim a maligno spiritu instigati: & a sodalibus inuitati peruersi homines sponte se in malum præcipitāt. Sic bonorum hominum societates: bonorum angelorum inspirationes: sancti quoq; spiritus impulsus/nunq̄ libertatem tollunt: sed adiuuant: dirigunt & confirmant.

G Apparet iam q̄ sit idoneus laudator & testis huic celebritati cōmendandæ & attestandæ a Luca euangelista adductus in medium. Est enim in celebri ciuitate pernotus. Ecce homo erat in Hierusalē/nomine Fausto/ & ad rem faciente donatus: cui nomen Simeon/bonis moribus decoratus. Homo iste iustus & timoratus: a passiōibus segregatus. Expectabat redemptionem Israel: a bono doctore in causa scientiæ bene instructus. Et spūs sanctus erat in eo quasi docens. Ab eo. n. responsum accæperat Simeon non uisurum se mortem nisi uideret Christum domini/ad cōmendandū & testificandum inductus/non ingestus a se. Et uenit in spū in templum. Non temere sed consulto bonam inspirationem sequens.

De uera paternitate Ioseph erga dn̄m Iesum Christum.

H e T cum inducerent parentes eius puerum Iesum ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accæpit eum in ulnas suas & benedixit deum. Locum & seriem commēdationis euangelista proponit. Q uot sunt qui in angulis coram te/& in cubiculo laudibus in cœlum tollūt omnia quæ dicis aut facis: & in publico uel te absente non sic faciunt? Multa non nunq̄ commendāt graues uiri inter paucos/quæ inter multos approbare puderet. Cum igit̄ laudaris ante omnia respice locum in quo tuæ resonant laudes. Tuæ pudicitiæ insidiator o puella o matrona laudum tuarum litteras reffertas/q̄ occultissime ad te scribit: te admonet sine arbitris legere. Si uere laudat/cur testem laudum habere non uult? Veritas non quærit angulos. Adulator cur cō testem refugit? Cur maxime laudes infarcit sequestratus? Irrideri uel argui timet. Non timeret si uera esset hæc ipsa laudatio. Secura est ueritas. Laudant angeli Christi natiuitatem per aera circumlati. Laudant illam pastores in uia. Laudat Simeon præforibus templi. Audi. Cum inducerent nempe in templum puerum Iesum. Non dictus est infans qui per angelos: per pastores: per cœli fulgorem insolitum nascēs/loquitur gloriam dei. Et nunc per Simeonē lumē ad reuelationem gentiū: & plæbis

I Israel gloriam natus esse manifestatur. Signanter uero dicitur puer: purus totus: qui sine peccato concæptus/& natus matris puritatem non minuit.

minuit. Integritatem uero confirmauit/utrunq; sacrauit. Parentes eius. K
Hoc loco blasfemi cateruatim insurgũt uociferantes/si de Ioseph semine Mariæ filius non est genitus/quid attinebat parentes dicere? Si parentes sunt Maria & Ioseph simul uterq;/quemlibet sigillatim necesse est eẽ parentem. Aut igitur euangelista parentes dicere non debuit (estq; dicẽdo procul factus a uero) aut si stetit in ueritate: immo quia stetit: de Ioseph semine conceptus est Christus. Quando parens mas nisi qui generat dici nõ debet. Sed audiant aspides surdæ (si uelint) audiãt inq̃ & intelligant ueritatem. Cum desponsata esset mater Iesu Maria Ioseph: anteq̃ conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto: Ioseph autem uir eius cum esset iustus/& nollet eam traducere: uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitãte/ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili Dauit/noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Pariet autẽ filium & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populũ suũ a peccatis eorum. Exurgẽs autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini: & accepit coniugem suam. Sunt hæc non mea uerba: sed sancti euangelistæ Mathei: ex quibus constat Ioseph Mariam traduxisse p̃gnantem: & ab homine penitus icognitam. Quoniam quod in ea natum erat: de spiritu sancto erat. Et iuxta prophetæ Esaiæ uaticiniũ conceperat/& uirgo permanserat. Non ergo de Ioseph conceperat: non inq̃ genuerat Ioseph dominum saluatorem. Si modo o Hæretici uerbis euangelii cõtra uos clare conscriptis credere uultis. Quemadmodum eisdem falso interpretatis inniti uelle uidemini. Audite nunc igitur interpretationem ueram & certam/& uestram dementiam deponite. Le L
ge matrimonii sic mulier in mariti potestatẽ transfertur/ut omnia eius opera quæ (salua matrimonii honestate) afferunt fructũ/mariti usibus cedere iure optimo solebant. Quia igitur sancta filium cõceperat nulla nuptiarum iniuria/iure optimo fructus uteri eius uiro cessit suo. Cur quæso filios ex adulterio natos: matrimonium non facit esse mariti: in promptu nunc ratio est. Quoniam scilicet in eius iniuriam & infamiã sunt concepti. Et iure fœderis coniugalis nasci non potest/quod illo uiolato conceptum est. Fuit uero filius Ioseph dominus Iesus Christus. Quando filium ex sua uxore sine mariti iniuria conceptum/non nisi in filium accipere debuit. Fuit igitur Ioseph & pater & parens: non geni M
tura carnis: sed ardore charitatis: obedientiæq; feruore: quibus inductus/fecit sicut ei præceperat angelus/ Mariam in suam coniugem accipiendo. Et quod in ea conceptum de ea fuerat in suum filium ado-

ptando: quem adoptiōis etiam fauore cessante: suum iure matrimonii filium hr̃e poterat: & debebat. Hæc nouerat Lucas hoc loco scribens Mariam simul & Ioseph parentes fuisse domino Iesu Christo. Vt facerēt secūdū cōsuetudinē legis: puerperis impositæ: pro eo etiam pn̄tando secundum alterius cōsuetudinem legis scriptæ. Exodi. xiii. ut iā diximus: multotiens in testamento ueteri repetitæ. Quibus locis quoniam tempus præsentationis non diffinitur: erat cōsuetudine longa sancitū: quæ est optima legum interpres: Quadragesimo die post natiuitatem primogenitum masculū præsentari in templo coram domino: & pro eius redemptione quinq3 siclos dari sacerdotibus. Hoc igitur est quod euangelista intelligi uult cum dicit. Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: Quasi dicat non decreto legis: sed uetusta consuetudinis obseruātia: die quadragesima a primogeniti natiuitate numerata/solitum erat a parentibus illum in templo præsentari ut eadem die mater & filius legi satisfacerent/illa legi purgationis: iste legi præsentationis & redēptionis si modo parentes eum redimere decreuissent.

De Simeonis deuotione & pietate.

T ipse Simeon eodem spiritu quo uenerat ī templum edoctus
e quid faceret/Accepit eum qui præsentandus a parentibus ferebatur. In ulnas suas. Erat (ut in libello de saluatoris infantia legitur) Simeon annis plenus: senexq3 grādæuus/qui omnem ætatem in legis obseruantia plenus sanctis operibus uixerat. Hic inualescente pontificum sacerdotum & scribarum auaritia/totius etiam populi iniquitate in dies accumulata: cum Herodis ascalonite seuitiam: scelera filii eius Antipatri: ac nepotum flagitia fuisset expertus/cum libertatem suæ gentis euersam: & iudeos qui per regni speciem direpti idumeorum tyrānidæ iam fuerant/per romanam post hæc auaritiam lacerandos cerneret. Pertesus uitæ/& morum sui temporis iam non labentium sed funditus euersorum/deum rogauerat & rogabat assidue/ut eius laboriosam uitā/cōfectam senio/& mœstitia laceratam finire: ac ad p̄res suos uiros iustos
N & pios illum transmittere dignaretur. Habet nēpe hoc imprimis bonū matura senectus: quæ annis robustioribus bn̄ usa est: ut mortē minime timeat: & sibi post illam melius repromittat. Vnde quæso tantus est ardor senio cōfecto uitā trahere: nisi a diffidētia ante actæ uitæ? Criminosi est timere iudicii instātis articulū: ad qd innocens securus & lætus accigitur & festinat. Ita bn̄ acta iuuenta & senectus bonis meritis plena Simeonem intrepidū mortem expectare/illam accelerari alacriter poscere inuitabant. Hanc Simeonis petitionē: deus exaudiēs de mundi miseria exitum &

tum & fœlicitatis maturæ promerendæ certissimum indicium: immo pignus illi ante mortẽ uidere & tãgere repromisit. Dictum est igitur Simeoni siue per angelum uisibiliter apparentem: siue per spiritum interius edocentem: o Simeon exaudita est oratio tua: laboribus & afflictionibus tuis finẽ dabit deus in tempore hoc. De proximo rex messias nasciturus est: qui patres ad quos properas de tartareo carcere liberabit: & ad regna in cœlo splendentia secum ducet. Ne graueris expectare pausillum tuum & patrum tuorum liberatorem secundum spiritum corporeis tibi dabitur oculis ĩspicere. Multi proculdubio patriarchæ: multi prophetæ: multi pontifices/ multi reges uidere uoluerũt: quod tibi nunc uidendũ offero/ & uidere non potuerũt. Tibi uidere illum dabitur satis cito. Vbi hunc Israel redemptorem uideris: assumet te deus ad patres tuos: qui libentius te ideo excipient: quia non iam per prophetiam/ sed per experiẽtiam illis annunciabis redemptionem/ non futuram de proximo/ sed instantem atq; præsentem. Tu quoq; qui tantopere bonorum morum doles euersionem/ & ne ultra illam uideas/ mori desideras/ eo libentius experieris/ quod cupis/ quo minus a tenebris inferorum te occupandũ inspicies/ beneficio eius quem te uidere indulget diuina clementia. Hæc sanctus euangelista noster breuiter conscripsit dicens. Responsum acceperat Simeon a spiritu sancto non uisurum se mortem nisi uideret Christum domini/ quasi dicat. Quia Simeon pro iustitia mortem sibi a deo supplicauerat/ responsum est illi quod libenter accepit/ se non moriturũ nisi uideret Christum domini. Hoc tamen cito futurum eum non latuit: sua ætate exterius/ & spiritu sancto interius admonẽte. Cum igitur ardentissima promissum expectatione maturari p̃stolaretur/ desiderata affulsit dies qua dominus Iesus a parentibus ferebatur ad templum. Tũc qui Simeoni promiserat deus/ promissum tempus impletum esse monstrauit/ dicẽs illi o Simeon/ dies illuxit qua promissa tibi a me plene præstentur. Natus est rex messias: natus est inq̃ rex Israel: natus est saluator tuus: patrumq; tuorum liberator: a cuius natiuitate quoniam quadragesimus hodie dies agitur/ scito quoniam pro meæ legis obseruãtia/ iuxta consuetudinem legis/ a parentibus hodie in templo præsentabitur. Perge igitur ad templum ut illum uideas: perge plusq̃ promiserim accepturus. Non modo uidere talem ac tantum puerum tibi concedo/ sed amplexandum atq; gestãdum inter ulnas eũ habere te facio. Videbis uenustissimã puellam uirginei floris specimen p̃ferentem/ infantulum inter brachia ferre speciosissimum pauperibus q̃dem inuolutũ pannis sed eo uenustiorem quoniam matrem & filium natura & gratia non fortuna

decorat:non uestes eius auro distinctæ:non gemmæ collo pẽdentes:nõ anuli digitos circumplexi/spectantium oculos in se conuertent:sed grauis incessu mater/faciei maiestate ueneranda:sed hilaris infans/& suauitatis & serenitatis plena utriusq; indoles/obuiantium ora/& cogitatus occupabit. Videbis cum matre maritũ/uirum grauem & aspectu uenerandum/matrem simul & patrem cum summa modestia tam lætos:tã hilares:tam faustos/ut eorum paupertatem nemo aspernari possit. Omnes maiestatem admirari cogantur. Matri Maria nomẽ est: patri Ioseph: filio Iesus: uere Iesus: quia te & omnes iustitiam sitiẽtes/saluare uenit & satiare. Hos ut aduentare uidebis/obuius ito ad limina templi. Illic nomina ab eis percunctatus & edoctus filium de manu matris: filium inq̃ regem & saluatorem tuum inter ulnas accipito/& ad altare usq; de-
Q ferto: inde matri offerendum tradito. Hic est spiritus quem loquit᷑ euãgelista cum dicit. Et uenit in spiritu edoctus omnia per quæ cognosceret saluatorem. Et uenit in spiritu obedientiæ/pietatis sanctæq; lætitiæ. Et uenit in spiritu charitatis ardentissimæ/spei solidæ/fideiq; constantissimæ. Mox experimento assecuturus quod spiritu iam fuerat consecutus. His rebus a spiritu sancto: & in suo spiritu Simeon instructus/ad templum grandæuus properat/Mente & oculis qui ingrediantur attentissime examinat: liminibus instãs: aduentare uidet Mariam & Ioseph: aspectu longe præstantiores q̃ concipere potuisset. Ioseph qui per omnem uiam puerum fortasse gestauerat: templi iam liminibus propior: dulcissimæ matri filium restituit: ut pro more cum suo partu puerpera coram
R domino se præsentet: & maritus matrẽ simul ac filium offerat. Vt primũ infantis formam Simeon uidere promeruit: admiratus tantam indolis elegantiam: quæ tenues pannos: pauperesq; fascias honestabat: & maiestate plenas ostendebat: secum dicit. Nempe hic uere est quem me spiritus sanctus edocuit. Intrantem matrem cum filio & marito ueneratur: salutat: & dare nomina supplex rogat. Respondet maritus. Ioseph mihi nomen est: uxori Maria: filio Iesus. Seni inter has uoces prægaudio oboriuntur lachrimæ: & cum ueneratione quanta potest maxima: lætitiam præferens: matrem sic supplex affatur. Comple sancta mater desiderium meum: cede diuino cõsilio: ne me fraudes munere patris æterni. Ille me misit filium tuum usq; ad altare pro te deferre. Fac quæso me compotẽ uoti mei: decretiq; summi dei executorem fieri ne prohibeas. Sic sancta uirgo filium sácto seni porrigit: & ipse qui adhoc uenerat accepit eum: quem uirgo mater gestauerat ad fores. Eum quem ipse uidere & tangere tanta deuotione affectauerat. In ulnas suas: o quanta qualisq; est ho-

die lætitia seni Simeoni: non filium uel nepotem proprium tenet: amplectitur: osculatur: & gestat (quod tamen senibus solet eē dulcissimū) non baculum senectutis suæ tenere se gaudet: sed renouatorem iuuentutis: sed saluatorem liberatoremq; animæ simul & corporis sui: & omniū progenitorum suorū redemptorem: pastorem & ducem: regem regum: & dominum maiestatis: patrem & fratrem creatorem suū. Ita benedixit deum: immortales illi gratias de tanto munere agens: habensq; maiores q̄ animo capere possit. Gratias inquit ago tibi dn̄e deus pater: qui ætate mea filium tuū pro totius plæbis Israel salute mittere in carnem dignatus es: & me illum uidere: tangere: tenere: & portare tribuisti. Gratias etiam ago tibi domine deus dulcissime filii: qui infantiam tuam meis oculis non denegasti. Gratias ago q; me senem: & annis inutilem baiulum non es aspnatus habere. Tu me creasti: & ab infantia substentas assidue: & meis brachiis portari substines? Quanta me pie Iesu: deus meus: creator meus: redemptor meus: quanta me gloria donas? q; portem te regē regum: cui incuruabitur omne genu: cœlestium: terrestriū: & infernoꝝ. Gratias ago tibi deus spiritus sanctus: qui uirgini matri quasi umbram faciens: tibi coæterni: & consubstantialis dei filii incarnationem operatus es: uiuente adhuc me in fragili carne: & incarnatum illum ut uiderē me senio fractum confortasti & confouisti: qui me accedere ad templū: & illi obuiū fieri in spiritu monuisti. Gratias o sācta trinitas unus deus: quia nūc te plene possideo: & totum inter brachia teneo deum meum. Quid unq̄ pro munere tanto bone deus uniuersus mundus tibi psoluere possit? Quid ego senex: annis onustus & debilis: exaustus angustiis retribuam domino: pro omnibus quæ retribuit mihi? Scio q̄d faciā. Quoniā soluere nō possum: libens ultra uires debebo perpetuo: & nedum spontaneus debitor ero: sed debitū deuotus augeri studebo. Mihi nanq; adherere deo bonum est: Quoniam non frustra me sibi gerulū in sua p̄ntatione constituit. Ponam in eo oēm spem meam: qui semper est uerax: qui promissa mihi copiosissime adimpleuit maiori iam ex parte. Pauca quæ restant perficiet sine dubio.

Simeonis cantici expositio & primus attestationis & commendationis articulus.

Taq; nunc dimittis seruū tuū dn̄e: secundū uerbū tuum in pace. Bona spe plenus & expectationis suæ fructū aspiciēs præsenti uerbo (more pphetico) utitur pro futuro dicens quasi o domine: hoc solum restat: ut me de præsenti sæculo neq̄ eripias: membris senilibus quietē dones. Et ut ad patres meos ire me iubeas. Secundum

uerbum tuum/secundũ quod/tu mihi promisisti: secundum decretum beneplaciti tui (quod semper impletur) In pace me ire nunc dñe dimittis. Sed in qua pace o Simeon? Secundum uerbũ tuum domine. Quale uerbum o senex? Dic si mente tenes/ Secundum imperiale decretũ tuum: quod in tua natiuitate dulcissime puer/ & deus oipotens uoce præconia per sanctos angelos tuos edixisti. Qua nocte cateruatim per aera cantarunt. Gloria inexcelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. In hac pace bonæ uolũtatis dimitte me. Zelaui hactenus super iniquitate pacem peccatorum uidens. Vidi nanq; Herodianas paces: idumeos. s. conspirantes in malum ad euertendã libertatẽ ciuitatis tuæ. Vidi romanam pacem: romanos p̃sides: romanoq; militum cohortes: concordes in malum nostrum: rapinis & cædibus exhaurire populum tuũ. Vidi põtificum: scribaq;: pharisaeorum: saduceorũ: seniorum: & populi pacem iniquã: unanimemq; factionẽ: ad uiolãda præcepta legis tuæ: & cerimonias contaminandas. Fac me procul a taliũ pace. Iunge me hominibus bonæ uoluntatis: patriarchis: prophetis: sanctis iudicibus: piis pontificibus: religiosis sacerdotibus: & iustis regibus: quos ideo seruas ut ad regna cœlorum in superna Hierusalẽ cito reducas. Ad illos me nunc dimittis: ut pacis eoq; particeps fiam: & nuncius certus eorum liberationis instantis accedã ad illos. Habes hic primũ attestationis articulũ: in quo Simeon dñm Iesum Christũ esse deum omnipotentẽ: necis uitæq; datorem prædicat. Quando ab illo dimitti possit e uita: a quo se in uita sustentatum plene nouit. Habes & primã cõmendationem Iesu: quando pacis ueræ: paruulũ Iesum uerũ deum bonæ uoluntatis hominibus audis esse datorem. Habes pueri præsentati quale sit officium: pacẽ. s. dare sicut & fecit: docens discipulos pacẽ ubiq; gentium ante oia nunciare.

Attestationis & cõmendationis secundus articulus.

Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ. Cur exaudiri debeat iustus senex & timoratus: cur se exauditum existimet: & dimitti iã p̃dicet: rationẽ reddit. Beneficentiæ hæc est lex: hæc uis: ista natura: ut cui semel bñfecerit: semp magis prodesse nitatur: quasi. n. pr̃ filium: artifex opus suũ: sic bñficus præstitum munus nouo bñficio augere & conseruare satagit semp. Est præterea magnanimi maxime flecti suo munere recensito. Fit. n. (nescio quomodo) ut se illi subicientẽ magis: magis cupiat eleuare. Cũ uero se quis in eum erigit: uel opponit eidẽ: magis deprimere & p̃pellere studeat. Ineptissimi itaq; sunt homines: uereq; retrogradi: qui ut a bene de se meritis aliquid assequantur: præstita quãdoq; illis obsequia cõmemorare seriose nituntur. Hi pro nouo beneficio, quod

cio/quod expectant debere gratias cum maxime debeant:iam psoluisse ex parte demonstrant:& quem accendere deberent ad exibēdum suūq; opus augendum/retundunt alieno beneficio indignum aliquando fuisse:uel indigere posse monstrantes:q; magnanimus sentit inuitus:qui spontaneas habere gratias promptus est:non extortas. Fallūtur isti qm̄ liberalitatis magnificentiæ & magnanimitatis nō intelligūt rationē. Et qm̄ ipsi per oīa mercēnarii sūt:sui ipsorum gratia omnia faciētes:idem alios facturos semper existimant. Vnde non tam dare beneficium noue runt:q̄ mutuare aut uendere. Non sic liberales:non sic magnifici:nō sic magnanimi agunt. Dant oēs beneficium ut dederint:non ut recipiant: & copiosissima illis merces est bene dedisse:fœlices abūdanter:q; sua sor te bene utendi occasionem sint assecuti. Magnanimus autem non plus querit:q̄ ut magna:&(si possit)incompensabilia fecisse uideatur. Non igitur retributionem hi omnes expectant:sed cumulum meriti augere sunt præsto. Hac ratione in suæ humilitatis:immo sublimitatis cantico:sancta mater domini cum iubilatione dicit Helisabet. Fecit mihi do minus magna qui potens est & sanctū nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quasi dicat:quia in me fecit magna:maiora faciet per suam misericordiā in oēs generationes. Qm̄ magna quæ mihi fecit pro omnium hominum salute fecit. Hac ratiōe iustus Simeon animæ suæ de corporis mole:ac molestia temporum liberationem obtinuisse uideri uult. Ingentissimum mihi promittere du dum dignatus es munus domine deus:uidere.s.in carne salutare tuum illud hodie copiosissime præstitisti: Vidi:palpaui:& teneo. Præstes nunc tuæ promissionis reliquū. Dimitte me in pace hoīum bonæ uoluntatis. Ita domine beneficium tuum augebis in me. Quia uiderūt oculi mei salutare tuum:quia salutem eius experior in me ipso. Salutis nūcius ibo ad patres meos:qui illam in sinu Abrææ magna deuotione tam diu expectauerunt. Habemus hic secūdam a Simeone cōmendationem & attestationem. Cōmendat(ut monstrauimus)domini Iesu liberalitatem magnificentiā:& magnanimitatem in beneficiis dispensandis. Quia pro beneficio beneficiū donet:Cōmendat pñtatum. Quia illū dicit salutare dei:Cōmendat præsentantes:qui talē filium adducūt in tēplum. Attestantur hæc ueritati secundi articuli in symbolo apostolico positi scilicet Iesum Christum uirginis matris filium:filium esse dei pris omnipotentis:& dominum nostrum. Quid.n.est dicere. Viderunt oculi mei salutare tuum. Quid inquam uiderunt oculi tui o Simeon?Christum natū quem in ulnis teneo. Et quomodo est salutare dei dominus

Iesus Christus? Quia in ipso tota diuinitas continetur. Quæ sua uirtute omnia efficit: saluat & seruat: nulla enim pereũt/sed mutantur in melius uniuersa. Quia suæ obedientiæ & patientiæ merito/saluaturus est
A infantulus iste genus humanum/ac suo creatori restituturus. Sicut nempe regii ductor exercitus/dux regis appellatur: non quia regẽ ducat: sed quia ad regem ducit: & regis exercitũ pro rege moderetur. Ita dixisse uoluit senex sapientissimus Simeon dominum Iesum Christum salutare dei/non quia deum seruet a malo: sed quia dei auctoritatem per essentiam continens/dei exercitum/animas iustorum/saluti restituit & gloriæ sempiternæ. Secundum igitur Simeonis testimonium pauculis uerbis apostolorum traditionem confirmat dominum.s. Iesum christũ esse dei & hominis filium saluatorem nostrum ut in secundo symboli apostolici articulo prædicatur.

Dominum Iesum Christum esse oĩum hoĩum redẽptorem.

Quod parasti ante faciem omnium populoꝝ. Quia secundus attestationis & cõmendationis articulus a Simeone iã habitus/omnium articulorũ ad repationem humani generis/basis est & fundamẽtum/ideo Simeon illud magis explanat/affirmans Christum omnium hominum eẽ redemptorem. Dixerat salutare tuum. Potuisset quis credere dñm Iesum Christum unum populum tantum saluare uenisse. Sicut Moyses: Sicut Iosue: qui salutẽ gentis hebreæ dei uirtute operati sunt. Non sic res se habet. Salutare tuum: quod hodie me uidere fecisti: quod in templo præsentari uoluisti: quod in manibus teneo/non unum tantum populum saluare misisti. Parasti illud ante faciem omni-
B um populorũ. Quid sibi uult hoc? Quod ante faciem est omniũ populorum præparatum/populos omnes antecedere necesse est dum incedunt. Non est ergo dñs Iesus Christus unius populi ductor aut dux: sed omnium populorum. Quia ante omnium populorum faciem a deo (teste Simeone) paratus est. Rursus salutem ante faciem uel saluatorẽ ducem parauit nobis pr̃ omnipotens: ut illũ attentis mentis oculis semper aspiciamus: ut uexillum crucis & stigmata domini Iesu Christi: cum Paulo semper in corpore ante portemus: ut tollamus crucem nostram: & crucifixum semper: & ubiq; sequamur. Ante faciem dicit Simeon salutare paratum. Attende quid dicat. Cur post terga tu reiicis illud? Cur diuertis ab eo & illud sequi non uis? Non est culpa ducis si miles pereat: qui ordinem sequi recusat. Non est pastori imputandum q̃ ouem deuiam lupus occidat: & deuoret. Oues pastorẽ sequũtur: uocẽ eius audiũt: uestigia seruant. Milites pro sacramento militari duci semper obediunt.

Signum

Signum in quo ducis auctoritas/& uoluntas elucet: sequuntur: tuentur: nunq̃ deserunt. Audite Simeonem. Salutare suum/parauit deus ante faciem oĩum populorum. Vis esse de populo dei? Attende eius salutare: sequere illud: sequere dulcissimum dominum Iesum Christum: qui suã infantiam pro te deo offert in templo: iuuẽtutem in cruce: exanime corpus in sepulchro: animam in inferis: gloriosusq; ascendit ad patrem. Sequere tu illum per hos gradus. Esto ab infantia domino consecratus: iuuẽtutis impetus & ardores uirtutum norma quasi/cruce castigata: mortifica in continentiam parsimonia uictus: cogita damnatorum pœnam: resurgentiũq; iustorum fœlicitatem. Sic ante faciem habebis salutare illud: quod parauit deus ante faciem omnium populorum.

Dominum Iesum Christum esse omnium hominum fœlicitatis auctorem & fontem.

Vmen ad reuelationem gentium: & gloriam plæbis tuæ israel.

1 Hebreorum gens ab initio unam quasi religiõem professa per Moysen uno cultu: unaq; uiuendi formula: suam seruabat pristinam unitatem. Postea uero q̃ decẽ tribus cum dimidia: Hieroboam sibi regem præfecerunt: & Roboam filius Salomõis super integra tribu Iuda: dimidiaq; in tribu Beniamin auitum tenuit regnum diuisa gens in duo regna binomia facta est. Maior nanq; tribuũ numerus israelite dicti sunt: iudei reliqui sunt appellati. Q uare cum dixisset Simeon dominum Iesum Christum lumen omnium populorum: ne tantum hebreis in populos uarios iam diuisis dixisse uideretur salutare dei fuisse præparatum: ne inq̃ duodecim tantum tribus israel sub nomine omnium populorum tam salutari remedio potiture crederetur adiecit. Lumen ad reuelationem gentium. s. ut gẽtium populis salutare hoc etiam paratũ agnosceremus: iuxta Esaiæ uaticinium. Gentium populus qui ambulabat in tenebris idolatriæ: uidit lucem magnam. Ambulantibus in regione umbræ mortis: per suam infidelitatem. Lux fidei nascente dño Iesu Christo orta est eis. Luminis est: colorata omnia suo beneficio reddere uisibilia. Et omnis oculus beneficio proprio fungitur officio: cuius sine lumine facultatem habet: operationem habere non potest. Ideo dicit rex & propheta Dauit: in lumine tuo uidebimus lumen. Has rationes dixit Ioannes euangelista de domino saluatore. Erat lux uera quæ illuminat oẽm hominem uenientem in hunc mundum. Salutare igitur paratum ante faciem omnium populorum: Lumen est testimonio Simeonis: ut qui uolunt per eum uideant. Q uare cum dicere audiuimus. Ad reuelationem gentiũ: ne credamus gentes aliquas fuisse manifestandas quæ tunc

usqꝫ cognitæ non fuissent: sed uniuersas gentes: quæ usqꝫ ad uerbi incarnationem deũ non nouerant: per eius doctrinam & uitam fidem accæpturas intelligamus: per quam illis dei gloria hic in speculo ostenditur: & in futuro secundum propriam substantiam condonatur. Copiose igitur testificatur: & cõmendat Simeon præsentationis gloriam dñ præsentatum monstrat esse nostræ salutis: beatæ inq̃ uisionis & fruitionis cãm facientem & conseruantẽ in oibus gẽtibus: dei notitiam & amorẽ: sicut lumen uel lux uisionem in oculo efficit: & conseruat. Hoc est quod di-
E xit dominus Iesus christus. Ego sum uia/ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me: hoc est quod dicit. Sine me nihil potestis facere. Cũ ipse dominus Iesus Christus uia sit per spem: ueritas per fidem: uita per charitatem appræhendenda & retinenda.

De sufficientia & efficatia meritorum dñi Iesu christi.

e T gloriam plæbis tuæ Israel. Nec lucis/nec luminis culpa est si ambulando quisq̃ aberret. Vt Simeon demõstraret dominum Iesum christum sufficere quidẽ ad salutem oĩum gentium: nõ tamen oẽs saluos facere. Quia lucis beneficio bene uti pleriqꝫ recusant/ ut oñderet aliter iustis/aliter iniustis domini Iesu christi lucere fulgorẽ: ut declararet dominũ Iesum christũ sufficienter oibus homibus salutis gratiam meruisse: sed efficaciter tantum pro electis illam obtinuisse/adie-
F cit. Et gloriam plæbis tuæ israel. Quem sensum idẽ ipse Simeon parũ infra aperte declarat dicẽs. Ecce positus est hic in ruinam: & repationem multorum in israel: & insignũ cui contradicetur. Audite quid præsagiat propheta Simeon. Hic quem dixi salutare dei: hic quẽ dixi lumen eẽ ad reuelandam gentibus ueritatẽ: hic quẽ dixi impetraturũ gloriæ premiũ plæbi israel. Positus est in ruinã multorũ: non sui ipsius culpa: sed eorũ malitia/qui bono eius lumine bene uti recusabunt. Tales salutare remedium sibi ipsis facient esse mortiferũ. Quod quale sit/saluator exponit dicens. Si non uenissem & eis locutus nõ fuissem/peccatũ non haberẽt. Nunc aũt excusationẽ non habent de peccato suo. Qm̃ me uiderunt: & audierunt: & odio gratis. i. nulla causa sed spõtanea iniquitate me habuerunt. Talibus positus est in ruinã. Aliis autẽ quibus cedet ad æternã gloriam/positus est in reparationẽ. Quia beneficio lucis ueritatis quã fides per illum prædicanda monstrabit: spes inconcussa tenebit: charitas operabitur/de uirtute in uirtutem eos ire faciet/& uidere præstabit deũ deorum in syon.

Solutio

Solutio difficultatis quæ uidetur esse in dictis Simeonis.

Ed quomodo Simeon sibi ipsi cõsentiat/qui dixit. Et gloriam plebis tuæ israel:ut pro israelitis efficaciter ostenderet dominũ Iesum Christum gloriam salutis operatum. Et paulo post.hic positus est(inquit)in ruinam & in reparationẽ multorum in israel.Nõ enim assequentur salutem in quorum ruinam positus est Christus. Si hoc loco sapientis senis uerba pensabimus/aperte constabit nullam in eius attestatione uel cõmendatione inueniri dissonantiam. Non enim omnis israelita dei plebs est. Hoc intelligens Paulus dicebat. Quicũq; hanc regulam secuti fuerint pax super illos & super israel dei.Non israel tantum/sed dei dixit.Cur sic loqueris Paule?Quia teste Ioanne Baptista.Potens est deus de lapidibus his.i.de hominibus obstinatis & obduratis ut lapis suscitare filios Abrahæ.Non.n.qui tantum in aperto circũcisus:& qui uocis professione iudeus:iustus est:sed qui in corde circũcisionem tenet.Dixit prius Simeon gloriam plebis tuæ israel.i.uere israelitarum:qui spiritus circuncisione blebis domini sunt.Postea dixit.Positus est hic in ruinam/& in repationẽ multorum in israel.Non tuorum adiecit:sed israel tantum dixit.Vt intelligas quoniam apud deũ non est personarum acceptatio:nam idem deus omnium diues in omnes qui inuocant illum.Neq; est apud illum distinctio iudei & græci/cuius qui fecerit uoluntatem:ille eius frater & soror & mater est.Non igitur contraria loquitur Simeon:sed sibi inuicem cõcinentia/& gẽtes omnes bona spe complentia.Quando eis positum dicit salutare lumen/ad gloriam assequendam fœlicitatis æternæ. Si dum hic uiuunt numerari in plebe dei israelitica studeant per adoptionis gratiam:quam nos assequi pstet pius Iesus hodie pro nobis præsentatus in templo. Amen.



PRO PALMARVM ET OLIVARVM SOLENNITATE DE ACCESSV DOMINI IESV AD PATIENDVM TRACTATVS SIVE SERMO QVI CHORDA SEXTA.

SANNA FILIO DAVIT BENEDICTVS QVI uenit in noīe domini.Matthei.xxi.Dn̄m Iesum Christum Hierosolimam aduentātem:& in forma serui uectum asello:ad crucis pœnam sponte subeundā accedentē:Turbæ populoꝝ magni Dauit filiū cōfessæ sunt:ac honore mistico coluerunt:quo illū clem ētissimum:iustissimū:& fortissimū ac penitus insupabilē ōnderunt.Quid enim oliuaꝝ rami:nisi misericordiæ lenitatē:& fomentū iustitiæ ōndere potuerunt?Q m̄ de oliua exprimitur oleū:quod uulneribus & liuoribus leniēdis:atq; curandis accōmodatum est:& quasi pabulū fulgoris dum lumen seruat & tenebras fugat.Quid porro:palmarum surculis nisi apertā uictoriam præferunt?Quando palmarum foliis uictores coronauit antiquitas:& palmarum fructus ori suauissimus est:maximeq; inter arborum fructus nutrire putatur:in uno dulcedinem uictoriæ:in altero eius utilitatem aperte prætēdens:quæ & uictoribus ducibus suauissima est:& illis pastum securitatis adducit.Non satis igitur beatis illis uisum est turbis saluatorem cum gaudio excipere:nisi per oliuarum & palmarum ramos:cur id agerent demonstrarent.Hoc ipsum uero turbarum gaudiū:hunc applausum:hac die sibi fieri constituit dei uirtus & sapientia Christus:ut mostraret se ad crucis tormenta pro nobis spōte accedere subeunda.Poterat nempe hierosolimam non redire de Effren: quo se contulerat:ut usq; ad præfinitum tempus rabiem illic pharisaicā declinare.Poterat apud Lazarum in Bethania permanere:sed quia agonis consumandi tempus aduentabat:locū certaminis animo plenus insuperabilis atleta noster adire constituit:& adiuit.Ne quid uero inuitus uideretur esse passurus ingenti fauore turbarum in uia excipi uoluit:& in ciuitatem usq; cum plausu & laudum præconio sociari:ut si uellet p hierosolimitas homines atq; iudeos qui ad diem festū de uniuersa prouincia conuenerant se tutum ab iniuria conseruare:factu ostenderet id esse facillimum.Erat.n.consentaneum quem turbæ ingentes exterrorū hominum & aboriginarum tanto studio in itinere exceperant:laudauerant:honorauerant a paucorum inuidorum iniuria si iuberet:si permitteret:illæ ipsæ turbæ tutarentur.Sancta igitur mater ecclesia postq̄ illum a parentibus oblatum in templo solēniter celebrauit:nūc q; sexta ab hac

luce die ipsius saluatoris crucem & mortem durissimam per quam se ipsum obtulit hostiā uiuam recolere instituit: eius ad patiendum hierosolimam aduentū hodie magna ratione cōmemorat: & solēni pompa repręsentat/dum oliuarū & palmaꝝ ramos benedicit: ac populis fidelium circūgestādos ante missarū solēnia deuote distribuit. Quatenus & nos passuro domino Iesu Christo piarum instar turbaꝝ ubi obuiam cū plausu processerimus/pœnarū dolorum ac mortis eius seriem pio corde audiamus: & mente indefessa teneamus. De hoc igitur saluatoris ad patiendum accessu/matrem nostram sanctam catholicam ecclesiam imitando orationē habiturus: declarabo imprimis illum fuisse spontaneū: dehinc humilitate conditum/tandem uero gloria plenum. Non discedam aūt inter agendum a Mathei euangelistæ narratione/Pauliue doctrina/qui doctor gentium habitus est. Matheus nempe in prima euangelii parte: quā in palmarū seu oliuaꝝ bñdictiōe audiuimus: spōtaneū indicat dñi saluatoris ad patiēdū accessum: ubi antecedere discipulos & asinū adducere iussos narrat: humilem illum ipsum accessum fuisse post hæc aperit ubi super asinum dominum Iesum sedisse cōmemorat. Gloriosum insuper ostendit: dum turbas adducit alta uoce clamantes osanna &c.

Quæ inuoluntaria dici possunt aut ignoranter fieri aut uiolenter.

T plenius cōstet quod primo loco declarare promisimus/dñm scilicet Iesum Christum sponte ad crucis subeūnda supplicia/ciuitatem in qua passurus erat adiisse: est operæpretium intelligere illud esse spontaneum: quod a uoluntate libera dignoscitur prouenire. duo aūt sunt quæ singula libertatē ipediunt. Quandoquidē si adessent ambo/minime id agerent hoīes: quod per alterutrius præsentiam ultro fecisse sæpe uidentur. Horum alterum in nobis est: & penitus a nobis: Alterū in nobis est quidem: sed nō a nobis. Quod in nobis & a nobis est: ignorantiā dicimus secundum quam aliquid operamur. Vt si me credam inter fruticeta latentem feram sagittam petere/cum in illis homo se condiderit/quem sagitta percussi non spōte percussi: hominem enim percutere non putaui/& nolui: sed feram. Si credam sitienti salubre poculum tradere: & quod trado me penitus nesciēte ueneno mortifero sit infectū/nolens & nō spōtaneus ueneno hoīem pimo: cui potū dare uolui/ut sitim in eo extinguerē: non ut illi uitā auferrem. Sunt innumera exempla/quibus plane constat nos non sponte opari/q̄uis uoluerimus opus fieri/ignorante animo in quē fieret: uel aliud agere se putante. Dicunt hæc præter intentionē hoium opa iuolūtaria p ignorantiā. Quia q̄uis a uoluntate procedant: spōte tamen facta dici nullatenus possunt: nisi uoluntas

nisi uoluntas ipsam ignorãtiam sibi asciuerit: aut scientiam illius rei habere neglexerit: quam per legem scire debuerat. Sed de his alias. Hic satis fuerit accepisse quomodo ignorantia opus ab homine uolente peractum/non spontaneum reddere possit. Illud uero quod in nobis esse dixi: sed non a nobis nasci: unde non spontanei aliquid operamur/illata uis: siue uiolentia nũcupatur. Vt si ligatum aliquem hominem sequi nolentem/in carcerem trahas: aut ferri iubeas: & per uerbera aut minas ire compellas: uadit ille quidem sed non spontaneus: quoniam te cogente ire cõpellitur. Si item homo de alto præcipitatus super alium cadat: eũq; mutilet uel occidat: nõ spõtaneus homicida, neq; reus necis habebitur. Hæc autem uis cadẽti illata: fit quidẽ in illo: fit uero ab alio q̃ a se: fitq; se nolente. Itaq; quod est per uiolentiam inuoluntarium: semper a potentiori nascitur: & debiliori imprimitur resistenti. Quod uero est per ignorantiam nolitum: totum ab operante procedit: & in illo manere dignoscitur. Hinc est q̧ minus uolũtaria/magisq; inuoluntaria dicuntur/quæ agere compellimur/q̃ quæ ignorantes operamur. Quoniã ad uiolenta uoluntas operantis minus uidetur accedere q̃ ad ignota: & uoluntas sibi ipsi sæpe efficit ignorãtiam quam debet/& potest habere/recusat acquirere, ut ethicorum libros Ari. declarantes aperte mõstrauimus. Vim autem sibi ipsi nemo facere dicitur: & sibi aliunde uiolentiam aliquem sponte conquirere credi non debet. Non enim esset per uiolentiã operatum quod nolentem uis maior facere compulisset. Vnde carnificẽ uoluntarium/necare hominẽ sponte dicimus: q̃uis lege iubẽte: aut potẽtiori decernente, illum interficiat. Itaq; non omnis impulsus, uiolẽtiam adducit: sed ille tantum qui uolũtatem agentis aperte cohartat: qui inq̃ debilius agens impellendo inuitum operari compellit.

Dominum Iesum ex operibus ostendisse se non ignorauisse ad quid accederet palmarum die.

Vm appropinquaret Iesus Hierosolimam: & uenisset Bethfage ad montem oliueti: mittens duos ex discipulis dixit eis. Ite in castellum quod contra uos est: & inuenietis asinam alligatã & pullum cum ea. Dominum Iesum non ignorauisse quæ in Hierusalem passurus erat plene testantur loci ratio in quo se firmauit/discipulorum missio ad uehenda iumenta ut mõstrabo, a loci nomine incipiendo/Bethfage iuxta Hieronymum nomen est siruni/non hebrẹum: Significat autem inter cætera domus oris uallium. Erat Bethfage p̃dium sacerdotum: ubi pontifices ac sacerdotes altari proxime inseruituri/continebant se aliquot dies ab uxoribus/& curis sæcularibus sequestratos:

quo etiam qui ministerii sui tempus impleuerant: diuertebant: tanto tẽpore illic curis familiaribus uacui quieturi quanto pro adeundo officio quieuissent. Itaq̧ ministraturi & qui iam ministrarant in templo: Bethfage se prædio per uices uel recreabant: uel mundabant: uel mundi durabant ab uxoribus: a prophanis uiciis: ac curis domesticis penitus sequestrati. Erat hæc uilla (ut colligere ex multis potui) in dorso montis olíueti: unde ex Bethania Hierusalem euntium oculis primo se ciuitas offerebat: mille ab urbe passus distans: in primo ore duarum uallium, uidelicet uallis Iosaphat: & uallis Siloæ posita. Ita ex natura situs sira lingua nomen accæperat. Quoniam ab eo montis uertice in quo constructa

R fuerat/duæ quas diximus ualles deriuabant. Duæ hæ ualles quid sibi uelint attendite. Siloe missus interpretatur. Erant in ea ualle natatoria ubi cæcus natus lauari a saluatore iussus/lumen accæpit. Iesus igitur qui se missum nouerat illuminare his q in tenebris & umbra mortis sedent: nunc q̧ Hierusalem uadit, ut luto & improperio passionis per sacramenta ecclesiæ/illuminet oculos nostros/ubi melius q̃ in principio uallis Siloæ huius itineris gloriam debuit inchoare? Altera uallis Iosaphat nuncupatur: quod nomen dicit Hieronymus significare domini iudicium: aut dominus iudicabit. Vadit nunc dominus iudicari: ut iudicet mundum. Vadit uelari oculos: ut uelamen ignorantiæ de mentibus hominum auferat. Vadit ergo de principio uallis Siloæ tanq̃ missus ad redimendum & illuminandum. Vadit de capite uallis Iosaphat: quia iudicari uadit/& quos redemit pro meritis iudicare ueniet ac segregare/sicut pastor segregat oues ab hædis. Sunt etiam hæ duæ ualles sinagoga & ecclesia. Vadit igitur de capite uallis Siloæ/ut missus ad lauandum homines a peccato/sinagogam si modo lauari uelit/lauet & illuminet. Si nolit/uadit de capite uallis Iosaphat/ut illam damnet. Insuper ut iudicandi potestatem ecclesiæ tribuat/unde peccata lauentur & corrigantur de utriusq̧ uallis capite/cum plausu turbarum ad patiendum incedit: superbam sinagogam missam faciens/ecclesiam uero constituens. Vnde retinet ista iudicãdi facultatem: illa obcæcata malitia sua/omne iudicium perdit. Ad montem olíueti/in quo per misericordiæ lenitatem fundatur ecclesia. Hinc mittens duos ex discipulis suis dixit eis: ite in castellum quod contra uos est. Cur Hierusalem castellum dixerit cum esset ciuitas regia/causa fuit ciuium proterua seditio/ut scilicet mõstraret studia habitantium se plene nouisse. Et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. Statim dicit inuenietis ad futurorum scientiæ certitudinem ostendendam/Non enim quæ inuenturi sint tantũ: sed quando

& quomodo

& quomodo: & quo loco declarauit. Statim enim. i. ad primum ingressum ciuitatis: ut narrat Lucas iumenta parata & instrata inuenerũt: quæ dicens statim/futura denotauit. Qui igitur loci unde mittit/& missionis mystica significatione quid ageret indicauit/ea per quæ significata complebat: ignorauisse credi nullatenus potest. Per crucis uero patibulum lauat & iudicat. Sciuit ergo & scire monstrauit/se ad passionem crucis accedere.

Dominum Iesum Christum non coactum accessisse Hierusalem instante passionis tempore.

Soluite & adducite mihi. Si quis uobis aliquid dixerit: dicite qa dominus his opus habet: & confestim dimittẽt. Vis uidere nõ arctari dominum Iesum Christum/ut Hierusalem ad crucem subeundam inuitum se transferat/dominus est: agit ex imperio: dicit & fiunt quæ decernit. Sola enim uolũtate facit omnia. Soluite & adducite mihi. Quid ita? Nimirum quia dominus his opus habet/ideo confestim dimittet eos pro libera oportunitate: non pro coacta necessitate usurus est illis. Non ergo accedit coactus qui iumenta quibus uehatur solui iubet & adduci & domino quoq; iumentorum ne prohibeat interdicit. Sed quia Lucas & Marcus de solo pullo scripsisse leguntur: studẽt impii hoc loco euangelistarum dissonantiam increpare. Neq; mirũ quia non uident Marcum & Lucam scribere tantum id iumentũ quo uectus est Christus. Mathęum uero quæ sunt adducta uel adduci iussa narrare. Adducta sunt duo iumẽta/asina. s. & pullus eius: ut scribit Mathęus. Aduectus est ergo pullus: super quo sedit (ut referunt Lucas & Marcus) nõ tamen solus: sicut neq; duo illi euangelistæ solum pullum aduectũ posteris tradiderunt/Instãt iterum cauillatores redargutiõem de asinis hic non posse uitari/quoniam Mathęus pro implẽda prophetia dominum Iesum christum super asinam sedisse scribit/dum dicit. Hoc autem totũ factum est: ut impleretur quod dictũ est per prophetam dicentem. Dicite filiæ syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus/sedens super asinam: & pullum filium subiugalis. Si super asinam sedit: non ergo effugiunt redargutionem: qui super pullum asinæ illum sedisse litteris mandauerunt. Sed propheta sibi ipsi respondens: his nimium curiosis cauillatoribus satisfaciat. Audite Zacbariam. Exulta satis filia Syon: iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator: ipse paup & ascendẽs super asinã: & super pullũ filiũ asinæ. Duo iumenta pro christi pauptate mõstranda noiat hic ꝓpheta/asinã & pullum: & cũ dixisset illũ ascendere sup asinã: quomodo hoc uelit intelligi mox exponit: & pullũ

dicens/& pro idest accipiendo. Quem sensum non a me haberi uelim: sed ab illo qui de sacro dñici pectoris fonte ueritate plenus scripsit euangelium/Qui uidit & testimonium perhibuit: & unus hæc ipsa iumenta ad Iesum adducentium fuit: & prophetæ intellectum a spiritu sancto suscepit. Hunc audite Ioannem dico euangelistam/Et inuenit Iesus asellum: & sedit super eum sicut scriptũ est. Noli timere filia Syon. Ecce rex tuus uenit super pullum asinæ. Quod ergo dixit Zacharias sedens super asinam & super pullum asinæ:tãti interpretis auctoritate ita debet intelligi ut copula/&/declarationis nota sit: non sensus adiectio. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præceperat illis Iesus. Qui præcepit nempe libere egit. Nemo.n.inuitus præcipere dictus est unq̃: sed parere. Fecerunt sicut præceperat/quia inuenerunt sicut dixerat. Dixerat autem sicut
T præuiderat: & præuiderat quod fieri ipse decreuerat. Ita de sua uolũtate sciẽtia pendebat: quæ ideo erat certissima quia nihil certius scimus: nihil libentius facimus/q̃ quod sola uoluntate complemus.

De humili accessu domini Iesu ad patiendum.

T adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos ue-
e stimenta sua: & eum desuper sedere fecerunt. Humilitatẽ Iesu in hoc itinere quam secundo loco monstrare promisimus: hæc tripartita Mathęi euãgelistæ sententia apertissime manifestat. Aduxerũt inqt asinũm & pullum. Poterat ne animal humilius/super quo saluator
V ascendens ciuitatem ingrederetur adduci? Vide humilitatis domini amplissimum inditium/cum pullum asinæ tantũ ascensurus sit: asinam ad cumulum humilitatis fecit adduci. Et imposuerunt super eos uestimẽta sua. Noluit dominus hæc ipsa iumenta phaleris ornari: sed suis ac apostolorum uestibus insterni: ut nihil superflui: nihil de mundi apparatu quæsiuisse uideretur. Et cum asinam & pullum Apostoli instrauissent: uectus tamen est pullo: ita eum desuper sedere fecerunt asinæ pullum: quem studio humilitatis dum ciuitatem ingreditur sibi adminiculũ in-
X gressus elegerat/& uectorem. Latẽt in hac Christi humilitate fratres magna mysteria. Alta his rudibus asellis sacramenta teguntur. Super asinam sinagogam legis & prophetarum enigmata quasi uestimenta sunt posita. Sed quia scribarum & phariseorum traditionibus adulterata & neglecta fuerãt/per redemptorem uero completa & honestata. Ideo per Apostolos declarãtur & sinagogæ ad dñm Iesum Christũ uenięti humeris iterũ imponũtur. Super pullũ quoq; asinæ gẽtilitatẽ indomitã/posita sunt per eosdẽ apostolos euangelii uestimenta: apostolicæ.s.traditiões: & Apocalypsis altissima uaticinia/qbus ecclesia tegit: ptegitur & ornat.

Vtroq;

Vtroq insuper iumento uestibus instrato: super altero dominus sedet. Quia non in sinagogæ figuris & umbris: sed in ecclesiæ euangelica ueritate: & luce fulgentissima quietis beatitudinē esse cōstituit. Vsq enim ad passionis mysteriū lex Moysi tenuit primū locū. Inde uero per christi doctrinam quam tenet ecclesia salus æterna fidelibus condonatur.

De imitanda dñi Iesu humilitate Pauli testimonio & doctrina.

h Oc ergo fratres sentite in uobis: quod & in Christo Iesu. Sentimus hodie in xpo Iesu humilitatis amplissimū studium. Qui Y cū per æternam generationē/in forma dei esset/non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo. Quid sibi uult hoc? Solent arbitri iuribus partiū aliquid arbitrando detrahere: & nō tam pro iustitia q̄ pro concordia/ex arbitrio causas diffinire. Nō fecit sic dominus Iesus Christus: qui cum in forma dei esset/ab æterno & pro modo illam hñdi summa esset sitq sapiētia/& auctoritate prææditus/de oibus peccatis hoium ad arbitrium iudicare: & ad libitū satisfacere erat potētissimus. Non sic tñ iudicauit: ut eius arbitraria facultas/decretis iustitiæ/aut dignitati clemētiæ detraxisse aliquid uideretur. Sed exinaniuit semetipm/non deponēs diuinam substantiā: sed accipiens formā serui. Qualis sit hæc exinanitio dic Z apertius o Paule. In similitudinem hoium factus: & habitu inuentus ut homo: non q fuerit homo similitudinarius: & non uerus/sed habitu. i. toto eo quod habet homo secundū animam & corpus/homo uerus inuentus est ab his qui expiri uoluerunt utrū homo sit uerus. Hanc exinanitionē/hanc debiti solutionē apertius adhuc itelligamus. Humiliauit semetipsū scdm humanū habitū/factus obediēs usq ad mortē/mortem autē crucis/pro qua subeunda ueniens Hierusalē in suæ testimoniū humilitatis/instratū humilē atq rudem ascendit asellū. Qui ergo de cœlo A ueniens pro hoibus homini deus insederat/satisfacturus pro hominum culpis dū ad subeundam mortem crucis accedit/uerberibus/oneribus/ac laboribus nato iumento mystice insedit/ut omnes intelligerent ad quid Dei formam in serui forma gestaret. Et hoc ipsum ut non necessitate ineuitabili/se facere declararet/sed charitate incompræhensibili/non necessitatis articulo/sed humilitatis studio hoc parum quod restabat itineris est uectus asello. Et profecto qui totam uiam pedibus ierat/mille si uoluisset passus sine uectore iumento peragere potuisset. Maluit tamen asello portari: ut non necessitate/sed libera uoluntate: & seruida charitate se passurum ostenderet: qui pro humilitatis studio se asino gestari extremo uiæ termino substineret. Hoc ergo/o fratres/o sorores sentite in uobis/quod & in Christo Iesu sentiendum uobis hodie

proponit sancta mater ecclesia. Si sæculi dignitate potimini/nolite ad arbitrium/nolite ad libitum illā exercere/per potentiæ uires de proximoꝝ iure rapere ne temptetis/In publici & priuati iuris administratiōe exinanite uos: formā serui accipite. Nemo ab initio nascitur dn̄s. Sumus oēs natura æque serui dei omnipotentis/inuicem uero pares. Eadem nanq̧ omnibus nascendi est ratio/& in uita manēdi. Mors oēs adæquat. Cur ergo efferimur? Cur extolimur superbiæ fastu? Cur iræ feruore efferamur quia præsumus? Nō ad hæc præfecit nos deus: non lex/nō hoīum fauor. Ad publicas utilitates: ad priuatorū cōmoditates præsidere debemus. Hæc non mea admonitio est fratres/sed Pauli/sed ecclesiæ matris nostræ. Inquiunt ambo. Hoc sentite in uobis quod experimur hoc tpe. In Christo Iesu dn̄o nostro. Qui cū in forma dei esset ante mundi constitutionē: & illam in se haberet natus homo de uirgine. Non rapinam (ut monstrauimus) arbitratus est esse se æqualem deo: sed exinaniuit se metipsum formā serui accipiēs. Vos ergo qui in forma dei estis præsidētes omnes alloquitur Paulus/quos iuris dicēdi potestas deo simillimos inter homines facit/cū aliquid statuere cogitatis: exinanite uos. Mementote naturā hoīum quibus præsidetis uobis esse cōem. Et uos o subditi: qui aīam rationalē dei formæ atq̧ substantiæ imaginē accæpistis: & hac carnea corporis mole uestitis/ne extollamini: ne proximos opprimere/ aut lædere studeatis. Exinanite uos/Cogitate imbecillitatē uestram/legū rigorem/Principum sæueritatem/Vitæ breuitatem/Erumnas a fortuna iminētes/Mortis necessitatē: Ita subditi eritis dominis: & præfectis ur̄is: non tm̄ bonis & modestis: sed etiam discolis. Hæc est.n. uoluntas dei: & saluatoris nostri: qui exinanitus ad spōtaneas crucis pœnas: & iniuriosa

A tormenta ideo accedit: ut iniurias damna & discrimina (si quæ uobis accidunt) æquanimiter supportetis: Et ad ea subeunda uos natos esse existimetis. Qn̄ ille cœlorū conditor deus: & dn̄s omnium creaturaꝝ inter homines uitam duxit: & uilem asellū ascendit: pro alienis culpis iturus ad pœnam. Asellus noster: nostrū est corpus natum ad labores & onera. Fallitur qui se putat in hoc corpe labores & erūnas posse uitare. Homo ad laborē nascitur: & auis ad uolatū. Audite dn̄m Iesum christum. Qui uult post me uenire: abneget semetipsum & tollat crucē suam: & sequatᷣ

B me. Hæc est exinanitio: ad quā apostolus & ecclesia nos inuitāt: ad quā suo exemplo Christus nos iubet accedere. Abneget semetipsum inquit: qui uult uenire post me. Si princeps est: abneget principatū: non illo cōfisus agat insolenter. Tollat crucē suam. Memor sit suæ conditionis per quam stimulis cōscientiæ cruciatur intrinsecus. Si subditus est: deponat

contumaciã in dñm:ambitum supra æquales. Fastidium inferiorũ:Tollat & ipse crucẽ suã:abneget semetipsum ꝗlibet christianus:Nõ quærat quæ sua sunt:sed quæ iustitiæ. Aiam suam oẽs principes:omnes subditi meminerint asino corpori impositã:ut illud ad onera moderetur:& in laboribus assidue teneat. Hæc sunt eñi ad quæ ostendenda dñm Iesum Christum se ipso iubente super asinũ apostoli sedere fecerunt.

De gloria accessus Iesus in Hierusalem palmaꝝ die.

Plurima aũt turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem cædebant ramos de arboribus:& sternebãt in uia:Gloriã huius aduentus:quã tertio loco in mediũ afferre promisimus:triplex ab euangelista descriptus turbarum ordo celebrauit. Erat turba una stantium in uia. Alia antecedentiũ. Tertia subsequentium. Stantium ut uiderent turba (iuxta Mathei narrationẽ) bipartito honoris genere iter hoc dñi Iesu christi celebrauit: Quando aliqui propria uestiméta ad uiæ ornatum deponebant. Quod uero dicit euangelista strauerunt: ego non C existimo pedibus illa subiecisse calcanda. Cum enim ingẽs hoĩum turba Iesum sequeretur:& ipse uectaretur asello:quẽ asina uel sequebatur uel anteibat iumentorũ & hoĩum pedibus:hæc uestiméta lacerata fuissent. Et ipse Iesus sapientia:humilitate:frugalitateqꝫ plenissimus:uestimenta turbaꝝ conterere:aut aliis conterendi cãm dare noluisset. Strauerunt uestimenta sua:ad uiarũ margines illa appendentes:& expandentes:profitentes se melioribus auleis & tapetis (si possent) uias fuisse pro Christi D gloria ornare promptissimos. Alii de eadem turba quibus uestes ad hæc suppetere non poterant:ramos arboꝝ amputãtes sternebant in uia .i. in uiarum margine ornatus grã componebant. Nam si passim uiam ramis arborum insternerent:non honorẽ dño saluatori exhiberent:sed impedimentũ itineri asello præsertim adhuc pullo insidenti:cuius non est ramos apte transcẽdere. Hæc de sternendis in uia ramis euidẽtissima ratio efficit ut de sternẽdis uestimẽtis per uiã qua saluator ibat Hierosolimã similiter existimemus. Sed quid sibi uolũt hæc duo honoris genera uia- E rum .s. margines propriis indumentis:& arboꝝ ramis adornare:ut saluator honoratius incedat? His forte (secundũ lrãm) mos erat itineris honestãdi:cum etiã hoc tpe ramis arborum in solẽnitatibus templa:& pro principum aduentu uias publicas ornari uideamus:& ad fenestras appẽdere uestes:ac preciosam suppellectilẽ:in multis Italiæ opidis mos sit. Ita quemadmodũ ex composito facere in ciuitatibus de preciosiori suppellectile mos fuerat:sic de propriis uestimentis:& ramis arborũ dñi saluatoris aduentum:turbæ in uia celebrare uoluerunt. Mystice aũt in hac uia

mortalis uitæ saluatorem tunc nřis uestimentis honoramus. Quando qui habet duas tunicas dat unã non hñti: Honoramus arborum ramis: Quando de fructibus arborum: & agrorũ nostrorum fratribus egenis subuenimus: illius gratia qui pro nobis descẽdit in hoĩem: & factus homo ascendit asellum: ut ueniat ad subeũda supplicia quibus nostrarum animarum culpas deleat: & a pœna pro illis debita absoluat.

De plausu turbarum Christum comitantium incedentem Hierusalem ad patiendum.

Turbæ aũt quæ præcedebant & sequebantur clamabant o sanna filio Dauit benedictus qui uenit in nomine dñi o sanna in altissimis. Turbæ cum dño Iesu Christo ambulantes: si uerba euãgelii bene pensemus: q̃uis bipartitæ fuisse inueniantur: qñ istæ præcedebant: illæ sequebãtur: uno tamẽ honoris genere: præconio. s. uocis hunc domini nostri Iesu christi aduentũ efficiunt gloriosum: Quia simul altis uocibus: & plenis alacritate canebãt: O sanna filio Dauit: bñdictus q
F uenit in nomine dñi o sanna inexcelsis. O sanna ut Hieronymus exponit: nec simplex est dictio: nec nomen iuxta grãmaticos: sed uerbum cõpositum ex uerbo osi: & interiectione anna. Anna porro apud hebreos: ut idem Hieronymus affirmat: obsecrantis aut affectu multo desiderantis ĩteriectio ẽ: cuius loco latine utimur ho ĩteriectiõe. Vt ho si possim. i. utinã possim. Ita anna ex aĩo obsecro sonat: q̃si per interiectionẽ ardentissimum animũ indicãtem. Osi salua significat: estq; impatiuũ deprecãs: ut habet usus linguæ latinæ. Qui cum enixe impetrare aliquid supplicat: uerbo utitur impatiuo. Quemadmodũ in oratione dñica: & in omnibus fere ecclesiæ orationibus ad deũ frequentissime cõstat fuisse usurpatum. O sanna igitur salua obsecro significat: neq; hoc solũ. Plus enim interiectio anna ex linguæ proprietate significat: q̃ nomen aut uerbum possit exprimere: Sicuti heu quod non dolorem aut dolẽtem tm̃: doleréue significat: sed animi impulsum: quo per dolorem ad hunc sonũ dolentis prorumpit affectus. Ita anna non obsecrationẽ uel desiderium: nõ obsecrantem obsecrareue significat: sed ardentissimũ animi desiderantis affectum: cuius ardore in hanc qui desiderat prorumpit uocẽ. Vehemẽtissimo itaq; salutis cõsequendæ desiderio instigatæ turbæ quæ Iesũ præcedebant & sequebãtur: o sanna clamabant. i. salua obsecro mente ardẽtissima. Cui aũt hæc dicerẽt: ipsæ turbæ declarant: filio Dauit: Non a plæbeio aliquo: aut a rege nõ legitimo: hanc salutis grãm petimus: ad filiũ
G Dauit hic noster affectus dirigitur obsecrandi: nõ illius Dauit qui præuaricatus est in Bersabe: qui elatus supra se populum sibi subditum uoluit numerare:

numerare. Bñdictus qui uenit in nomine domini o sanna in altissimis. Illius Dauit filio dicimus/qui in excelsis habitat cœlis. Illi filio dicimus qui benedictus est oium bonorum ubertate largissima: qui ē benedictio plena. Alibi ostendimus quoniā bñdicere benefacere est: & benedictum esse est bene accæpisse. Quia ergo dñs Iesus Christus/omnem plenitudinem bonitatis/& ueritatis increatæ accæpit a patre: uere est benedictus secundū æternā generationem. Quia insup oēm gratiam & gratiarum distributionē accæpit a trinitate/secundum tpaneam natiuitatem/bñdictus est secundū illam/oium ubertate numerum creatorū. Bñdictus est igitur hic filius cui preces pro salute impetranda porrigimus. A quo benedictus? Qui uenit in nomine domini. Ab illo in cuius nomie uenit. Non uenit in nomine Dauit regis temporanei. Sed cuius? O sanna in altissimis. Venit a deo p̄re in altissimis cœlorum peculiari quodā & ineffabili modo habitante/& illic omnia saluāte & continente. Est ergo hoc scdm o sanna: non solū deprecantis salute nota: sed quis illam opetur iportās. Habet hebraicus sermo miram breuitatis & significatiōis argutiam: uti ego a callētibus linguā comperi: & Hieronymus sæpe testatur. Est ergo horum uerborum hic integer sensus: salua obsecro: hoc dico filio Dauit: q uenit benedictus in noie domini omnipotentis: saluantis homines in altissimis cœlis. Nemo miretur si turbæ dñm Iesum christum prædicāt saluatorem: quem tot mirabilia pro hoium salute operatum esse cognouerānt. Meminerāt ab eo claudis gressum: paraliticis soliditatem: surdis auditum: mutis loquelā: leprosis mundas carnes & integram cutem: cæcis natis uisum: oppressis a dæmone liberā mentem & sanā: mortuis uitam restitutam: & ideo sperabant pro uniuersis esse factum propediem quod pro paucorum salute potentissime fecerat impando. Sciebāt prædixisse prophetā. Deus autem rex noster ante sæcula opatus est salutē in medio terræ. Et qm̄ dominus Iesus uniuersam Zachei familiam salute donauerat: mox eum ad uniuersam plæbē saluandam accedere existimabāt. Præsertim cum iret Hierosolimam: quæ in medio terræ habitabilis: a iudeis posita credebatur: & eo tpe iret: quo maxima populorum frequētia: pro paschæ solēnitate ad eam confluxerat. Meminerāt illū iam antea dixisse (ut Ioanne docente pcepimus) postq̄ absoluit adulteram. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ: Si mā seritis in sermōe meo uere discipuli mei eritis: & cognoscetis ueritatem: & ueritas liberabit uos. Me oportet opari opa eius qui misit me: donec dies est. Veniet nox ī qua nemo poterit operari. Quādiu sum in mundo lux sum mundi. Venit hominis filius quærere & saluum facere

quod pierat: & multa huiusmodi ꝓpter quæ sanioris mẽtis hoĩes illum mundi saluatorem agnoscẽtes: & iccirco Hierusalem ingressurũ præcedentes & subsequentes clamabãt: O sanna filio Dauit: bñdictus qui uenit in noĩe dñi o sanna in altissimis .i. salua obsecro salua obsecro me: nõ ĩter has mũdi trãseũtes umbras: sed in altissimis cœloꝝ sedibus: ubi nox effugiet: & senectus non apparebit: ubi non succedit tristitia gaudio: sed

L sempitærna est solidaq; fœlicitas. Turbæ quæ præcedebant patriarchaꝝ animas & prophetarũ christi passionem antecedentiũ præferunt: quæ se de sinu Abreæ: tartareaq; seruitute eripi desiderabãt: quæ de tenebris & caligine ad lucem gloriæ duci flagrãtissimo desiderio expectabant. Turbæ quæ sequũtur: noui testamẽti sunt aĩæ piorum quæ accipientes crucem suam secutæ sunt domini Iesu christi doctrinã simul & uitã. Ambæ hæ turbæ de miseriaꝝ ualle eripi postulantes: & ardentissime supplicantes: O sanna decantabant filio Dauit benedictus qui uenit in noĩe dñi.

Ost incarnati uerbi mysterium: deũ omnipotentem in unitate

P personæ homini sociatũ Iesus nomen insonuit. Et par est seruũ beneficentissimi: iustissimi: atq; inuictissimi domini nomen colere/non mirum si nomẽ Iesus hac prærogatiua donatur: ut illo audito

M omne genu flectatur. Q uem genuflexionis honorem licet ante Christi passionem oĩs creatura Iesu nomini debuisset impendere: non tñ ante illam omnes impenderunt. Q uia hanc ipsam excellẽtiam plene non nouerunt/Nempe temptator qui dixit dño Iesu christo/hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me/nomini eius nõ tũc flexit genua/cuius præsumpsit inuadere maiestatem/& ab illa petere indebite: quod pro iustitia ei tenebatᷣ exhibere. Hæc illi temeritatis audacia de ignorantia uenit. Nihil est enim quod uereatur ignorans/præsertim si sꝑbia tumeat. Propter huius ignorantiæ culpã/dñs Iesus xp̃s ĩcrepãs dæmonia/nõ sinebat loqui: q̃uis affirmarent illum esse christum. Affirmabant .n. quod plene

N non nouerant. Ab ignaris uero/& ab incertis testimoniũ accipere noluit ueritas pura: atq; seipsa perspicua. Affirmabant ut certi fierent (& si possent) redemptionis nostræ opus impleri prohiberent. Ita prudentissimã atq; piissimã cautelam saluator noster eorũ uersutiæ opponens nõ affirmauit quod quærebant: non negauit quod loquebantur: sed increpans temeritatem incerta pro certis callide proferentem: & sub incertæ significationis aucupio/quod plene non nouerant: malitiose quærentes non


O sinebat loqui. Q uia & si sciebant illũ esse Christum .i. unctum gratiarũ omniũ exuberantia (quod illos docebat experientia) non tñ sciebãt illũ esse dei filium/& dñm uerũ/mũdiq; redemptorem. Herodes ascalonita Iesum

Iesum occidere statuens/Antipas eius filius illum in passione deridens/ pharisei:scribæ:& pontifices:illum semper odio persequentes:accusantes:capi procurantes:& crucifigi extorquētes:Iudas tradens:discipuli relinquentes:Pilatus damnans:milites crucifigentes:latro blassemans:im pii derisores pendentem in cruce:improperiis uexantes:Miles latus eius ferro aperiens:in nomine Iesu tunc genua non flectebant. Quia illius uirtutem non nouerant.Post passionem autem:post resurrectionis inq̄ atq; ascensiōis gloriam.Postq̄ qui pependit in cruce sedere cœpit in gloria dei patris:tunc omne genu illi sine dubio flexum est. Dæmones nūc illi obediunt & eius audito nomine intremiscunt.Iudas infœlix & crucifixores illum formidant iudicem seuerissimum. Apostoli & apostolici uiri uita functi uenerantur clementissimum dominū. Ita uerum est q̄d' dicit apostolus. Postq̄ Iesus factus est obediēs usq; ad mortem:mortem autem crucis omne genu pro uictoriæ triumpho illi certissime flectitur: cœlestium:terrestrium:& infernorum.Sed illi spontanei:isti inuiti.Omnes.n.uirtutem eius experti sunt:& agnitam reuerētur domini Iesu christi uirtutem:Quam laudant cum iubilo cœlestium genua sed differenter.Infernorum genua fatētur & tremunt inuita. Pari utraq; genua subiectione curuantur:sed dispari mentis affectu.

De tempore uniuersalis glorificationis Iesu.

Et omnis lingua cōfiteatur:quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris.Verum quia adhuc sunt perfidi iudei domini Iesu gloriæ per angulos detrahentes.Quia sunt Mahumetani: & infidelium nationes multæ dominū Iesum christum ut deum glorificare recusantes.Quia sunt solo nomine Christiani:iudeos & reliquos infideles nequitia superantes:dum Iesu nomen impie blassemant:quō uerum est quod Paulus asseruit in nomine Iesu:post crucis tropheū positum:omne genu flecti.Quando hi omnes huic sanctissimo nomini etiam nunc insultant?Quomodo omnis lingua confitetur quia dominus Iesus christus est in gloria dei patris?cum multæ illum nationes improbare non uereantur?Ignorantia omnium malorum mater: iudeos sponte cæcos detinens:& reliquos infideles inuoluens:Christianos aūt perfidos offuscans:illos nunc facit apostolicæ contradicere sententiæ. Sed quando ab eorum corporibus animæ diuidētur:quoniam cessabit ignorantia:quam profligabit experientia:tunc linguæ eorū confitebuntur inuitæ:quia dominns Iesus est in gloria dei patris:& trementes eius seueritatem:flectent genua maiestati iudicis:qui solertiam aduocati:redemptoris munificentiam:patroni clementiā:dum hic uiuerent agno-

scere noluerũt. Post hanc igitur uitam semper est uerum: & in die extremi iudicii omni ex parte uerũ erit: quod scripsit apostolus. In noĩe Iesu omne genu flectatur: & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. In illa & enim gloria extremi tremẽdiq; iudicii iudicabit omnes linguas. i. omnes rõnales creaturas: qui pro omnibus natus crucifixus mortuus & resuscitatus ascendit in cœlum. Tũc dæmonum & hominum dæmonibus additorum cõscientiæ: usum linguæ supplẽtes: illum confitebũtur in dextera dei sedere: quem iudicem & ultorem experientur. Tunc trementes & pauẽtes eius nomini genua flectent formidine pœnæ: cui spe ueniæ dicere noluerunt. O sanna filio Dauit: benedictus qui uenit in nomine domini. Contra boni angeli: & iustorum animæ confitebuntur lætabundæ dominum Iesum christum esse in gloria dei patris: quem clementissimum atq; beneficentissimum dominum experientur. Tunc exultantes illi genua flectent: & iocundis uocibus. i. meditationibus dicent. O sanna filio Dauit benedictus qui uenit in nomĩe domini: Qui sponte & humiliter pro nobis accessit ad crucem. Quando multo fauore exceptus in Bethfage super asellũ Hierosolimam se contulit clamitantibus turbis: O sanna filio Dauit: benedictus qui uenit in nomine domini O sanna. i. inexcelsis ubi nunc regnat nos conducat & conseruet per infinita sæcula sæculorum. Amen.





DE PASSIONE DOMINI IESV CHRISTI SERMO. CORDA SEXTA.



TRISTIS EST ANIMA MEA VSꝗ ad mortem/ſubſtinete hic & uigilate mecum. Mathei.xxvi. Hodie fratres chariſſimi creator & monarca mundi omnipotēs deus diuitiarum theſauros apent & effundit. Hodie ſuperabundat in homines diuina clementia. Hodie miſericordia per gratiā terminos excedit: & iuſtitiæ copioſiſſime ſatiſfacit. Hodie inūdat omnes creaturas diuina beneficētia. Q uando dei uirtus & ſapientia Chriſtus triſtatur/ut homines reuocet ad lætitiam fœlicitatis æternæ. Dat rex regum unicum & obſequentiſſimum filium ſuum ſeruis/& pro ſeruis ingratis: ut eos filii coheredes efficiat. Dat pro infirmitate fortitudinem: ut infirmos roboret. Dat pro ſtultitia ſapientiam: ut ſtulti reſipiſcant. Dat lætitiam pro triſtitia: ut mœſtos conſoletur. Dat optimo & pleniſſimo iure cū æterna fœlicitate poſſeſſum/Vt recuperet infœlicem aliena miſeria perditum/Vt mortui homines recuperent uitam: dat uitam in morte. Hæc mente reuoluens mater eccleſia nunc ꝙ crucem recolit ſaluatoris/ad ſolum patrem miſericordiarum/& deum totius conſolationis orando cōuertitur. Nos igitur matrem noſtram imitantes/ut cum domino Ieſu Chriſto hic ſubſtinere/& ſuæ crucis triſtitiam cōtemplari poſſimus: patrem oremus deuote dicentes. Reſpice quæſumus domine ſuper hanc familiam tuam: pro qua dominus noſter Ieſus Chriſtus non dubitauit manibus tradi nocētum & crucis ſubire tormentum. Triſtis &c. Q uoniam domini noſtri Ieſu Chriſti dum capitur: dum circumducitur: dum examinatur: dū uerberibus laceratur: dum crucifigitur: dum pendens in cruce moritur: duriſſimos dolores/& triſtitiam nulli ſecūdam audire hoc loco expectatis/ego utcunꝗ potero narrare conſtitui. Ita debemus iſtis intendere: ut cordibus noſtris infixa permaneant. Vult hoc magiſter noſter dominus Ieſus dicens. Q uia anima mea triſtis eſt uſꝗ ad mortem: uos qui triſtitiam & mortem meam nunc celebratis: ſubſtinete hic & uigilate mecum. Sed ad quid bone Ieſu? Nempe ad neceſſitatem/ueritatem/& ordinem dolorum/& triſtitiarum filii & matris in hac mea paſſione duriſſima piis mentibus contuendum.

P

Q

Necessitas passionis Christi qualis fuerit.

D necessitatem passionis domini nostri Iesu christi asserendam uel declarandã sunt qui dicant peccatum Adæ & filiorum eius peccata mortalia infinita esse quoniam contra dei maiestatẽ infinitam cõmissa sunt/& illam quasi uiolare lædereue uidentur/& tanta est culpa quantus est in quem illa cõmittitur uel quem lædit. Cum autẽ satisfacere sit acceptæ uel ablatæ rei æquiualens reddere/non infinitum satisfactorem pro peccatis hominum satisfacere potuisse cõfirmant. Nõ mirum igitur si necessarium esse asseuerant dominum Iesum Christum manibus tradi nocentiũ & crucis subire tormentum cum ipse quia deus est fine careat: quia hõ est dolores & incõmoda ferat. Hæc licet auribus uideantur applaudere/minus tñ habent ueritatis q̃ præ se ferant. Et si altius examinẽtur parum solidæ pietatis notã effugere non posse uidẽtur.

R Culpa quam dicis infinitam: non caret fine. Omnis nãq; hominis operatio & quæ illi annexa sunt transeunt immo uolant: & quãtum uis durare uideantur finẽ habent: Culpa uero si ratione læsi infinita censetur: quia infinito deo est odiosa/nonne meritũ quasi operis sui fructus eidẽ placet? Vtq; illa respuitur/istud ab infinito deo nõne acceptatur? Quare non minus est ratiõe obiecti infinita bona operatio q̃ mala. Profecto magis proprie infiniti naturam sapere uidetur quod infinito cõiungit/ q̃ quod ab illo sepat & elongat. Mala porro opatio a deo elõgat: ad quẽ bona perducit & iungit eidem. Itaq; sicut pro culpa ex obiecto infinita fit debitor ille qui peccat/ita per bonum opus uerisimilius infinitũ/satisfacere poterit idem ipse qui debitum contraxit. Quare si patribus nr̃is theologis uetustioribus crediderimus: cũ illis dicemus. Alius modus redimendi hominis deo nõ defuit. Quis ẽ.n. qui diuinæ sapiẽtiæ & omnipotentiæ necessitatis legẽ possit imponere? Si nihil quod mundus capere possit est apud deũ impossibile/nihil etiam de mundo apud ipsum erit necessariũ. Contraria.n. ut circa idem uersantur: ita ubi alterum esse non potest: neutrum unq̃ locum habere necesse est. Deus igitur qui nil agit necesstiate coactus: qui nulla alia lege q̃ sua uoluntate iubente operatur uniuersa: potuit nedum aliter pro homine satisfactiõem accipere: q̃ per sui filii passionem: sed ab alio q̃ a filio illam exigere potuisset si uoluisset. Addice ꝙ magnificũ oportet dare supra debitum supraq; necessitatis articulũ: & nõ tantũ datæ rei uel cui detur hñda est rõ: sed a quo. Deum igitur cuius diuitiaꝝ thesauri: cuiusq; magnitudo nõ habet finẽ qui dat oibus affluenter: qui põt erogare supra id quod ualemus & intelligimus: non p necessitatẽ equalentis hoiem redimere decuit: sed p profusam

charitatem

charitatẽ ut seruũ redimeret filium suũ tradere uoluisse affirmare & non minus pie q̃ firmiter tenere debemus. Sciuit diuina sapiẽtia aliũ modũ inuenire. Potuit diuina uirtus exeq inuentũ. Adde ꝙ satisfactio non tã satisfaciẽtis uirtute cõficit: q̃ eius arbitrio cui fit satis. Videmus quotidie maximas iniurias minimo/& sæpe nullo merito/uel obseqo cõdonari. Videmus æs alienũ/q̃tũlibet magnũ/sola creditoris remissione dissolui. Quod igit hõ põt suo debitori ex sola liberalitate dimittere. Q d' legis humanæ acqritur bñficio: sine equalentis repensione iniuriam relaxari/ uel debitũ solui: hoc deũ non posse pstare falsum/stolidũ/ineptumq; est (ne impiũ dixerim) pdicare. Non igitur crediderimus deum prem iure æqualentis (qd' pleriq; Ari. iterptes dixere talionẽ) aliaue necessitate cõ pulsum/filii sui aĩam hodie tristẽ facere usq; ad mortẽ: & in mortem tra dere/ut hoĩum animas uitæ restituat. Charitas hoc fecit: nõ necessitas. Et enim ppter nimiã charitatẽ suã sic deus dilexit mundũ. i. hominem qui minor est mũdus/ut filium suũ daret: ut oĩs qui credit in illũ nõ pereat: sed in illo & per illũ habeat uitã æternã. Qui aliquẽ adoptat in filiũ: filiorum naturaliũ illum efficit cohæredẽ/& fratrẽ. Deus igit qui nos elegit ante mũdi cõstitutionẽ: ut essemus corã illo sancti & imaculati sibiq; per adoptionẽ filii/unigenitũ suũ iussit fieri hoĩem: ut dei filius hoĩum frater esset. Quare si Adã/si nullus hominũ peccauisset tñ dei filius incarnatus esset/ad frnitatis cõtuberniũ & hoĩs pfectam adoptionẽ explen dam. Sed qa non ad crucẽ subeundã hoĩem induisset/carnẽ passibilẽ nõ accæpisset. Quinimo deitatis gloria/corpus & animã plena ab initio fœ licitate donasset: fuissetq; Christus deus & hõ/caro & fr nr/gloriosus/im mortalis/& ĩpassibilis/pfecte beatus. At qm oẽs homines peccauimus in Adã/exinaniuit semetipsum dei filius/factus obediẽs: & usq; ad mortẽ tristis. Exinaniuit inq̃/qñ aĩa deitatis societate btã/corpus deo cõiunctũ reliquit ingloriũ/passibile atq; mortale: ut cũ illo substineremus & uigilaremus/dũ pro nobis tristis est usq; mortẽ: nulla æqualẽtis necessitate/ sed charitatis ardore. Qũo autẽ charitas hoc fecerit: audi Gregorium. Quanto crescũt dona tanto rõnes crescunt donorũ. Tria sunt inter oĩa donorũ maxima. Primũ est dare quod es: qd' solus deus facere põt. Vñ illi soli maximeq; debemus/quia ipse fecit nos: & non ipsi nos. Aliud est naturã a deo tributã pficer/hoc a parẽtibus & pceptoribus (deo ĩprimis opante) habemus. Isti nos educãt: illi mores componũt. Deus in utrisq; opatur utrunq;. Quare dixit Ari. ꝙ diis/parẽtibus & magistris æqualẽs reddere nõ possumus: & iccirco hos colere honoꝛ pcipuo cõsentaneũ ẽ. Est aliud donũ pfectius q̃ ĩpi magri tribuãt uel parẽtes: a seruitute libari

S T V X

teterrima: a morte redimi: donari fœlicitate ppetua. Si quis captus a pirratis/fame/frigore/sorde macerandus/perpetuo remigum labori adiciatur: & hunc non pater: non consanguineus: sed extraneus redimat: nec tantum restituat libertati sed excolat & in pristinum statum reducat: nōne si nolit redemptus ingratus haberi: plusquam patrem uel quasi patrem colet huiusmodi redemptorem? Deus omnium hominum pater est: homo per culpam naufragus: mundi turbines & procellas nauigās: incidit in diabolum pirratam crudelissimū: a quo plusq̄ ferreis peccatorum nexibus alligatus: ad remigandū uiciorum dura discrimina deputatus erat: hic si creata quauis uirtute euasisset: iure gratitudinis creaturam

Y tam beneficam patri deo præponere uel saltem æquare potuisset. O homo ut deo semper esses debitor: semper obediēs: patris dei beneficio: durissimæ seruitutis iugum euasisti: ut nulli te submitteres nisi deo: ut omni optimo iure soli deo subesses: ut illum super omnia coleres: ut in illo solo spem collocares: ut nunq̄ cōtra illum calcitrares: per se ipsum: per proprium filium (qui est ipse deus creator tuus) te redemit: & de durissimo carcere liberauit. Vt tristitiæ a te & doloris ac laboris iugum excute

Z ret filium suum ad mortem tristari iussit. Nulla ergo logica uel methaphisica necessitas: quæ.s.opponitur impossibili necessitatem includenti: dei filium pro nobis tristem: & usq; ad mortem tristem fecit. Moralis necessitas quæ opponitur inc ongruenti: qua.s.dicitur id esse necessarium: quod est congruū & expediens: dominum Iesum Christū ad huius diei perduxit angustias. Necesse.n.idest consentaneū & expediens fuerat hominem a peccato ad grām: a pœna inferna ad cœlestem gloriam releuari. Necesse item.i.expediens & consentaneum fuerat: deū non pmittere hominem pro hoc beneficio alteri q̄ suæ maiestati obnoxiū fieri. Quare ut deus noster nobis esset omnia: nobis uoluit esse redemptor: ut inq̄ nos uere liberi.i.nulli creaturæ sed creatori soli seruire optimo iure deberemus: deus nos sua morte redemit. Hoc est quod loquitur Paulus. Nō sumus ancillæ filii sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

Pœnarum tantas acerbitates qua ratione pro nobis susceperit dominus deus noster.

Onne sola uoluntate relaxandi debitum (ut non nunq̄ credi-

n tores faciunt) potuit deus hominem absoluere: uel saltem alio opere leuiori debitum soluere: & non tam amaram mortē pro nrā libertate subire? Quod si fecisset: nōne illi soli ut parēti & redēptori deberemus. Potuisset quidē si uoluisset/& homo illi soli debitor summi cultus utraq; rōne fuisset. Quare igit' mori uoluit? frustra ē labore pœnisq;

nisq̃ conquirere: quod pace & ocio consequi possis. Sunt qui dicant A
Christum fuisse crucem passum/ut scripturas impleret: quæ ratio Christi uerbis constare uidetur Petro dicentis. Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Filius quidem hominis uadit: sicut scriptum est de illo. Et iterum. Ecce ascendimus Hierosolimā: & consumabuntur omnia quæ scripta sunt in prophetis de filio hominis. Sed hæc ratio non plene satisfacit. Illa enim quæ de Christi passione scripta sunt/ideo scripta sunt: qa Christus illa passurus erat: & nō ideo Christus ea patitur quia scribant. Prophetæ nanq̃ diuino spiritu hæc scribentes/deo legem non imposuerant: sed a deo legem impositam prædixerunt. Quare prophetarum uaticinia Christum cruci affigi non fecerunt: sed quia hæc patienda ab illo fuerant: prophetæ ea cecinere. Dicere igitur Christum pati pœnas/quia scriptæ fuerant/nō est causam futuri euentus afferre: sed effectum futurum ostendere. Nos aūt cām quærimus unde tristis esse uoluit usq̃ ad mortem. Sicut charitas deum effecit hominis redemptorem/ita iustitia B
redimentem uoluit acerrime contristari: & per ea uexari: quæ culpæ remedium afferre constaret. Muliens leuitas & ambitio/peccato dedit initium. Mariæ grauitas & humilitas uiam redemptionis aperuit. Delicto consensit primus Adam ne sociam contristaret. Secundus Adam cōtristatus est: ut sponsam suam ecclesiam æterna iocunditate saciaret. Nos ad peccatum delectatione maxime trahimur. Peccata nostra diluentem maxime decuit contristari: Ipse enim Ioannem dicere docuit. Quantū se delectauit in delitiis suis/tantum datæ ei tormentum & luctū. Et pro delicti qualitate statui uoluit plagarum modos. Peccauit primus Adam per inobedientiam. Secundus factus est obediens usq̃ ad mortem. Primus per aspectū concupiti pomi subuersus est: Secūdus inter obprobria uelatus est oculos. Primus ad mulierem amantem/& porrigentem cibū brachia extendit. Secundus ab inuidis est ligatus ad pœnas. Primus per esum est p̄uaricatus. Secundus exuriuit & sitiuit in pœnis. In ligno uirenti/& pomis decoro uictus est primus. In ligno arido & horrido uicit secundus Primus erubuit nuditatē & ideo se abscondit. Sēcūdus publice nudatus uoluit oībus in alto mōstrari. Primus agnita sua nuditate uocē dei timuit. Secūdus nudatus & cruci cōfixus p̄rēm alloquitur alta uoce. Primus corā iustitia se excusat iniuste. Secūdus corā iniustis accusatus tacet: & iniuste punitus/iuste excusat iniustos. Primus uolēs æquari deo se ipso factus est minor. Secūdus nō rapinā arbitratus ē/eē se æqualē deo/dū se ipm exinaniuit formā serui accipiēs/cœlestiū/terrestrium/& infernorum/potestate donatus est. Medicorum institutio est contrariis cura-

re contraria. Itaq; delectatio per tristitiam: superbia per humilitatem: rapina omnis scientiæ per exinanitionem beatitudinis a nostrarum animarum medico superatur. Attendite fratres nostri medici: nostræq; medicinæ Christi sententiam. Tristis est anima mea usq; ad mortem: substinete hic & uigilate mecum/quia pro nobis Christus tristis est. Magister optimus fratres charissimi, mortis & tristitiæ suæ causas palã aperit. Ab aliis ne quæso quæramus. Cur tristis es bone Iesu? Cur es usq; ad mortẽ tristis? Cur moreris pro me redemptor meus? Nempe ut hic mecum uigiles & substineas pro me/quod ego pro te fero. O homo quisquis es & qualiscunq; es/Si quid mali pateris & te iustũ existimas, hic substine. Intuere Christum innocentissimum: qui tristatur pro peccatoribus. Si peccator es intuere regem tuum: qui pro culpis tuis redimendis/tristis ẽ supra modum. Noli frangi in aduersis: hic substine/hic uigila cũ deo tuo: qui tristis est hodie usq; ad mortem/ut illi subiectus sis & obnoxius: qui pro tua iniustitia tã acerba obprobria/uerbera/& uulnera durissima/& mortem amarissimam/tui gratia patitur: ut pro tui delicti mẽsura/sit in illo plagarum modus: ut tu exemplum habeas patiendi æquo animo si iustus es: si autem es iniustus/discas pati disciplinam. Disciplina enĩ pacis nr̃æ sup eũ: cuius liuore sanati sumus/ut longe añ propheta p̃dixerat.

C

De ueritate passionis Christi.



DOMInum nostrum Iesum christum in passiõe sua doluisse tristatumq; fuisse uerissime (ut secundo loco promissum est) ostẽsurus/quid dolor sit: quidue tristitia/& unde proueniant declarabo. Sic enim tristem eius animam & amarissime tristẽ usq; ad mortem fuisse apte uidere licebit. Sic eius doloribus compatientes: ad uigilandum cum illo & substinẽdum erimus promptiores. Inter dolorem & tristitiam hoc interest: q; dolor sensum: tristitia mentem solet afficere. Dolorẽ qui pœna/cruciatus/siue tormentum dicitur: bruta agnoscunt: reformidãt: substinent inuita. Tristitia non nisi homines & angeli affici p̃nt. Doloris causæ sunt obiectũ: siue res de sua natura sensui discõueniens: sensus discõuenientiã refugiens/hoꝝ approximatio mutua: & quasi ĩpressio in sensu recepta quæ hoꝝ approximatiõe cõsurgit: hæc declaremus exẽplo.

D

E

Cauterio

Cauterio uel ferro si sanādū est animal:cādēs ferrū carni sanādæ horridū est: & discōueniens secundū naturæ rōnem. Nō est.n.ferrū cōseruās:augens:uel faciēs carnē sed macerans. Et ignis carni adactus illā non cōseruat:sed consumit. Obiectū igitur hoc:carni(iuxta suā cōplexionē)non cōuenit:licet infirmæ remediū afferat. Animalis sanādi oculus:oisq; sensus exterior huiusmodi instrumentū formidat:& horret. Approximat minister ferrum sanandæ carni:ligatur inter hæc arctaturue animal:ne possit aufugere. Vritur:dolet:ingemit:mugit:uociferat. Doloris itaq; causæ sic se habent. Terribilem uisu speciem oculus refugit. Inconcinna uox auribus molesta est. Fetidus odor naribus detestabilis. Amarus uel insipidus cibus palatum infestat. Aspera:pungentia:lacerātia tactui disconueniunt. Singuli sensus hæc refugiūt singula. Iccirco si deforme offertur oculis/Si impletur horrisona uoce uel spiritu auris/Os si completur amaro/Duris si tactus afficitur:dolet animal. Hic porro dolor realis dicitur:a rebus nanq; extrinsecis quæ sensum exteriorem uexāt sumit initium. Est alius dolor imaginatus/eisdem a fontibus scatens/sed non eodem modo se habentibus:quia tantum per imaginationem huiusmodi rerum displicentium approximatio/& impressio concipiuntur interius:exterius uero nō sentiuntur. Exemplo & hoc declaremus. Dormiens qui se præcipitari somniat:igni uel alteri pœnæ damnari/sæpe uisus est non dolere tantum:sed flere amarissime:uariisq; modis & motibus agitari. Quare ita? Nempe quia uirtuti imaginatiuæ dormientis occurrunt similitudines rerum disconuenientium/dudum in memoria reseruatæ/quæ dum per illas species præferuntur somnians applicari ea sibi existimans/imaginatam habet impressionem. Vnde fit ut ex re non uera idest non existente extra animam/homo uere agitetur & doleat:& adeo uere.ut doloris nimietatem non ferens excitetur a somno/& anxietur uigilans:nil patiens nisi quod somno pati sibi uisus est. Sic dolent uigilantes dum existimant uidere inimicum procul uenientem : qui uere inimicus non est. Sic ouis pauore & mœrore conficitur/Si arietem ad se uenientem uideat lupina pelle uestitum. F

De primo dolore Christi ante passionem uero licet imaginario.

Vorsum hæc? Vt hanc catholicā ueritatē plenius intelligamus.

q Hodie Christus añ passionē uere doluit:imaginatione pariēte dolorē. Passionē autem secundū rē inchoari a Iudæ osculo existimo. Fuit nanq; Christus uerus homo:habuit ergo ueros quinq; sensus in corpe exterius.habuit & imaginatiuā uirtutē interius. Quæ ergo sūt humanis sēsibus cōtraria:illosue lædētia:ēt xp̄i sensus lædēr poterāt, G

H Q uandocunq; uero sensitiuæ hoīs parti per imaginationē approximātur: & ĩprimunt aduersa eū dolere necesse ē: in cuius imaginatiua uirtute fit iste cōcursus. Hic uerissime Mathei: Marciq; testimonio cōstat: oratu rū in orto dominū Iesum/cœpisse tedere: pauere: & mœstum esse. Q uia scilicet studiosissimæ suæ uirtuti estimatiuæ mens seriatim oñdebat passionis angustias/ut Lucas aperte eo loco demōstrat/quo dicit. Et factus est in agonia sudor eius ut guttæ sanguinis cadentis in terram. Agonia quippe ab agēdo est dicta/uel ab agone certaminis loco: qui usq; hodie Romæ nomē seruat. Vt igitur qui in agone certaturi erāt meditabantur certaminum uarietates/instrumenta ad certandum accōmodata conquirebant: examinabantq;. Ita rex sapientissimus/cū diabolo & iudaica perfidia certaturus/anteq̄ intraret agonē/prudētissime examinauit singula sui certaminis instrumenta: & per imaginationem expertus est illa/quæ sanctissimum corpus ꝓxime fœdatura/& laniatura prænouerat/hæc aūt imaginata/erant suis sensibus ne dum infesta: sed horrida. Discutiamus

I singula. Os proditorium ori ueritatis: seruiles funes manibus liberatricibus: uoces horrisonæ benignis auribus: attractus tumultuosi pacis & uenustatis pedibus q̄ maxime discordabant. Annæ superba & maligna interrogatio/modestiæ fonti/uilis percussio atq; seruilis/horrori erant regi pacifico. Imperatoris uultum in quem angeli respicere desiderant/ per derisionem uelari: conspui: cædi: erat omni fœditate indignius. Caput totius gloriæ nostræ decus amplissimū spinis coronari. Corpus pudicissimum & purissimū: corpus creata omni maiestate sublimius: ad obprobria uestiri coccinea & purpurea ueste/nudari in publico: flagellis cædi: plusq̄ dici possit erat indignum. Iustitiam totiens accusari: & ad turpissimam mortem a perditissimis impeti: dānari: adiudicari: addici erat detestabilissimum. Hominem tot pœnis/obprobriis/uerberibus/uigiliis confectum & lacerum/cruce onerari/erat accerbissimum. Præter omnem morem: præter omnem humanitatem: immo per omnem feritatē manus quæ cruci etiam pro ratione supplicii funibus alligandæ fuerāt clauis configi. Pedes qui sola colligatione: grossiusculiq; fortasse ligni submissione reliquum corporis in cruce substentare debuerant: uno clauo simul configi: omnem doloris modū superabat. Q uis imaginet se talia pati sine dolore? Q uis cogitet proprium corpus per omnes sensus affligi: ꝑ omnes partes laniari flagellis: manus pedesq; in quibus ob neruorum copiam magis uiget sensus: lacerari clauis: & in tantis angustiis aceto & felle potari: ideq; omnes pœnas quas enarraui recrudescere imaginetur: & non doleat.

De ratione sudoris domini Iesu dū in agonia positus oraret in orto.



HAEC Fuit agonia fratres in qua factus est pro nobis dominus Iesus dum tertio ad patrem orauit in orto. Ne miremur igitur si factus est tūc sudor eius ut guttæ sangui nis cadentis in terram. Si quis uero dixerit hanc agoniam seu pœnarum imaginatio nem: nō potuisse uehementem afferre do lorem: quoniam tunc carnē nulla ex par te lædebant: sed imaginatione sola uersa bantur in mente: & non eē prudentis nō ueris malis multum affligi. Meminerit iste sæpe imaginatiōem ueros & magnos effectus efficere. Meminerit multa prius non uera: imaginatio nem sæpe uera fecisse. Meminerit hāc redemptoris imaginationē fuisse uerissimam: atq; certissimam. Non enim imaginabatur Iesus in agonia constitutus iam pœnas sentire: sed imminere de proximo. Quod erat uerissimum: sibiq; a deo certissimum: ut eas non minus uideret mente; q̄ postea sensibus expertus est. Videmus media hyeme qui admouentur eculeo seminudos solo eius aspectu: solaue propinquitate nondum al ligatos sudare: præsertim faciem & frontem. Vnde quæso illis est sudor? Non nisi ex pœna interius mente concæpta: Quæ quanto est atrocior tanto intus dolorem acerbiorem: extra sudorem copiosiorem adducit. Nimius nanq; pauor stringit corpus: & quasi de compressa spongia hu morem ad exteriora deducit. Spirituū insuper agitatio: ad corpis supio ra humorem trahit: dum spiritus eo loci sua leuitate feruntur. Vnde fa ciem maxime sudare compelluntur hi quibus acerbæ imminēt pœnæ. Dominus itaq; Iesus sua agonia uere fuit dolore affectus iterius. Quia pœnas ut proxime futuræ erant: sibi imminere cognouit: & diu mente reuoluit. Vñ præangustia adeo profuse sudauit: q̄ sudor ad terram usq; profluxit. Sed quomodo tinctus est sudor colore sanguineo? Christus nascens ex uirgine assumpsit omnes humanas passiones: harum in pœ nis imminētibus pauor est una. In hac igitur agonia (teste Marco) paue re incœpit. At in pauore sanguis recurrit ad cor: unde pallent qui pauēt In sui igitur pauoris motu: cor sanguinem retraxerat: quod mox feruo re charitatis confortatum sanguinem remisit ad cutem. Pauor itaq; cor pus strinxit. Vnde compressione spirituū sudorem corpus emisit. Con fortatio uero mox subsecuta sanguinem usq; ad sanguinis cutem uigo

rosissime remeare fecit. Ita sudor aliquid intercutanei sanguinis sibi cōmiscuit: unde tinctus est: & quasi sanguinis colorē accepit. Quare non dixit euangelista Christum sudasse sanguinem: sed sudorem eius factū ut guttæ sanguinis narrat.

De dolore Iesu in passione iam positi.

8 NI pœnæ proxime imminentes dño Iesu (ut oñdimus) tantū doloris attulerunt/ut in agonia passionē antecedēte/præ angustia quasi guttas sanguinis ꝓfuse sudauerit/quid putamus afflictionis & doloris eidem intulisse iam admotas? Certe ubi sola dolorum pœnarumue cogitatio uerū dolorem & prægrandē parit: dolores ipsi & cruciatus membris adacti/plus longe acerbitatis habebunt. Quis magister intuens se a discipulo proditum: & uenūdatum pauca pecunia: non cruciet acerrime? Quis dñs se per osculū serui ꝓditoris fœtidi ac detestabilis inimicis alligādū dari/sine imēso dolore uidere possit? Quis ꝑceptor uidēs discipulos dissipari mœstos: amicos aufugeꝛ pauidos: se ipm inter inimicos deseri armatos: ab inuidis & stolidis turbis capi: ligari: trahi sentiens non doleat supra modum? Quis innocēs se ad iudicē trahi non legitimū: non affectu iustitiæ de causa cognoscentē: nullo iure: nullo ordine examinantem: sine magno ac acerbissimo dolore ferre possit? Quis causa nondū cognita/iam punitus in faciem manu seruili cæsus dolorē non sentiat? & hactenus minima. Adice Caiphæ quasi iudicis a iure dati iniquitatem: assessorū: scribarū. s. & phariseorū impietatē: accusatorū calūnias: testium falsitatem: peruersum cōciliū: iudiciū sceleratū: ministrorum crudelitatē: noctem insomnē: clamorē inconditū: derisiones indignas: sputa fœda: colaphos impetuosos. Adiunge pro eadē causa coram prætore alienigena/superbo/auaro/ambitioso/meticuloso/totiens repetitum iudiciū: horrisonas uoces ad crucē petentium: remissionem ad Herodē iudicē nouū: & per insolentē regē remissionem ad Pilatum metu sæuientē. Adde despectū indignū: uerbera pro morte redimēda frustra illata: coronā spineā inderisum impositam capiti. Adde mortis sententiā: crucis gestationē: nudatiōem: manuū ꝑforationē: pedū lacerationē: potū fellis amarissimū. Inter tot pœnaꝶ iniurias fuisset saltem aliquis consolator. Adde blasfemias & uerba spurcissima: ferinā rabiem præseferentia. Quis urgentissimū dolorē talibus & tantis in malis nō sentiat? Verū est dñe Iesu quod ꝓpheta tuus longe ante prædixerat. Nō est sanitas in carne mea. Periit fuga a me: & non est qui ad ferendū auxilium requirat aīam meam. Proximi mei aduersum me steterunt: & uim faciebāt qui quærebant aīam meam. Quæsiui qui simul cōtristareť & non fuit:

non fuit: qui consolaretur: & non inueni. Verus ergo fuit dolor tuus: a Iudæ osculo usq ad tuam mortem domine Iesu. Quando præ dolore nimio moribundus: iāq antea hominum auxilio destitutus patri spiritum commendasti: & exhausto omni uigore tuo nimietate pœnarum dixisti. Consumatum est.

De tristitia & causis eius in genere.

n Vnc de tristitia domini Iesu dicere restat: sed de ea prius in genere diseramus: unde nascatur & in qua hominis parte sedem habeat declarando. Sic enim saluatorem nostrum q̄ maxime contristatum fuisse uerissimeq dixisse intelligemus. Tristis est anima mea usq ad mortem. Tristitiam efficiunt tria hæc. Voluntas id esse nolens unde tristatur. Causa uoluntate potentior id efficiens: quod uoluntas (si posset fieri) prohiberet. Ratio percipiens id esse quod nolebat. Si ex tribus his unum quodlibet detractum fuerit: tristitia procul abibit. Muta propositum & quod nolebas fieri iam uolito: nō tristaberis: Si audieris consumatum id esse unde tristatus fuisses: si in proposito perstitisses. Nolente nempe te Socratē perire ueneno: ideo tristaris quia cicutæ portione illum extinctum intelligis. At qui uoluerunt illum sic obire mortem ea audita lætati sunt. Qui neq uoluerunt neq noluerunt Socratē mori: eius audito ueneno neq tristitia neq lætitia affecti sunt. Qua in re satis constat a uoluntate tristitiam lætitiamue ꝓdire potissime. Quāuis autem uoluntas in proposito nolēdi permaneat: Si quod noluit nō eueniat: non tristabitur qui nolebat, Non enim tristatur pater qui mortem filii non uult: Si filius euadat egritudinem: sed gaudet ꝙ filius superuiuit: quia illum superstitem uoluit. Si item uoluntas in nolēdo persistat: & causa potentior nolitum efficiat: ratio uero effectum non percipiat: nulla sequetur tristitia. Non enim tristamur penitus incognitis. Nūc qm̄ nolle est prima causa tristitiæ: & Christus oblatus ē quia ipse uoluit: erit operepræcium intelligere quomodo in passione tristis esse potuerit. Nolle sicut & uelle aliquid: pluribus modis potest euenire: & enim aliquid omnino uolumus. i. nulla admixta nolitione/ut sanitatem uel fœlicitatem. E contra aliquid omnino nolumus. i. nulla admixta uolitione ut morbū uel miseriam. Volumus item aliquid non omnino: sed cū admixta nolitione: ut uult quis in tēpestate seminaufragus merces eicere: ne demergatur nauis: ipse ne pereat. Vult inq̄ perire merces: quia se perire non uult. At si se nauem & merces saluare posset sine iactura: nollet merces in mare demergi. Refugit item aliquis rem gratam accipere desiderio grationis: quam timet amittere: uel assequi spat. Vt idropicus

potum refugit/sitim eligit: quia mauult diutius sitire cum uita q̃ non sitire cum morte. Si uitam spernat: potū eliget. Nolle hydropicum accipere potum pēdet ex uolita uita. Quæ omnino uolumus. i. nulla nolitione cōmixta: Si eueniant: si adsint: semper lætitiam pariunt: Si absint tristitiam adducunt. Quæ omnino nolumus. i. nulla uolitione cōmixta: Si occurrāt tristitiā: Si absint lætitiā adducūt. Quæ uolumus aliqua nolitione cōmixta: tristitiam pariūt quando contingunt. Quæ item refugimus: quia aliud magis placet: q̃uis non eueniant: tristitiæ tamen uiam parent. Hæc exemplis manifestemus. Scire oēs uolumus omnino. Ignorantiam e contra penitus recusamus. Nemo est qui didicisse aliquid nō lætetur. Contra nemo est quē sua ignorantia detecta uel cogitata nō contristet. Sanari cauterio: ferro: uel pharmaco uolumus: qa nolumus egritudinem: sine mœstitia nec pharmacum: nec ferrum: nec cauterium experiemur: q̃tumlibet ad illa excipienda sit animus confirmatus. Potum non uult hydropicus ut sanetur & uiuat: substinet sitim & non bibit cū aliqua tristitia. Prima igitur (ut ita dixerim) uolitio: Si eueniat quod est uolitum semper habet lætitiā sociatam: tristitiā nunq̃. Contra prima nolitio pro nolito contingenti semper parit tristitiā sine lætitia. Tertio loco adducta uolitio cām dat tristitiæ: cui lætitia sociari potest. Facit idē quarto loco recēsita nolitio. Est ergo aliquid uolitū pro cuius euentu tristari nō possumus. Est item aliquid uolitum cuius tristamur aduentu: qm̄ est nolito sociatū: cuius est uiā parere tristitiæ. Volūtas cuius hæ sūt opatiōes: qm̄ in regno aīæ regina est impans uiribus: & carnis affectus quasi sub iugo seruitutis: rōne cōtinens: ad oēs animi ac corporis partes debet intendere: & pro oībus uigilare. Quia frustra uigilat familia: cuius pr̄ est negligens. Frustra stationes custodit miles: cuius impator est somnolentus. Frustra ciues stant pro muris: quorum princeps sopore: & in curia obrutus est. Vnde uerissime dixit propheta. Nisi dn̄s ædificauerit domum: in uanum laborauerunt qui ædificant eā. Nisi dn̄s custodierit ciuitatem: frustra uigilat qui custodit eā. Propterea Paulus apostolus quibus præerat sapientibus: & insipientibus debitorem se profitebatur: flebat cum flētibus: gaudentibus cōgaudebat. Sic igitur bene se habeat bn̄

Q instituta hominis uoluntas necesse est: ut suæ animæ partibus assistat: & simul cum illis opetur. Absit propterea stoicorꝝ stulta indolentia: quam omnis confutat experientia. Vt. n. sensus disconuenientis approximatione indolens esse non potest: Ita bene institutā uoluntatem sensitiuæ animæ compati necesse est: nisi quis extra se rapiatur in extasim: uel adeo sit insania furiosus: ut uoluntas a sensibus sit penitus aliena. Quorū alterum ual-

rum ualde contemplatiuis:alterū solis desperatis:rabiæue confectis:potest euenire:illis gratiæ beneficio:istis mentis uicio. At qui extra se ipsos non sunt:quo magis bonitate uel sapientia præstant:uerius uolūtatem sensibus/& eorum affectibus assistentem cōpatiētem:sensuq; doloris tristem habere necesse est. Et si cōtendas iuisse apostolos gaudentes a cōspectu concilii/qm̄ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Beatus nempe Andreas securus & gaudens ibat ad crucem: & populum orabat ne impediret passionem eius. Sed & multi martyres inter tormenta securi derisere tortores. Memento quæ iam diximus/& non eris ambiguus. Q ñ euenit aliquid uolitum pendens ex nolito potest simul cū tristitia mens affici lætitia. Tristatur.n.pro nolito antecedente:gaudet pro cōsequente uolito. Mercator tempestate iactatus prōptus abiicit merces: lætus q; earum damno fit saluus: & tñ est mœstus q; in tanti discriminis articulum adductus est. Apostoli & martyres alacres in pœnis:corpus dedere cruciatibus/læti de conseruata innocentia:tristes de persequentium crudelitate atq; perfidia: & in ꝓpria pœna nō sine angustia:sed sine formidine durant. Hinc est q; dñs Iesus filias Hierusalem illius pœnas nō flere:sed pro sibi ipsis imminentibus malis hortatur ad lachrimas. Certe quanto quis sublimiori loco constituitur:tanto ei facultas est amplior. Diximus uoluntatem in regno animæ esse reginā:decet igitur illā plusq̄ cæteras animæ uires uarietas facultatum. Certum est præterea partes ani- R malium/quadam inter se ligatura armonica potiri: & amicitia naturali esse societas:qua præter rōnis imperium/membrum membro gaudenti congaudet:dolenti cōdolet:periclitanti est auxilio/& defensioni libēter assistit. Profecto si quis pedem doleat/compatitur nō solum tibia/crus/& femur:sed manus & caput: & nimio dolore pedū reliquas partes corporis confici/podagra testimonio est/offert se nescio qūo nullo tñ rationis imperio, manus pro capite defensando: & ambulans in tenebris/manus ante mittit ad iter explorandum, ut caput saluet/& reliqua corporis membra consistant. Non minus rex debet saluti populi consulere:q̄ populus cordi salutem regis habere. Volūtas igitur suis sensibus præsidēs: & animæ sensitiuæ uirtutibus imperans:qm̄ secūdum naturam est illis amore sociata. Vt natura est.i.naturalis pars ratiōis in homine/quo uniuersæ hominis partes illi sunt magis obsequētes/hæc magis de eis habet rationem. Q uare ut illis cōnexa est:si sensus doleat/non caret uolūtas angustia. Inter hæc tñ uoluntas qm̄ libera est/& domina nostrarꝫ uiriū: non ad sensum solum aspiciens/quem habet pedissequū/se uertit ad intellectum:quem habet fratrem/conregem & cōsiliariū: & nonnunq̄ ob

id quo ſenſus uere dolet:quia percipit diſconueniens. Intellectus ſubli-
miora penetrans:uidet id eſſe cõueniens:& conſulit uoluntati proſequi
oportere:quod ſenſus conatur efugere. Voluntas uero quaſi rex ſapiẽs:
maius bonũ minori p̃ponens:iubet ſenſum pati:& ut minus doleat cõ-
patitur illi. Vult nihilominus hæc ipſa uoluntas & paſſionem ſenſus:&
ſuam compaſſionem:unde ſciens ac prudens uadit ad pœnas. Ideo læta
quia per triſtitiam minorem,maiorem euadit. Non eſt igitur læta de do-
lore ſenſus:non de ſua cõpaſſione uel triſtitia:ſed de perfectione cõqui-
S ſita uel conſeruata:deq; euaſione maioris triſtitiæ gloriatur. Igitur mar-
tyres & ſancti apoſtoli:ac ipſe dominus Ieſus chriſtus uolũtatis ſuæ na-
turali motu de ſenſuum cõnexione naſcente:triſtes erant in pœnis:qui
imperio uolũtatis lætabantur,non de pœna quam intellectus conſulue-
rat excipiendam:ſed de conſeruata iuſtitia.

De dñi Ieſu chriſti triſtitia a cœna ultima uſq; ad finẽ or̃onis in horto.

Vnc ad rem de qua agebamus ad triſtitiã dico quam dominus
n in paſſione ſubſtinuit declarandam uertatur oratio. Dñs Ieſus
hodie uere triſtatus eſt pro doloribus ſuis imaginatiõe cauſatis:
T ante paſſionem.i. a cœna ultima uſq; ad finẽ orationis in horto. Longe
uero acerbius in paſſione pro doloribus ſenſatis triſtatus eſt. Hanc ue-
ritatem latis copioſe comprobatam illius ipſius teſtimonio tenere poſſu-
mus:immo debemus. Q uia deus omnipotens eſt:& homo ſanctus &
iuſtus:pœnaſq; per omnes ſenſus expertus:in cauſa ſcientiæ atteſtat̃ ſuæ
triſtitiæ:dicens. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ:ſed o uiri:ſubſtine-
te hic & uigilate mecũ. Reuoluite mente quæ ſupra narrauimus,Cui co-
gitationes occurrũt dolorũ & malorũ iminentiũ:Sicut eſſe non põt ſine
pauore & dolore:ita mœrore ac triſtitia nõ eſt uacuus. Dñs Ieſus paſſio-
nẽ noluit. Paſſionẽ dico:anguſtias:læſiões uerbeꝝ:uulnerũ acerbitates:
impropia,poſt crucẽ:que oĩa ab oſculo Iudæ uſq; ad mortis articulũ ſup-
V portauit. Sed qd ais? Dico iterũ. Dñs Ieſus paſſionem noluit. Erras in fi-
de. Errarem niſi ſic cõfirmarem. Dico tertio. Dñs Ieſus paſſionẽ noluit.
X Et ne me putes a fide catholica deuiũ:declaro ſententiã. Fuerunt in chri-
ſto duæ uoluntates. Vna rationalis & creata : quæ erat aĩæ intellectiuæ
potentia. Alia uero ratio per eſſentiam increata:quæ dicitur,& eſt deus.
Hæc quoniã increata:æterna:infinita eſt:incõpræhenſibilẽ:ĩpaſſibilẽq;
eſſe negare nõ poſſumus. Secundũ hanc dñs Ieſus triſtatus nõ eſt:neq;
triſtari potuit unq̃. Q uia rõne nemo patitur. Huic nil reſiſtere poteſt:
nil euenire quod nolit. Et ſi quæ ſonant auctoritates dñm Ieſum mortẽ
uoluiſſe ſine triſtitia,ſcdm hanc illas ĩtelligamus. At ſi de uoluntate quã
Chriſtum

Christum habuisse primo loco diximus sermo sit/quæ.s.creata est potentia animæ intellectiuæ. Quoniã hæc naturæ lege sensibus primo motu copulata est. Vnde sine uicio mors & uulnera sunt(teste philosopho) tristia forti. Sic inq̃ accipiendo Christi uolũtatem creatã/ut natura est.i. ut lege naturæ/est amoris(nescio cuius)uinculo sensibus copulata/mori recusauit:& hac ratione Christus usq; ad mortem tristatus est. Tristis inq̃ fuit a fine cœnæ/quousq; durauit in uita mortali. Quousq; inq̃ uoce magna clamans expirauit. Hac certe ratione non solum mortem noluit:sed pœnas omnes euadere uoluisset:& ter orauit ne calicem passionis ebiberet. Sunt qui existiment hanc orõnem non rationis & uoluntatis motu:sed sensus formidine factam/quod ego non satis intelligo. Non enim fuit inter Christi sensus & uoluntatem pugna uel discordia/ Quoniam hæc uel a peccato fiũt:uel peccata sunt. Christus aũt quoniã sine peccato fuit/& natura iustus:non habuit legem in membris repugnantem legi mentis suæ:sed per naturæ rectam lineã sensus eius ad sensibilia se ferebãt:& uoluntas pro naturæ ordine recto moderabatur eosdem:illisq; sese eodem naturæ ordine accõmodabat. Neq; tñ negauerimus nolendi mortem principium a sensibus dñi nostri Iesu Christi processisse:sed fuisse solis in sensibus/uel contra uoluntatem/uel nullo modo in uoluntate ne cõcedamus. Fuit certe Christus dñs ut deus:sic & homo consumatissimus. Quare sicut cæteris in hoibus:in eo locũ & operationem habuit humana uoluntas:quam quoniã patiẽte sensu:simul pati est necessarium:Christus per uoluntatem humanam orãdo uoluit mortem euadere secundũ naturalem motũ uoluntatis compatientis sensitiuæ uirtuti:cui tanta mala horrori erant non immerito. Hinc est q̧ in oratione non dixit dominus Iesus christus/non ut existimo uel sentio: sed non ut uolo. Voluit igitur calicẽ passionis transferri:sed primo uolũtatis motu/quo nemo peccat:& hic motus nolitionis/sufficit ad tristitiã: Quoniam mors & uulnera tristia forti:qui tamẽ substinet illa spontaneus/& ea pro uirtute libere uult. Est & alia ratio siue modus/ueram oñdens propositiõem totiẽs repetitam. Christus mortẽ noluit. Substinete quæso & animo mecum uigilate:& ad tristitiæ domini Iesu ueritatem plene cognoscendã/quæ dicam audire ne pigeat. Diximus paulo ante: aliquid esse uolitum cõmixta nolitiõe:& id semine naufragi abiiciẽtis merces exemplo palam fecimus. Instar naufragium patientis uoluit dominus Iesus mortem ꝓpriam:quia noluit perire genus humanum:at si deperditiõis huius periculum abfuisset Christus mortẽ noluisset. Quod autem est uolitum ex nolito:nolitum cẽseri debet:quia si abesset nolitũ

quod eius emendandi gratia eligit naufragus, sine dubio reprobaret. Ita per omnia si absit periculum humanæ perditionis, nec mori uolet dominus Iesus, nec pœnam pati. Constat igitur uoluntatem Christi, secundũ libertatem mortem noluisse: Si aliter fieri potuisset. At quia nõ potuit: quia deus id fore decreuerat: semper orando conclusit. Non mea uolũtas naturalis motus / & sensui compatientis: non mea uolũtas libera ad mixta cum nolito hominum naufragio: Sed tua fiat: quæ potẽtior: rectior: & sanctior est: & naufragum hoiem ne demergatur & pereat, saluare constituit: & in portum æternæ fœlicitatis adducere.

Soluũtur difficultates quæ Christũ pati noluisse cõfirmare uidẽtur.

S I autem quæras & instes: nõne uoluntas Christi creata plene perfecteq; obtempabat increatæ uoluntati. i. deo: Sicut de sensibus affirmasti? Obtempabat quidem. At uoluntas increata uoluit Christum pati, sine omni nolitione cõmixta: ergo & uolũtas christi creata idem uelle debuit / & si noluit peccauit. Hic ego dicere possem, uolũtatem increatam passionem Christi uoluisse nolitione cõmixta. Voluit enim pati Christum: quia noluit perire genus humanũ. Sic nempe deus dilexit mũdum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in illum non pereat: sed habeat uitam æternam. Quasi dicat apostolus quia credentes perire noluit: uoluit filium mori. Sed statim urgebis &

A dices. Ergo & uoluntas increata tristata est / quia euenit uolitum ex nolito pendens. Respondeo quæ dicta sunt de causanda tristitia, uoluntatẽ increatam coartare nõ posse. Quoniam pati illa nõ potest. Hæc insup (ut sic dicam) nolitio antecedens est: non consequens uel efficax / de quibus hic dicere non est locus: nisi q̃ antecedens nolitio tristitiam non adducit. Sed aliter planius ac apertius respondemus. Humanæ uoluntatis amplitudo, deliberandiq; facultas / quæ de omni intelligibili secundum oẽm rationem intelligendi decernit ut uult, facit illam existimari multiplicem, & diuisam / modoq; supiorem / modo inferiorem portionẽ uocitari: quæ tamen uoluntatis partes non sunt. Quoniã illa simplex est: & penitus indiuisibilis. Sed sunt uarietates opationum / & modoꝝ secun-

B dum quos uoluntas opatur. Nam quando fertur in deum portio superior nuncupatur: & qdem proprie. Adhuc quãdo fertur ad creaturas ut ordinatas ad deũ: uel ut cognitas in creatoris essentia / dicit̃ portio superior: sed minus proprie. Quando uero fertur ad creaturas / ut adinuicẽ ordinatas / & ut lumine naturali cognitas / portio inferior nũcupat̃. Igit̃ diuisio uoluntatis in superiorem portionẽ / & inferiorem / nõ est diuisio secundum substantiam: sed secundũ operationem in uolente receptam.

Hæc

Hæc duo officia (ut ita dixerim) sunt quidē in omni creata uoluntate: sed maxime in uoluntate animæ Christi præfluxerunt/Cuius itellectus uerbum dei.i.diuinam essentiam in filii supposito semper aspexit: & in illo quæ nouit uelle deum/uoluit humana Christi uoluntas & amauit. Hæc porro non minus in ꝓprio genere rationis creatæ uigore dignosce re potuit/& uelle dominus Iesus Christus. Igitur si loquimur de passione uolita uel accepta secundū portionem superiorē.i.ut ostensam in uerbo/uel ut ordinatam ad diuinam uoluntatem: Christus eam simpliciter & semper sine omni nolitione admixta uoluisse credendus est. Ideoqȝ secundum portionē superiorem de passione tristis nō fuit: neqȝ esse potuit. At si passionem intueatur dominus Iesus secundum portionem inferiorem.i.ut cognitam in proprio genere/& in ordine ad creaturas tantū. Quia illam uidebat disconuenientem suæ uitæ creatæ: suis sensibus asperimam: suæqȝ humanitati acerbissimam. Insuper quia cogitabat illam ex nolito sibi tollerandam.s.ex peccatis hominum: quæ ut mala sunt fieri noluisset. Quia sciebat non necessitate omnino ineuitabili redemptionem peccatorum per ipsius passionē fieri/motu naturali uolūtatis eam noluit. Etiam motu libero noluit eandem: non simpliciter sed sub cōditione.i.si peccata hominum non fuissent: uel si pro homine redimendo aliter satisfieri decreuisset. Nunc quoniā ex conditione locum non habēte nihil effici potest: & adductæ conditiones erant penitus impossibiles. Peccata enim iam præterierant sine numero multa nimis: & quod factū est nequit infectum fieri: Deus etiam qui stabilis manēs dat cuncta moueri: decretam satisfaciendi formulam ut nō decretam habere nolebat: ne dixerim non poterat: uoluntas Christi creata per suas conditiōes agitari quidem potuit: sed non conuelli: nō mutari. Itaqȝ increatæ uolūtati cui se ab initio composuerat semp adhæsit. Sicqȝ nullatenus in domino Iesu christo increata: & creata uoluntas fuere discordes. Quare orans in horto semper dixit. Pater si possibile est: uel si fieri pōt.s.ꝙ nullus hominum peccauerit unq̄: uel ꝙ pro redimēdis hominibus ego non moriar: transfer calicē hunc: hanc pœnaꝝ acerbitatē: & durissimā mortem a me: ab hoīe quē ego gero mortalē. Sed quia ille cōditiones sunt īpossibiles: neqȝ.n.quæ facta sunt infecta fieri queunt: Non qđ ego homo p meam humanitatē uolo: sed quod tu deus uis: id fiat. Et ego pr̄ crucis passionē non respuo: uel ꝑpter illam sum tristis: ut a te decretam: sed ut meæ humanitati incommodam: duram & supra modum acerbam. Scio pater ꝙ tu calicem hunc amarissimū me portare non iussisses: neqȝ uoluisses: nisi homo peccasset: & per tuā misericordiā illū a pœna liberare: per tuā uero iustitiā pro eius culpa satisfieri constituisses: per summā uero bonitatem

tuam non a pura creatura satisfactionem accipere constituisses: ne illi homo ut tibi uideretur obnoxius. Tristis est igitur anima mea usq; ad mortem: Vt uoluisti pater deus: Substinete hic: & uigilate mecum filioli: nihil mihi in mundo est reliquũ: nisi labor & dolor: omni iocũditati meæ
E mortalitatis finis imponitur. De cætero omnia mihi dura: dira: tristiaq; futura sunt. Vsq; ad mortem: usq; quo moriar. Sed & moriens nihil cõsolationis habiturus sum. Verum erit mox illud propheticum. Quæsiui qui simul contristaretur & non fuit. Consolantem me quæsiui & nõ inueni. Fuerunt igitur hæc domini saluatoris uerba: quæ pro nostri sermonis exordio sumpsimus: quasi p̃sagium imminentis angustiæ. Vbi dominus discipulis apit q̃ sit uerus dolor suorum sensuũ: q̃ sit uera tristitia suæ animæ: quæ usq; ad mortẽ eius sine intermissiõe duratura sunt.

De dolore sanctæ matris domini instantæ passionis tempore ab imaginatione nascente.



SANCTAM Mariam matrẽ dñi ante filii sui passionẽ: p duras imaginatiões hodie doluisse: ex his quæ dicta sunt negari nõ potest. Quod enim alicuius sensibus approximatũ discõuenit: hoc fortiter imaginatum dolorẽ parit: præsertim si de proximo sit: & cogitetur eẽ futurum. Pœnæ admouendæ corpori filii: sensibus matris nonne disconueniunt? Maledicta: obprobria: blasfemiæ cõtra filiũ: matris auribus non concordant. Hæc uero fortiter fuerũt imaginata a sancta Virgine
F & de proximo futura filio unico certissime cognita/ Quare ipsam dolore & amaritudine uere repleuerunt. Quæ etenim mater unicum filium suppliciis diris/ & iniustis mox afficiendum/ laniandum/ per singula membra excarnificandũ: necandumq; sciens: & diem tantorum malorum adesse cognoscens/ atq; reputans/ possit ad aliã imaginationẽ flectere? Vos o matres cogitate: siquæ unum filiũ languentem/ prima luce ferro secandũ uel curandum cauterio nouerit/ nonne præ angustia noctem ducit insomnem? Et tamen hæc sine iniuria cum pietate ad salu-
G tem filio imminent. O matres Maria unicum filium speciosum forma præ filiis hominum: obsequentissimum/ & sapientissimum/ quo æterno patri optime complacuit/ nouit q̃ primum cœnauerit secum: & a cœna surre

na surrexerit: a discipulo tradendum inimicis: ligandum more latronis. Ad accusatorum tribunal/in eorũq; collegio adducendũ & accusandũ: q; in iusto iudici iuste responderet/alapis in facie contundendũ. Per inuidos & iniquos calumniatores/per falsos & subornatos testes/pro conuicto habendũ: Per iniquos & inimicos iudices condẽnandum/Per ipsos cõdemnatores coram extraneis iudicibus ad diuersa & aduersa subsellia multotiens circumducendum/& accusandũ. Multotiẽs morti turpissimæ & crudelissimæ adiudicari petendum. Contumeliis/obprobriis sputis/uerberibus ante sententiã excruciandum: spinis coronandũ/crucifixum|sitibundum: pœnis exhaustũ/aceto myrrato/seu cum felle mixto potandum/lacerũ|& plusq̃ dici possit doloribus plenum/sine ulla consolatione moriturũ. Sciuit hæc oĩa Virgo mater amantissima/mox in filiũ unicum de monte inuidiæ rabidæ: auaritiæq; rapacis præcipitari. Tantorum insuper malorũ numeros & modos filio suo instare ante cœnam: in cœna: & post cœnam: sancta mater mente reuoluit. Taliũ imaginatione: tam dira: tam certa: piæ matres quomodo putabimus talem matrem non doluisse uehemẽter? Ego in ea id Hieremiæ completum existimo. Viderunt me desolatam: tota die mœrore confectam.

De ratione doloris matris domini in cœna legali & ultima filii sui.

Persuasum hic habeamus sanctam Mariam matrem domini in ultima cœna pro legis obseruantia cum filio suo cœnauisse. Nẽpe hoc exodi scriptura confirmat: ubi agnus per familias manducari iubetur paschatæ: Si uero minor sit animarum numerus: ut ad esum agni sufficere non possit: uicinus ad cœnam uocari mandatur. Virgo mater familias: quem ad esum agni sumere debuit potius q̃ filium: agnum sine macula: agnum mundi peccata tollentem. Et quoniam ad esum agni: numerus animarum: mater scilicet & filius temperatissimi ambo|erat exiguus: additi sunt Apostoli continua familiaritate uicini. Sollicita igitur hæc iustissima mater de legalis agni apparatu: forte discipulos commonuit interrogare: ubi eius filius: eorũq; magister & dominus libentius pascha perageret. At Iesus pientissimus filius inopem matrem studio parandæ cœnæ leuare uolens: discipulos ad amicum qui pararet cœnam destinauit: non ut matrem ab hac cœna excluderet in qua secundum legem primam discumbere oportebat: sed ut onere parandæ cœnæ illam releuaret. Sciebat enim q; Maria circa unum tunc maxime necessarium: neq; minus anxium: erat occupata. In hac cœna uidit Maria agnũ pelle nudatũ: assum: lacerum: deuoratum: figuram mente uoluebat: & in filio figurato quid ea sibi uellet examinabat. Vidit H

filium discipulorũ pedes lauanté. Quomodo sine dolore Iudã lauari uidisse credemus turpissimum & molestissimũ inimicũ? Audiuit Iesum suam morté/suã per discipulum proditioné: & discipulorũ fugam pdicantem: quæ licet matri iamdudũ certissime nota essent: tñ audita & uisa dolorem attulerũt. Vidit filium abeuntem/non redíturũ amplius in ciuitatem: nisi ligatum/& inimicis armis circũseptum: quasi latroné ducédum ad iudicium. Si a te ó mater filium separari uideas/quem mox ad pœnam rapiendũ intelligas: quis te torquebit dolor/si illum audias suas pœnas prædicantem/seq; illis præparantem/& offerentem uideris/quo ille hæc ageret animosius/tu acrius dolore torqueberis.

De ratione dolorum matris domini in cruce pendentis.

u Idit hæc mater filium in cruce pendenté: teste Ioanne. Audiuit eum crucifixores excusanté: latroné consolanté: sese mřem alloquenté: suas illi pœnas oñdentem: uicariũ pro se dantem. Audiuit siti laborantem. Vidit sitibundo fel cũ aceto porrigi in potũ. Audiuit suam cõsumationé præsagientem: & inter pœnas uoce magna clamantem. Vidit caput præ debilitate indinanté. Agnouit cruciatibus exhausto morté imminenté. Morientis desolationé/& mortui exanimationé aspexit. Putas ne hæc satis doloris attulisse Mariæ? Si nõ credis eã doluisse plusq̃ ego dicere possim/tuq; cogitare sufficias/mřnos affectus nescis: humanitaté penitus ignoras. Verũ fuit in ea illud Hieremiæ. O uos oẽs qui trãsitis p uiã: attendite & uidete si est dolor similis sicut dolor meus.

Sanctam dñi mřem in suo dolore uel tristitia nõ esse lamẽtatã.

s Ed procul absint qui dicunt & prædicant Mariam uirginé matrem/i morte filii/unguibus genas/& digitis lacerasse capillos: planxisse collisis manibus: pugnis castissima pectora cõtudisse: uoces querulas ad crucifixores/& ad angelum Gabrielé: ad filium uero & ad patrem uoces mœroris: mœstitiæ: desolationis plenas edidisse. Absint qui dicunt illam filium a passione uoluisse retrahere: iudeos ne filiũ suum crucifigerent supplicem orauisse: pro filii morte rediméda uel potius uita seruanda se dare uoluisse: semianimem circuisse ciuitatem: syncopi occupatam: & semi extinctam mœstitia per uias/uicos/& uiarum
I compita cecidisse. Faciunt hæc matres dolore & mœstitia superatæ. Faciunt quæ sui oblitæ & humanæ conditionis ignaræ/non quod ratio suadet/sed ad quod impellit passio se conuertunt. Fuit quidem Maria dolore tristitiaq; repleta: sed non uicta. Quare in sui filii passione de nullo est lamentata: nil dixit: nil egit inconditum. Hæc tum rationi-
K bus: tum euangelii auctoritate monstrantur aperte. Excellens dolor rationem

tionem solet obnubilare: sicut & magna gaudia mentē rapiūt. Maria in sui filii generatione sūme delectata est: sed castissime. Fuit. n. gratia plena & spiritu sancto obūbrata: ne trāsitus sui purissimi sanguinis ad loca generationis aliquid subriperet rationi. Sic in parturitione & partu & post partū: nulla eā attigit sensus delectatio incondita. Ergo & in filii morte summe tristata est: sed a tristitia non superata: imō per gratiæ plenitudinem: in pudore uirgineo: & uenustate uiduali pseuerauit: nil dicens: nil faciens quod mentis mutationē oñderit. Debuit sapientissimæ mris dolor: & tristitia filii sapiētissimi afflictionibus non esse dissimilis. Sed dñs Iesus sicut ouis ad occisionē ductus est: & quasi agnus corā tondēte non apuit os suū: nunq̄ refugit: nūq̄ syncopim passus: sed fortissime oēs poenas & mortē tulit: Cur igitur de mre eius hæc eadē non affirmabimus? Inconditæ tristiū uoces: planctus: quærimoniæ nascuntur: uel ex ignorātia dum quod accidit fore non existimauerunt. Vel ex iniquitate: dum plus quæ sua sunt: q̄ quæ dei & proximi quærunt. Vel ex pusillanimitate: dum suo incōmodo subueniri posse diffidunt. Vel ex īpacientia: dū nimis sunt delicati. Nihil horū fuit in sancta Virgine. Ab instanti. n. cōceptionis filii mater dñi quid futurū esset suo partui plene intellexit. Et quod tādiu: tam certe prauiderat: eam decuit æquo animo tollerare: ut anima eius magnificaret dominū: & in deo salutari suo spiritus eius firmissime perduraret. Nō fuit sancta Maria per iniquitatē a diuina uolūtate seiuncta: quæ dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi secūdum uerbū tuū. Quod uerbū non fuit de sola incarnatione: sed etiā de perfecta redemptione. Ergo secundū uerbū æterni patris uoluit Maria passionem communis filii: Sicut locutus fuerat pater deus ad patres nostros Abrami: & semini eius in sæcula. Non fuit in ea aliqua pusillanimitatis diffidentia. Dixerat enim fecit mihi magna qui potens est. Et quæ filium per diuinitatem in illo manentē cognouit: & confidit cito resurgere: nō debuit ob breue mortis spatiū diffidentiæ inditia demōstrare. Sciuit. n. quia pater fecit potentiā in brachio suo: idest in filio suo: in quo dispersit superbos iudeos: mente idest uoluntate cordis sui: eorū. s. animæ rationalis: malitia obcæcatæ. Non fuit in sancta Virgine ob delitias impatientia. Portauerat. n. iugum ab adolescentia sua. Aufugerat cū infantulo Iesu: noctuq3 peragrauerat solitudines Aegypti. Vixerat de labore manuum suarum. Doctrina & operibus filii didicerat incōmoda æquanimiter tollerare. Sciebat beatos esse q persecutionem patiuntur propter iustitiā: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et iam ipsa cantauerat: esurientes bonis esse replendos: & inanes diuites relinquendos.

N De manibus igitur iudeorũ si filium uel unico uerbo liberare potuisset: liberasset ne? An ignoras q̨ si filium suũ liberare aggressa fuisset/ peccasset in deum? Diuinæ nanq̨ uoluntati agnitę repugnasset/ & contra propriam/ proximorumq̨ salutem egisset. Quare nihil ad filii sui liberationem passionis tempore aggressa fuisse/ uel aggredi uoluisse credẽda est: nihilq̨ egisse uel dixisse quod passiõem prohibere potuerit. Si igitur uoluit/ ut & filius: qui oblatus est quoniam uoluit/ stultum est dicere plan-
O xisse quæ uoluit. Dolemus/ tristamur pro his sæpe quæ uolumus: ut tristatur mercator merces in tempestate proiiciens. Vt mulier pariens dolet & languet: sed non plangimus: non lamentamur quæ ipsi facimus: uel alios facere uolumus. Amaro quidem corde hæc agimus: sed non querula uoce: nisi simus insani. Gemit mulier in partu: non plangit/ Vociferatur autem quoniam dolore uincitur: at si per uenustatem dolorẽ
P uincat: mugitum quoq̨ retinebit. Scio locum ab auctoritate negatiue sumptum nil ostendere. Sed ubi historia rem & personas loquitur: quæ reticentur habentur exclusa. Aliter enim non constaret plures a paucioribus frequenter prelio profligatos. Nam quia historia multos superatos refert: & a paucis illos uictos scribit. Si hic locus argumentationi nõ sit a negatione sumendus: si non positum: ut exclusum non habeatur/ dicere qs poterit multo plures fuisse uictores q̃ scribat historia? Quorsum hæc? Accipe. Vbi de mulieribus Christum ad passionem sequentibus Lucas loquitur/ nullam de sancta dei matre uirgine facit mẽtionẽ. Dicit enim euangelista. Sequebatur autem eum multa turba uirorum & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Si inter has mulieres fuisset mater domini: illam non obmisisset euangelista. Nunquã enim legimus in euangelio matrem domini promiscue nuncupatã. Et Ioannes cuius uerba suo loco declarabimus dicit. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius: & soror matris eius. Si alio q̃ ad crucem loco per omnẽ passionem Christi Mariam se contulisset: Si alibi q̃ illic: Si aliter q̃ statem euangelistæ sciuissent/ aliquis eorum uspiam id scripsisset. Sed meminerat Maria officii sui esse ab initio conseruare omnia uerba hæc: id est uitæ Christi: mortis mysteria corde tenere securo: non rapi ad uoces inconditas: & motus non sanę matronæ. Et si contendas uirginem afflictam his mulieribus intermixtam ab euangelista describi cum multis: id stare nõ
Q posse ex his Christi ad mulieres uerbis ostendo. Dixit nanq̨ conuersus ad illas. Filiæ Hierusalem nolite flere super me: sed super uos ipsas flete: & sup filios uros. Quid quæso dicit aliud: nisi qa nõ sũ filius alicuius uestrũ? ne flete super me: sed super uos ipsas flete: & super filios uestros.

Si mater

Si mater eius mulieribus quas alloquitur intermixta fuisset: non erat cō sentaneum ꝓhibere illas flere super se ipsum/& hortari ad lachrimas super liberos proprios. Declarat hoc magis dū flendi rōnem adducit. Quia ecce uenient dies: in quibus dicetur: beatæ steriles quæ non genuerūt/& ubera quæ non lactauerūt. Hoc mater domini nec de se dicere/nec alius de illa pōt affirmare: cuius uenter est beatus: cuius fructus uentris est bn̄dictus: cuius ubera sunt gloriosa. Quare uirgo mœstissima īter has plāgentes fœminas non fuit. Si ueritatis labia non prædixere mendacium/ Dicit & Ioannes. Stabat iuxta crucē Iesu mater eius: & soror matris eius. R
Si alicubi propter pœnas filii/matrem mœstissimā dolore syncopim passam/uel collapsam fuisse credēdū est: maxime ad crucifixi filii nudi/laceri/sanguine proprio madētis aspectū/id obuenisse credendū est. At euangelista dicit stabat: non dicit labebatur. Si alicubi illi plāgendū fuit/illic maxime stetit, Si alicubi lamentandū/nusq̄ melius. Dicit. n. euangelista. Cum uidisset Iesus mr̄em. Qui uidit/audire potuit: & melius audire q̄ uidere. Sanguis. n. de uniuerso corpore profluens/uisum potuit hebetare/potiusq̄ auditū. Crescit enim debilibus & laborātibus auditus: nescio quomodo uisu præ debilitate diminuto. Et tamen uidit matrem/qa illa stetit. Non dixit euangelista cum audisset: quia illam præ modestia tacētem audire non poterat.

De qualitate doloris & tristitiæ sanctæ Mariæ imminēte passiōe filii/ & dum esset in cruce.

S Ed quia tacuit afflicta mater/& non est lamentata/quia nō aperuit os: quia minus modeste tristitiam non prætulit/ideo non fuit minus dolore confecta: Sicut neq; ignis quo magis tegitur minus æstuat. Amor absconditus/non minus urget amantem. Qui in dolore clamant: clamorem quasi pro remedio habēt. Qui tacent: quasi sine remedio affligūtur. Itaq; sancta mater domini: quoniā tristitiam in se continuit: & ratione firmauit dolorem: non minus tristata est: quimmo super oēs fœminas fuit dolore confecta: sed non fœmineo more a tristitia supata. Vis scire qualis fuerit huiusce uirginis mr̄is tristitia: an̄ filii passionē ex imaginatione. Qualis ex aspectu mysticæ cœnæ: qualis in ipsa passiōe/qualis post passionē? Pone tibi an̄ oculos matrem unici filii/pro salute patriæ: ac parētū pugnaturi/per uulnera/per mortē utrosq; liberaturi. Pone hanc matrem patriæ: suorum: ac sui charitate uelle hæc fieri: & iam dudum hæc scientem existima: & nihilominus dum proxime futura sunt filio: sibi singula recenseri intrepide pensa. Hæc inquam mater huiuscemodi filio tanto imminente discrimine: nonne S

singula filii pericula: & uniuersas pœnas mente reuoluet. Nonne dolebit? nonne tristabitur hoc cogitatu? Videat hæc mater filium iam cõtra hostem prodire uolenté. Videat armari: intueatur decertanté: audiat armorum strepitũ: fragorem ictuũ: uoces minaces ferientiũ: uideat illum iam inter angustias: inter manus hostium: inter extremas pœnas uulneratum: laceratũ: deficientem: nõne erit dolentissima atq́ tristissima? Erit certe. At si desperet: si uoces det querulas: si filiũ quẽ iam pati uoluit: pati reluctetur: nõne erit leuis & stulta? nõne ciuitatis amittet grãm: cuius salutem lamẽtatur: odit: nititur impedire? Non hoc de matre dñi affirmauerimus: quæ fuit grã plena. i. deo omniq́ creaturæ optimo iure gratissima. Non de sapientissima Virgine atq́ fortissima: quæ cõsilio & proposito sapiẽtissimo nõ est mutata. Laudent hanc forté mulierem opera eius: Laudet te uirgo piissima amarissimus dolor tuus: tua inenarrabilis tristitia te collaudet: qua materno affectu dulcissimo filio tuo cõpassa es. Laudet te fortitudo: prudentia: uenustas tua: quibus freta uirtutibus nil ó Regina angelorum te indignum in tanta mœstitia protulisti.
T Præuiderat hæc Simeon spiritu sancto plenus & annis/ qñ dixit. Tuam ipsius aĩam pertransibit gladius. Gladius passionis ipsius Christi filii dulcissimi & amantissimi perfecte transiuit ad aĩam uirginis: sed sicut aĩam filii pertrãsiuit passionis dolor: non uicit ut ad lamenta: uel ad fugã pœnarum illũ duceret: ita neq́ sapientissimæ mřis animã supauit. Hic porro gladius de quo loqtur Simeon (si sequẽtia examinemus) magis firmat quæ de sanctæ Virginis dolore ac tristitia diximus. Sequitur. n. Vt re-
V uelentur ex multis cordibus cogitatiões. Ad reuelandũ secreta cordium non tam ualuit Christi passio q̃ sapiẽtia uerbi. Gladius ergo Iesu Christi: qui Mariæ aĩam pertransierat Simeone loquente: qui prophetarũ more futuꝝ pro præterito posuit/ & enim de præterito ꝓphetari potest/ ille est quẽ uidit Ioannes in Apocalypsi/ ex utraq́ parte bis acutũ: quem rex iustus accinctus est femur: de quo dicitur uiuus est sermo dei/ & efficax/ penetrabilior omni gladio ancipiti. Hic gladius sapiẽtiæ dei/ quæ attingit a fine usq́ ad finẽ ꝑtransiuit animam Virginis: eã sapientia perlustrãdo: ut fortiter & suauiter oĩa disponeret: & cogitationes ex multis cordibus
X a matre Virgine reuelarẽtur. Quatenus ipsa plena sapientia intelligeret cor/ & secretũ diuini cõsilii diffinientis filiũ suum in mortem dari pro redemptione humani generis. Intelligeret cor & secretũ angeloꝝ uolentiũ per regem suũ de diabolo triumphari: hoĩem qui ab illis paulo minoratus fuerat/ reparari/ cœli ciuitatem quæ fuerat minorata obstinate superbientium maloꝝ angelorũ exilio/ reuersis post liminio hoĩbus supplemẽ-

tum habere: Intelligeret secreta dæmonum nolẽtium gratiæ participare: neq; regi æterno se nisi inuitos humiliare. Et iccirco quærẽtium illi resistere: & iustum pdere annitentium. Intelligeret secretã iudeorum inuidiam/ & inexplebilẽ auaritiam: per quæ Iesum uirum iustũ & deum crucifigi petebant. Intelligeret secreta sanctoꝝ in limbo existẽtium: & ab umbra mortis ad uiã pacis reduci expectantiũ. Intelligeret saluandorũ utilitatem: quæ in cuiusq; iusti corde uersatur. Et hæc intelligens a Christi filii sui passione originem ducere: esset qdem dũ ille pateretur tristis usq; ad mortem: sed cõsilio suo substinens/ per patientiã fortissimã: uigilans: per sapientiã solertissimã: notas nullas daret animi malis supati. Et uos fratres charissimi substinete hic: & nõ tam mecũ q̃ cum mr̃e domini nostri Iesu christi uigilate. Vt qm̃ necessitatem patiẽdi: & passionis domini nostri Iesu christi ueritatem audistis: quo ordine passus est intueamini.

Quem ut ad integrũ ꝓsequi & retinere possimus: per acta digeremus: & cuiusq; actus seriẽ ex uno euangelistarum describemus imprimis: nisi forte pro integro ueritatis tenore ex pluribus euangelistaꝝ locis actus ipse constiterit. Compellemur.n. locos ipsos ex pluribus euangelistis sumere: & ad integrũ historiam texere. Quod ante me Augustinus & Ioãnes Gerson facere aggressi sunt: & nõ inutiliter ueritatis euangelicæ studiosis seriose scriptum reliquerunt. Post hæc ueritatis seriem (ut præfati sumus) enarratam declarabimus. Attendite hic: substinete: & uigilate. Dũ passionis domini nostri Iesu Christi seriem distribuo: distributam enarro: & enarratam declaro.

Tertia pars principalis.

Distributio passionis domini nostri Iesu Christi.



ORDInem dolorum: tristitiarumq; dñi saluatoris: & matris eius (quod tertio loco promissimus) declaraturus: ut piis mẽtibus substinere seriosius: & uigilãtius ea conseruare possimus: apparatum eorum imprimis: deinceps executionẽ describere institui. Quæ si quis forte usitatioribus noibus uelit accipe: antecedentia primum: instantia secũdũ poterit appellare. Apparatum siue antecedẽtia scribũt euangelistæ & præsertim Ioannes ab eo loco ubi dicit. Ante diẽ festũ paschæ: usq; Aue rabi. Vbi narratur Iesum a Iuda per osculum tradi. Instantiam

siue executionem scribunt euangelistæ ab eo loco ubi referũt Iesum Iudæ dixisse. Osculo filium hois tradis: usq; dum narrãt ꝗ Iesus inclinato capite emisit spũm. Lateris uulnus: & quæ secuntur/depositionem. s. funeris unctionẽ: conditurã: sepulturam: & custodiam: subsequẽtia fuisse passionem agnoscamus. Non. n. dolorem: pœnam: cruciatumue aliquẽ afferre potuerunt domino saluatori: cuius corpus exanime sentire non potuit læsionem.

Apparatus siue antecedẽtium Christi passionem distributio.

Y pparatum quem diximus: siue antecedẽtia christi passionẽ: salua uator noster quõ ordinari uoluerit: nunc audite. Mos est præceptoris procul a discipulis abeuntis: cõmonere illos: ut instituta traditæ doctrinæ diligẽti memoria teneant: & cum facto opus est: opere compleant. Amicus ab amico discessurus: aliquo insigni munere amicitiam contestatur. Paterfamilias moriturus: testamẽto cauet hæredibus. Dux pugnã initurus: diuersa belli instrumẽta examinat: & experitur: ut uincat. Relinquebat dñs Iesus dum iret ad pœnas discipulos suos. Igitur ante passionẽ humilitatis præceptum: quasi uirtutũ omnium basim: & propugnaculũ: suæq; uitæ breuiarium: siue summariũ: prius ope: deide uerbo illos in mentẽ semp habere mãdauit Sepabatur a mr̃e charissima filius amantissimus: ab apostolis sũma charitate dilectis: princeps & amicus optimus. Donauit illos mũere p̃ciosissimo: & amoris sui certissimo: atq; firmissimo testimonio. Ibat ad mortem pr̃familias diligentissimus/ & iccirco testamentum accuratissime ędidit. Neq;. n. tm̃ patremfamilias decedere decuit intestatũ. Post quæ certamen passionis ingressurus dux noster examinat/ & sedula mẽte reuoluit passionis instrumẽta/ dolorũq; cruditates sibi subeundas. Ita mente firmatus pugnã ingreditur: per uarios cruciatus ab hostibus oppugnatur. Quoꝝ ordo pro rerum/ locoꝝ/ & oppugnantiũ uarietate constabit/ Si prius quæ passionem antecessisse perstrinximus/ utcunq; deus præstare dignabitur explicuerimus: & hæc ipsa ne excidant/ singula singulis nominibus nũcupauerimus. Instructionem primũ/ Alterum donationẽ/ Testamentũ tertium Quartũ examẽ appellantes. Quæ singula quoniam oportunitate/ utilitate & efficacia condienda sunt/ ꝙ copiose hæc oĩa Christi admonitio contineat/ a Ioãne euangelista sumite ubi dicit.

a Nte diem festũ paschæ/ sciens Iesus qa uenit hora eius ut trãseat ex hoc mundo ad pr̃em: cũ dilexisset suos qui erant in mundo: in finẽ dilexit eos. Et cœna facta: cũ diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis scariothis: sciẽs quia oĩa dedit ei pater in

manus/

manus: & quia a deo exiuit: & ad deum uadit: surgit a cœna: & ponit ue stimenta sua: & cum accæpisset linthcũ præcīxit se. Deinde misit aquam in peluim: & cæpit lauare pedes discipulorum: & extergere lintheo: quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrũ: & dicit ei Petrus. Dñe tu mihi lauas pedes? Respondens Iesus: dixit ei. Q uod ego facio tu nescis modo: scies autẽ postea. Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes in æter num. Rñdit ei Iesus. Si non lauero te: nõ habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus. Domine nõ tm̃ pedes: sed manus & caput. Dicit ei Iesus. Q ui lotus est nõ indiget nisi ut pedes lauet: & est mũdus totus. Et uos mundi estis: sed non oẽs. Sciebat.n. quisnam eẽt qui traderet eum. Pro pterea dixit: non estis mũdi omnes. Postq̃ ergo lauit pedes eoꝝ: accæpit uestimenta sua: & cũ recubuisset iterũ dixit eis. Scitis qd fecerim uobis? Vos uocatis me magr̃ & dñe: & bñdicitis. Sum &.n. Si ergo ego laui pe des ur̃os dominus & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ.n. dedi uobis: ut queadmodum ego feci uobis: ita & uos facia tis. Amẽ amen dico uobis: nõ est seruus maior dño suo: neq; apostolus maior est eo qui misit illũ. Si hæc scitis beati eritis si feceritis.

Vt non ita in die: sicut ante diẽ festum paschæ hæc fecit domi nus? Audi ab euangelista. Sciens Iesus quia uenit hora eius. Cu ius eius? Eius passionis: eius mortis: eius transitus: uel transcen sus. Pascha q̃ppe iuxta Hieronymũ utrũq; sonare uidet̃. Sed qualis trã situs: uel transcensus? Audi. Vt transeat ex hoc mũdo. Est ne hic paruus transitus: uel trãscensus? Si transiturus esses Pyrrheneũ: aut caucasum: si mare Ionium: aut Egeũ: aut Oceanum transfretares: magnũ transitũ nõ immerito facturus diceris: tibiq; uidereris. Discipulis: & amicis nõ ab re consuleres. Trãsiturus erat Iesus de hoc mundo: oẽs montes: oĩa ma ria continente. Sed ad quẽ transit? Ad prẽm luminum: patrẽ misericor diarum: & deũ totius consolationis. Non incõdite igitur ante hunc trã scensum monitis discipulos illuminat: munere demulcet amicos: testa mentiq; sapiẽtissima serie familiã consolatur. Hæc porro oĩa ante diem festũ paschæ facta sũt: ne in die paschæ cũ transcundũ: & transcẽdendũ erat spacium tam immensum: fierent minus cõmode. Non.n. bñ mo net qui iam trãsit. Nõ cõmode donat: qui trãsuolat. Non apte testatur: qui iam moritur. Vt disceremus non differre ad diem mortis: quæ uiuẽ tes: scientes: & prudentes facere nos conuenit. Sciens dñs Iesus oĩa quæ uentura erant super eũ in die paschæ: & sciẽs qm̃ per mala eo die ingruẽ tia: ex hoc mũdo ad patrem trãsiturus erat ante diẽ paschæ: cum dilexis set per oẽm uitam suos discipulos: suos amicos: suos familiares: q erant

tunc/& postea futuri erant in hoc inferiori mundo/homines.s.quos ad
B redimendum uenerat. In fine uitæ mortalis dilexit eos magis q̄ antea di
lexisset. Nō quidem per affectionis augumentum: sed per inditium, &
effectum aptius monstratum. Nam si probatio dilectionis exhibitio est
operis: ubi maiora beneficia exhibentur: amoris probatiões accrescunt.
C dilexit igitur magis.i.maiora amoris indicia protulit. Et cœna legali fa
cta.i.māducata/a cibo per legem uetito lapsus hominis in primo Adam
sumpsit exordiū: a legali cibo Adæ secundi repatio hominum inchoat'.
Cum iam ante diabolus: qui primus subuertit Euam: qui præcipitauit
Adā: misisset per suggestionem cum machinis auaritiæ & ingratitudinis
omnium nephādissimi criminis in cor: in uoluntatē (Mittitur enim in
uoluntatem qcquid se factur ū quisq; proponit) ut traderet eum pdito
rie Iudas Simeonis scariothis. Vide q̄ bene hic nomina rebus de quibus
agitur conueniant. Iudas (si Hieronymo credimus) glorificans sonat.
Eua se glorificans suasu diaboli superbientis/primū Adam perdidit. Iu
das ditari uolens/diuitiisq; gloriosus euadere: secundū Adam occisori
bus perdidit. Simon ponens tristitiam/uel mœroris auditor (eodē Hie
ronymo interprete) sonat. Prima mulier præuaricata/primum Adā de
dit in manus hostis antiqui: unde tristitiā inter homines plātauit. Qua
re non imerito mœrorē audiuit: qn̄ maledictū accæpit. In tristitia paries
filios. Et Simon tradens secundū Adam tristitiā posuit in illo: & in eius
matre qualē iam uidimus: qualem & ipsi nos modo sentimus. Auditor
quoq; mœroris & furoris fuit quādo per accidiam/& mœstam despera
tiōem/a se ipso fune suffocatus interiit. Scarioth etiā (ipso Hieronymo
dicente) merces sonat/uel mercedem accæpit. Eua præcipitans uirū suū/
pro omni scientia/erubescentiā & cōfusionē condignam mercedē accæ
pit. Et Iudas uendens magistrum suū: proq; eius sanguine triginta argē
teos mercedis nomine accipiens: uere scarioth mercedem accæpit quam
oportuit/pro cōcupita gloria: iudeorum.s.derisionē & ignominiā infa
D mixæ sempiternā. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.* Non mi
rum si bn̄ docuit qui fuit sciens. Signū nempe scientis est posse docere.
Non mirum si liberalis filius & magnificus lōge donauit: qn̄ oīa dedit
ei pater: & deus ac dn̄s omnium in manus: in libera potestate distribuē
E di. Et sciens quia a deo exiuit/per æternam generationē: a deo exiuit tē
poraliter missus in carnem. Et sciens quia ad deū uadit per mortalitatis
depositionē. Moriēdo nanq; sciuit se imortalem fieri. Ad deū uadit: eius
iussa complēdo. Non mirū igitur si sciens mortē per quam ad deū uadit
sibi iminere de proximo/priusq̄ ad illum igrediatur conficit testamētū.
Surgit a

Surgit a cœna Primus Adam comedendo ceciderat: secundus cõtra sur git manducans: ut qui in illo per esum cibi uetiti ceciderant: in isto per esum panis angelorũ assurgant. Primus Adam a luce matutina (quæ deus est) oculos auertit: seq; ad ambigua & obscura mulieris uota / quasi ad uespertinum crepusculũ transtulit: unde quasi per cœnam cecidit. Secũdus igitur Adã oportune surgit a cœna. Ille a primo cibo cecidit: iste ab ultio surgit. Per primũ cibũ illius paradisi uoluptatis amœnos fructus / in cibum nobis datos amisimus. Per ultimum istius comedere / & bibere possumus / sup eius mensa in regno pr̃is. Non quidẽ cibos dentibus mã dendos / deglutiendos gutture / aut uentre digerendos: sed semper in ore mansuros: miraq; suauitate animã simul & corpus sine defectu refecturos. Semper. n. laus dñi erit in ore iustorũ / dum omni tpe dñm bñdicẽt. F G H

Et ponit uestimẽta sua: non quidẽ omnia: sed superiora siue exteriora: quæ magistri speciẽ præferebãt: quasi ministri psonam / habitu ipso professus est. Et primus Adam qñ peccauit non oino nudatus est: quia solã iustitiam originalẽ & quæ illum gratũ deo faciebãt amisit. Naturalibus bonis atq; gratuitis: non ẽ priuatus: licet aliquãto debilitatus sit: & filius dei pro nobis filius hominis factus / interiorem hoiem quem assumpsit: deitatis contubernio beatũ fecit: exteriorem beatitudinẽ non penitus defraudauit. Quem. n. semp passionibus exposuit: peccatis semper immunem cõseruauit. Itaq; qui nascens se impassibilitate spoliauit: quæ desẽ dit exterius: impeccabilitatem uero retinuit quæ tuetur interius. Vltimo cœnans exteriorem uestẽ deposuit: retinuit interiorẽ. Et cũ accepisset lin theum. I

Primus Adam qui iustitiã originalem amiserat / qua mens recte ferebatur in deum: quid alíud accipe potuit aut decuit q̃ brutalem apeti tum: quẽ fuerat stulte secutus? Tunica igitur pellicea de brutorũ animalium pellibus cõfecta: talem Adam primũ monstrauit exterius: qualem se ipse fecerat interius. Has porro pelles aialium mansuetorũ dorsis detractas ego crediderim: quæ timida sunt: & multis incõmodis disposita. Et primus Adam timore correptus abscondit se: audita uoce dñi dei: & suæ nuditatis incõmoda professus est. Contra secundus Adam lintheũ accæpit. Mos erat Romanis aliquo publico munere fungi petẽtibus: ad obtinenda populi suffragia candidatos incedere: ut candida ueste nitorem uitæ præ se ferrent. Dñs itaq; Iesus redemptoris & repatoris mox officio deo iubente & patriarcharũ cœtu postulante functurus: lintheum accæpit: quasi candidatus incedens: ut uitæ puritatẽ & integritatẽ ostenderet præcinxit se. Qui enim sua uoluntate homo factus fuerat: q corpus suum ex purissimo uirginis matris sanguine formauerat: cuius caro

nulla libidine fuerat coagulata: cuius animã nulla peccati labes cõtaminauerat: qui grã accumulatissimã: nullius merito fuerat assecutus. ipse
K lintheo se præcinxit. Deinde mittit aquam in peluim. Aqua cõtritio est: peluis uolũtas continens aquam. Contritio. n. uera nõ est nisi fuerit spõte suscepta. Et quia hæc contritionis gratia non uolentis neq; currentis: sed dei miserantis est. Dominus Iesus Christus deus uerus mittit aquam in peluim: mittit in corda nostra cõtritionis gratiam: ut aquis baptismatis mundemur a culpis.

De uirtute & ratione baptismi & cõtritionis eorũq; contubernio.

Onne baptismus ianua est prima salutis? Vt quid igitur ad baptismũ præuiam cõtritionem adduxi? Nõne infantuli qui baptizantur/a peccato uere lauantur? An quia cõtritionẽ habere per ætatẽ nequeunt: a peccato plene non liberantur? Nõne post baptisma peccantibus: pœnitentiæ sacramẽto peccata relaxantur? neq; tñ rebaptizantur. Vt quid igitur cõtritionẽ baptismi sociam & præuiã esse confirmo? Est certe baptismus prima salutis ianua: sed hæc ipsa ianua seras habet: & quasi uectes: & cardines quibus substentatur: firmatur: & clauditur. Cardines sunt intentio baptizantis & baptizati: ut. s. ille dare uelit: & iste accipere quod Christus baptismi ablutione promisit. Vectes sunt aquæ substãtia: uel æquiualens illi: si usq̃ gentium in igne aliaue substãtia a primordio nascentis ecclesiæ baptizatur. Vel si quis in proprio sanguine per martyriũ emundetur. Clauis cõtritio est qua apitur anima: ut aqua gratiæ ad illam abluendã ualeat pertrãsire: Nam si adultus aliquis fuerit baptizandus: adsint licet uectes substantiæ uñ baptizetur: sint cardines: ut baptizare ille uelit: & iste baptizari: si eũ qui baptizatur pro peccatis cõmissis amaritudo cõtritionis non teneat: nõ assequitur gratiam: Sicut neq; qui obicem ponit uolũtatis auersæ obtinet illam. Licet uterq;
L obtineat ius ad illã. Qua de re iam alio loco diximus copiose. Quoniam uero infantuli nondũ actu aliquid peccauerũt/contritio illis non est necessaria. Opus est tñ a peccato origĩali uelle purgari: & Sathanæ operibus nolle cõsentire. Quæ qm̃ profiteri nequeũt qui eos pñtant (quos patrinos dicimus) pro eis uoce promittũt. Interrogato nempe inter baptizandum infante an uelit baptizari. i. a peccato purgari/rñdent patrini ꝑ eo: uolo. Interrogato abrenuntias Sathanæ? rñdent abrenũtio. Et omnibus pompis eius? rñdent idem. Et omnibus operibus eius? Tertio di
M cunt abrenuntio. Hæc porro abrenunciatio: hoc uelle baptizari qd est aliud q̃ cõfessio pœnitudinis? quod in iniquitatibus qui baptizatur con
N ceptus sit: & in peccatis eũ peperit mater sua. Et in sacramẽto pœnitẽtiæ peccata

peccata post baptismũ perpetrata uere remittuntur:nõ tñ sine baptisma te:quod qa pcesserat/pœnitẽtiam efficit fructuosam:quæ sine baptismo steriles attulisset aristas. Itaq; pœnitẽtia/& baptismus/sic se habent.

De admonitionis domini Iesu utilitate in humilitate fundata & ipius humilitatis præstantia

r Videamus uñ discessimus/& admonitionis quã fecit in ultia cœna dñs Iesus,pprias oportunitates inspiciamus. Supbia inane.s. desideriũ sciẽdi oĩa per qđ deo hoĩes æquarẽtur/Euam omniũ hoĩum mrẽm psuasit adhærere serpẽti:deiq; se subtrahere uoluntati. Mr̃ igit̃ nr̃a scã ecclesia catholica mr̃ inq̃ credẽtiũ:mr̃ oĩum hoĩum uerã ui tã uiuentiũ/cõtra supbiã ante oĩa fuerat muniẽda:ne uineã eius deuastaret aper de silua/ne singularis ferus draco ille magnus depasceret eam. Itaq; apostolo℞ collegium qui sunt ecclesiæ prima structura/humilitate oportebat cõmuniri. Vis nũc humilitatis/& Christi admonitionis intelligere utilitatẽ? Vide qd utilitatis afferãt præ dura & grãdia fundamenta magnis ædificiis. Vide qd intersit domũ in harena/in luto/uel area non solida:& in lapide firmo construere. Quid porro firmius/qd solidius/qd immobilius humilitate? Hæc mundũ uincit:& spernit:diabolũ fugat:carnẽ penitus ignorat. Dum.n.uere humilis nihil sibi arrogat:& oĩa quæ mũdi sunt/aliena iudicat/nihil habet cõmune cũ mũdo. Diabolus supbiæ maritus/pr̃/& alũnus/quẽ uidet humilẽ nõ aggreditur:quasi nihil secũ cõe tenentẽ. Qui insup humilitatis studio mũdo iã renũciauit: carnẽ propriã indignã suo existimat obsequio. Ita semp sibi satis est:seq; cõtentus. Non mirũ igitur si oĩum uirtutũ fundamentũ & psidium censetur humilitas. Quæ uiciis nullis cedit:nequitias mundi:diaboli:& carnis penitus nescit. Nempe ea uirtus quæ pluribus resistit uiciis:uiã salutis ambulantibus maxime oportuna debet haberi.

De humilitatis exẽplo per dñm Iesum tradito.



AD Persuadendũ plus semper opa ualuisse q̃ uerba nemo dubitat. Quis ad luctum prouocaturus astãtes:uestes lætitiæ sumpsit? Quis in ueste lugubri risit: aut uultus serenitatẽ prætulit? Quis eructãs crapula parsimoniam psuasit astantibus? Quis iter scorta castos auditores effecit? Marcus antonius uerbis nõ satis fidẽs:cũ necem Iulii Cæsaris accurata & mœsta oratione lamẽtatus eẽt:interiorẽ illius tunicã

sanguine consparsam: multisq; cōfossam gladiis pro rostris ostendit. Ita auditores quos lōga orone nōdum in suam sententiā traxerat/ mox per oculos accendit: raptisq; præ animi feruore ignitis torribus: concionem in occisores cōcitauit. Dominus itaq; Iesus Christus humilitatē suis discipulis persuasurus: se ipsum illis exhibuit in humilitatis exemplū: lauādo discipulorū pedes. Alicuius loturus pedes genuflectere consueuit & demittere caput. Qui lotos pedes abstergit suis genibus illos imponit. Ergo ille cui paulo ante decantatū fuerat: o sanna filio Dauit. i. salua obsecro fili Dauit: qui missus es a deo deoꝝ dño cū auctoritate summæ potestatis: ille cui iudeoꝝ turbæ in lætitiæ & uictoriæ signum ramos de arboribus: cui honoris grā pueri hebreorum uestimēta strauerunt in uia. Ille qui uocatus a discipulis dñs & magister paulo post dixit: bñ facitis: Sum etenim dñs iure creationis: cōseruationis: & redēptionis: Sum magister iure eruditionis: & disciplinæ salutaris: opere & uerbo traditæ solertissime. Ille inq̄ talis ac tantus dei filius deus uerus: cui omne genu flectitur: cœlestiū: terrestrium: & infernoꝝ: Genuflectit nunc coram discipulis: & ad eorum lauādos pedes caput inclinat: caput inq̄ gloria & honore coronatum. Manus demittit: manus cœlum & terrā continentes. Lotos pedes abstergendos genibus suis imponit. Genibus quoꝝ superioribus sedes est cœlum: quorū inferioribus terrarum orbis scabellū est: quæ maioris humilitatis signa: immo expimenta certissima dari potuerūt? Hæc uero profundæ humilitatis exempla tam magna tā multa: ideo in aquæ natura facta sunt: ut quēadmodū ab initio spūs domini ferebatur super aquas/ ut mūdi informis machina/ pondus/ numerum/ & mensurā per illum acciperet. Ita in fine tēporum mores hominis (qui minor est mūdus) informes: & nulla rationis norma moderati/ sed pondere numero & uirtutis mēsura carentes/ p sanctā humilitatē mrēm morū/ & p aquas baptismatis ad lineam uitæ: uiamq; salutis æternæ reducerentur.

De figura & prophetia baptisma præsagiente & de imitando humilitatis exemplo a domino dato.

f Igurauerūt hanc aquam aquæ diluuii: quibus deleta est omnis caro: & hæc aqua baptismatis/ hæc pedū lotio/ ueterē hominē extinxit: creauit nouum: hæc est aqua quā propheta cecinerat. Effundam sup uos aquam mundā & emundabimini ab omnibus inquinamētis uestris. Vnde dñs dixit. Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet/ & est mundus totus. Per hanc aquā ab omnibus iniquitatibus abluentem: Ideoq; sicut in figura iudei anteq̄ cibum sumerēt lauabant oīa quæ nouerant in corpore contaminata/ præter pedes: quos cubitū eūtes

pro mo

pro more lauabant/ut penitus mundi qescerent. Et iccirco in conuiuiis mos erat illis apponere idrias aquæ plenas/secundũ purificationẽ iudeorum/teste Ioanne. Ita dominus Iesus Christus in quo figuræ cessabant: & nuda seueritas oñdebat munditiam plenã interioris hoĩs: per aquam de more paratam in sua ultima cœna: in hac pedum lotione declarauit: docuitq; apertissime: quod suũ prophetam iusserat prædicare: aquam uidisse egredientẽ de templo ab oriente a latere dextro: qua omnes salui facti sunt: ad quos illa peruenit. Itaq; Petrũ hac lauari recusantem increpãs dominus dixit. Si non lauero te nõ habebis partem mecũ. Quod facio modo edictũ de baptismo: quo saluabũtur homines: tu mõ nescis: scies autem postea. Cum præconia uoce mundo promulgabitur: q̃ qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Si igit̃ uere Christi discipuli sumus. Non tantũ pedes. i. affectus: quibus gestamur quasi pedibus: sed & manus. i. opa quæ manibus cõplentur. Et caput. i. intentionẽ: caput operũ nostroꝝ. Hac aqua dudũ p̃figurata & præsagita: hodie uero oñsa & exhibita lauemus oẽs. Huius rei gratia heri religiosoꝝ patres filiorũ: & discipulorũ suorũ lauerunt pedes: ut exemplũ humilitatis illis exhiberẽt: hos ut imitemini p̃res mr̃esq; familias: moneo: hortor: oro: & obsecro. Ita eritis in domibus u̾ris quasi Xp̃s ĩter apostolos: u̾ra familia erit quasi apostoloꝝ collegiũ Christo: uobis subdita & subiecta: nõ erit in illa ãbitio p̃sidẽtiæ quã ab apostolis remouit saluator nr̃: quẽadmodũ sequẽtia dclarabũt: si obstiueritis & hic mecũ uigilaueritis dũ illa paucis absoluo.

Admonitio facta a dño Iesu de studio humilitatis amplectendo.

Lotis & abstersis discipuloꝝ pedibus: Iudaq; ꝓditore ab hoc obsequio: ab hoc honore nõ excluso: Vt disceremus pditis ẽt hominibus dũ occulti sunt honorẽ & obsequiũ nõ denegare: magister oĩs sapiẽtiæ lintheũ deponit: & discipulos suis locis ad discũbendũ p̃missos: post oẽs suo loco ipse recũbẽs sic alloqtur. Scitis qd fecerim uobis? Vos uocatis me magr̃ & dñe & bñ̃facitis. Sum etenĩ. Si ergo ego laui pedes u̾ros dñs & magister: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Hũilitatẽ quã facto docuerat nunc uerbis suadet. Miramini fortasse cur media cœna uos laueri pedes: & p̃ter morẽ interrupim ordinẽ comedendi? Scitis qd feceri uobis. i. ad u̾ram utilitatẽ. Scitis ne quare ĩterruperim cœnã u̾ram? Scitis cur ego semicœnatus surrexeri? lintheo me p̃cinxeri? aquã paraueri? Sigillatĩ a cœna ad pedũ lotionẽ uos uocaueri? Sĩguloꝝ pedes laueri? & ad discũbẽdũ redire uos iusseri? post oẽs ego ad discũbẽdũ redierim? Illis tacentibus: & silentio se ignaros ꝓfitentibus/apit cãm. Vos uocatis me magr̃ & dñe, & bñ̃facitis: qa ueritatẽ agnitam nõ tacetis.

P

Non approbo inanis gloriæ studio/& uento elationis hæc honoris nomina:mihi per uos tradi. Approbo quia benefacitis:approbo studiũ uestrum:agnitæ.s.ueritatis professionem. Sum etenim. Sum ille qui uere sum/in quo nõ est/est & non:in quo non est fuit & erit:in quo semper est sum. Sum inq̃ magister nõ cuiuslibet mechanicæ artis:nõ quarũlibet liberaliũ facultatum:illæ sunt seruiles:istæ ambitiosæ. Sum magister sanans/& sanare docẽs corporis morbos/animiq; lãguores:sum magister resuscitans mortuos:resuscitatosq; in uita cõseruans. Sum magister qui uiam dei per quẽ fiũt omnia hæc/in ueritate doceo simul & exerceo. Bñfacitis ergo me appellare/& uenerari magistrũ. Magistrum inq̃ artis saluberrimæ/pulcherrimæ/honoratissimæ/ac maxime necessariæ. Sum dñs qui occidere possum/& uiuificare:pcutere/& sanare:de cuius manu nõ est qui possit eruere. Sum dominus qui habeo claues mortis & inferni: qui postq̃ occidero:possum animã & corpus mittere in gehẽnam. Sum inq̃ dominus a neq̃ seruis metuẽdissimus:colendissimus a fidelibus: Sũ dominus uirtutum: Sum rex gloriæ:sum dominus in uita æterna centũ pro uno retribuẽs:sum dominus qui erigit elisos:qui dirigit iustos:qui custodit pupillum:& uiduam:qui regno in sæcula sæculorum:qui solẽ oriri facio super bonos & malos:pluo super peccatores & super iustos. Si igitur ego dominus:& magister talis:ac tantus laui pedes uestros:ad exemplum humilitatis & bñficentiæ:uos debetis alter alterius lauare pedes. Immo longe magis debetis. Si non ignari mali miseris succurrere discunt. Quia ego pro uestra medicina:pro salute uestra:pro acquirenda uobis parte mecum in regno patris mei non habui rõnem cœnæ meæ: meæ cõmoditatis:& uos alterutrius salutem propriæ cõmoditati ãnponere nõne debetis? Si maior est refectio mẽtis q̃ uentris:ut corporis refectionem pro anima refocillanda ego uos interrumpere iussi:& uos pro uobis inuicem cur idem facere nõ debetis? Si horum gratia ego dominus & magister lintheo humanitatis præcinxi me deum: Si hãc ipsã humanitatem diuinitati sociatam & unitã in ratione personæ:factamq; cũ dei filio per quẽ facta sunt oĩa uere unum lintheo præcinxi:de magistri & domini forma:formã ministri suscipiẽs. Si hunc ipsum hoĩem uerũ: & deũ omnipotentẽ corã uobis genuflexi:caput & manus ad pedes usq; uestros lauandos inclinaui:genibus eius uestros pedes abstergẽdos supposui. Exemplũ:immo uero exempla multa & amplissima dedi uobis ad humilitatem fructuosam & oposam:ad humilitatẽ proximis utilem:uobis necessariã:imitandam & amplexandam. Vt queadmodum ego feci pro uobis:ita & uos pro uobis inuicem faciatis.

Admoni-

Admonitionis factæ ratio & utilitas.

Men amen. Hæc dictio in sacris litteris ueritaté tribus modis si- T
a gnificare dignoscitur. Significat.n.alicubi ueritaté in noie cōceptam: ut i Apochalipsi/hæc dicit sanctus amē.i.sanctus qui ueritas est. Aliquãdo significat desideriū futuræ ueritatis: estq; quasi aduerbium simul cōfirmãdi & optãdi: ut cū oratinoe ad deū peracta dicit populus Amē.i.firmiter utinam ita sit. Alibi uero uim obtinet cōfirmãdi ueritatem iam extãtem ut hic. Amen amē.i.uere uere. Et ígeminatur affirmatio ut ueritas & certitudo affirmati magis apiatur. Nō est seruus maior dño suo. Bello subacti/qui iure belli occidi poterãt/qñ seruabãtur in uictorum usus uictoriæue triūphos serui dicti sūt. Quis nūc hominum nō est seruus dñi Iesu oīum seruatoris? Ipse.n.per suam morté: morte & infernis doloribus debellatis: expugnatoq; principe tenebraꝝ: qui captiuum tãdiu humanū genus detiuerat: saluauit nos: nosq; seruauit ad triumphum gloriæ suæ. Quã de diabolo mūdoq; triumphabit in die iudicii: quãdo in curru maiestatis dei omnipotẽtis uectabitur sup rotis iustiuiæ & misericordiæ: comitatus multitudíe ínumerabilis exercitus sãctoꝝ angelorū. Nō est seruus maior dño suo/Vos aūt mihi serui estis qa uos X seruaui. Nō igitur estis maiores me: sed tãto minores: q̃to minor est honore/uel dignitatis gradu seruus dño suo. Neq; apostolus.i.nūtius maior honorabilior digniorue eo qui misit illū. Sicut neq; fonte dignior ē riuus quoniã esse & permanere hic accipit: ille suggerit semp: & uos mihi estis apostoli. Ego.n.mitto uos sicut oues íter lupos: qui quasi ouis coram tōdente sileo flagellatus: & dedi uobis exēplum humilitatis & bñficentiæ: uos ergo humiles esse debetis: atq; bñfici: nō habẽtes rationē boni an mali sint: qbus cōsulitis. Quia ego dñs uester: quia uos saluos facio. Ego magister qui ad docēdum uos mitto: laui ēt pedes uestros. Et licet Iudam futurū mihi ꝓditorem iam ab initio nouerim: proditionēq; nuperrime ab eo factam ítellexerim: laui tñ eius pedes: illi corã genuflexi: ut & uos ita faciatis: ut oretis pro persequẽtibus & calūniãtibus uos: ut bñfaciatis his q oderūt uos gratis. Si hæc scitis. Si hæc quæ feci lauãs pedes uros in humilitatis ac bñficentiæ exēplum satis intelligitis me fecisse/Beati estis in hac uita/Quia si beatus est qui habet quicqd uult/& uos per humilitatis & bñficẽtiæ studiū quicqd uolueritis assequemini. Voletis.n.ea oīa quæ euenient/qa per illa humilitas & bñficentia uestra probare augebitur/roborabitur aut laboris mercedem assequetur. Beati estis futuri in uita æterna: quãdo templū premii pro singulis uestris bonis operibus accipietis. Quãdo mecum sedebitis super tronos iudicãtes

duodecim tribus Israel. Q uando audietis a me. Venite benedicti pris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Q ñ sedebitis mecum in mensa patris mei/regis regum/deiq; deorum/& sa/turabimini æterna fœlicitate.

De cœnantibus cũ dño Iesu ultimã cœnã & munus ab eo accipiẽtibus.



MVNEris rationem/quo in eadem cœna cõuiuæ donati sunt Lucas euãgelista nos doceat. Hic.n.eius seriẽ præ cæteris euangelistis mea sententia scribit copiosius/ipsum audite. Et cum facta esset hora discubuit/& duodecim Apostoli cum eo:& ait illis. Desiderio desideraui manducare hoc pascha uobiscum anteq̃ patiar. Dico enim uobis/quia ex hoc non mãducabo illud/donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit/& dixit. Accipite/& diuidite inter uos. Dico enim uobis quia non bibam de generatione uitis:donec regnum dei ueniat.

n Os igitur huius narrationis seriem declarando euangelistæ ordinem non deseremus:sed quibus primo loco/deinde quid da/tum sit ostendemus. Memini dixisse me/matrem domini ultimam cœnam cœnauisse cum filio:cur igitur illam Lucas hoc loco non nominauit:sicut apostolos ex composito certo numero designauit? Certe si locus ab auctoritate negatiue sumptus ualet in historia:quando cõuiuarum numerus designatur ab euangelista scribente duodecim apostolos cœnauisse cum Christo:matrem domini quæ eo numero nõ clauditur:inusitatum:temerariumq; uidetur asserere:illo in conuiuio cœnauisse.
Y Sed nemo Christianus dominum Iesum resuscitatum a mortuis apparuisse matri dubitat:& ante omnes illi se uiuũ & gloriosum ostendisse. Hoc tamen nemo legit in euangelio. Q uid ita? Q m̃ quasi notorium hoc/& indubitabile quasi supfluũ scribere euangelistæ obmiserũt.
Z Fuit euangelistæ Lucæ ꝓpositũ scribere:qui discipuli cum Xp̃o cœnauerint illã cœnam:quia cum designasset dominus alios septuaginta duos:illosq; misisset in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse uenturus:ut constaret quot:quiue discipuli illi cœnæ iterfuerint:tradidit duodecim apostolos cœnauisse cum Christo. Ita locus sumptus ab auctoritate negatiue uim suam retinet. Q uando nullos alios discipulos nisi duodecim

per euã-

per euangelistas cum Christo cœnauisse describit. Sed cur non oẽs disci- A
pulos ad ultimam cœnã uocauit magister amantissimus? Ante oĩa existi-
mo non oẽs illum comitabatur assidue. Designati.n.fuerant septuagin-
ta illi duo alii discipuli ad oẽm ciuitatẽ & locũ quo erat ipse uenturus.i.
de uariis ciuitatibus ac locis euocati: ad illasq; remissi: singuli ad suas.
Hoc enim puto inter apostolos aliosq; septuaginta duos interfuisse di-
scipulos: q duodecim Christo fuerũt comites & cõmensales assidui. Re-
liqui rem suam suis indomibus actitabant. Nusq̃.n.legimus ultra illos
duodecim aliquos discipulos assidue Christum fuisse comitatos. In de-
serto nempe quo loco bis dñs de paucis panibus & piscibus nõ multis:
ingentẽ numerũ hoĩum saciauit: nõ plures q̃ duodecim cophinos frag-
mentorũ constat a discipulis eẽ collectos. quia.s.colligentes totidem fue-
rant. Mãducabatur legis edicto agnus per domos & familias. Quare fu-
it cõsentaneũ septuaginta duos agnũ legalẽ mãducare cũ suis. Et profe-
cto queadmodũ ad esum agni qñ non sufficiebat animarũ in una fami-
lia conuiuẽtium numerus: uicinus uocabatur ex lege: ita ubi agnus nu-
mero animarũ sufficere non poterat/dispartiri animas/& agnos multipli-
cari oportebat. Septuaginta duo additi/Christo & apostolis/octuaginta
quinq; numerũ adimplebant. Tot conuiuis nẽ uncia quidẽ carniũ agni
dari potuisset. Sed redeamus ad Lucæ narrationẽ unde discessimus. Cũ
facta eẽt hora, Cũ adesset tẽpus manducandi ultimã cœnã, Discubuit/&
duodecim apostoli cũ eo: & ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha mã- B
ducare uobiscũ anteq̃ patiar. Desiderio pio: desiderio magno: desideraui
cũ tõne magna. Quia magnũ desideriũ magnus amor facit/nemo desi-
derat magno desiderio cũ illis cibũ sumere: quos aut negligit/aut tepide
colit: & q̃to conuiuiũ est honoratius: illi cũ magis charis desideratius in-
tersumus. Hoc pascha. Erat hæc cœna legis instituto oĩum cœnarũ cele-
berrima: erat Christi nouo & excellentissimo ope super oĩa conuiuia in
perpetuũ celebranda. Qñ sacramẽta ecclesiæ a saluatore nostro in illa C
erant instituẽda/per quæ si tunc nõ apiebatur salutis ianua/adminicula
saltim parabantur/unde apertã adire/ingrediq; possemus. Filius aũt qui
amoris studio cum discipulis hoc pasca desiderio magno mãducare desi-
derauit/cur matrem longe magis amatã, in eadẽ cœna desiderare/& secũ
habere non debuit? Matrẽ præsertim a qua plus habuit q̃ filius a parenti-
bus habere possit. Habent illi a pr̃e (si multis medicis credimus) uniuer- D
sam carnem/neruorum/ossiũ/intestinorumq; substantiã/a matre fomẽ-
tum & nutrimẽtum, dũ maturãtur in aluo. Non est caro Iesu de semine
uiri formata. Non enim ex sanguinibus: neq; ex uoluptate carnis: neq;

ex uoluntate uiri: sed ex purissimo Virginis mr̄is sanguine conceptus est Christus. Aliaꝝ matrū sanguis cōtaminatus filios in utero uegetat: quos extra uterū positos pascit lac de ipuro sanguine cretū. Purus Virginis sanguis in Xp̄i corpus formatus est i Virginis utero ubi aluit: auxitq̧ formatum. Lac de puro sanguine eiusdē Virginis manēs ad ubera gloriosa alu it/uegetauit de utero natū. Quis neget talē filiū/taliter conceptū/tali lacte talis mr̄is educatū illā amauisse plusq̄ apostolos. Plusq̄ filius unq̄ ma trem amare potuerit? Dulcissime Iesu ultimā tuæ mortalitatis cœnā: cœ

E nam legis ueteris terminū extremū: cœnā legis nouæ initiū & fundamē tum desiderio magno manducare desideras cū discipulis tuis. Cur quæ so? Q m̄ illos multū amaui. Amauisti ne minus Virginē matrē tuam? Amaui lōge magis. Cur bone Iesu desiderio magno desiderasti hoc pa scha cū tuis discipulis mādúcare anteq̄ patiaris? Vt i hac ultia cœna illos admoneā humiles eē. Nōne mr̄ tua per suā humilitatē te cōcepit? Nēpe quia pr̄ tuus deus oīpotens/respexit humilitatem ancillæ suæ/mr̄is tuæ/ beatā illā dicunt oēs generationes. Cur tu humilitatē docēs: exemplum humilitatis amplissimū tecū nō assumes? Magister humilitatis filius: hu militatem ad extremū suos discipulos edocturus/cur matrē humilitatis magistrā optimam non habeat secū? Cur ó bone Iesu magno desiderio hoc pascha cū discipulis manducare desideras? Vt recedēs ab eis postq̄ il los plene instruxero: donē munere pulcherrimo ac p̄stantissimo. Vis ne igitur mr̄em tuam: matrē plus te amantē q̄ se/matrē cuius solius lacte pa stus es per infantiā: de cuius labore manuū es per oēm pueritiam educa tus: mr̄em quæ te semp secuta est: quæ in te solo spes suas oēs collocauit/ ab hoc munere excluderē? Volo pignus amoris idubitabile: hoc in meo discessu amicis dare. Quis illo dignior est mr̄e tua? Volo cibum dare in solitū: inauditum: reficiētem aīam non carnē. Cui hic cibus erit suauior q̄ aīæ matris tuæ. Quæ porro anima ad illū accipiendū: retinendū & se in eum transformandū est aptior q̄ anima matris tuæ? Volo donare me ipsum. Cui te melius q̄ mr̄i donabis? Quis dignior mūere tāto? Quis illud gratius accipiet? melius cōseruabit? Tu dn̄e Iesu qui legem tulisti ab initio: ut parētes suos colerēt liberi: qui per tuā infantiā matri subdi tus eras; qui per oēm uitā illā honorasti: plusq̄ matrē unq̄ filius obserua uerit: credo certe: & ni firmiter crederē errare grauiter me putarē: credo inq̄ te qui paschalē cœnā cū duodeci apostolis magno desiderio deside ras māducare: qa magno illos amore ꝓsequens: maiori desiderio illā cœ nauisse cū matre: quæ plusq̄ apostoli te amauit: & tu illā super apostolos amare & colere studuisti. Adā sociā cōtristari nolēs comedit iprudēs qd'

illa por

illa porrexit. Christus sciens & prudēs, tristis effectus usq; ad mortem/ut ad pœnas pergat alacrior/cū apostolis cœnare desiderat. Quatenus intercœnandum ecclesiæ sacramenta conficiat: & moriens inter pœnarum angustias illis efficaciam largiatur.

De sermone domini munus antecedente.

Dico enim uobis quia ex hoc nō māducabo illud donec impleat̄
d in regno dei. Dico.n.idest certe. Quis pōt dicere certius q̄ dn̄s Iesus qui est ueritas & certitudo certissima/uobis discipulis uobis credētibus. Lux.n.erat dn̄s Iesus: quæ lucet in peccatorum tenebris: & tenebræ eam non comprehenderunt: quia fidei lumen nō acceperūt. Quia ex hoc.i.post hoc/ex.n.& de sacris in lr̄is sæpe ordinē sonant sibi succedentiū rerum/Sicut ex quo facta est uox.i.postq̄. Ex nihil uel ex nihilo deus fecit oīa. Prius nihil erat creatū: & postea a deo creata sunt oīa. F
Ex hoc post hoc tempus: post cœnā in qua pascha manducabimus: non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Nūquid postq̄ pascha fuerit impletū: in regno dei illud māducabit dn̄s Iesus? Minime. Quoniā cū uenerit quod pfectū est: euacuabitur qđ ex parte fuerat. Itaq; dn̄s Iesus qui per suā passiōem imortalis efficitur/& gloriosus: cibo post illā non erit indiguus. Quare hoc pascha pacto: aliud minime māducabit. G
Neq; uero aduerbiū donec semp id sonat ut fiat post aliqđ: qđ antea nō fiebat. Dicit.n. Dauit. Sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorum: ubi inimicis positis sub pedibus saluatoris sedere nec incipit nec cessat rex pacificus: ad dexterā patris: qui in principio erat apud deū: & erit semp quoniā est deus. Item donec trāseat cœlū & terra: sursum est dn̄s: non hoc sibi uult: ut postq̄ cœlum & terra trāsierint: desinat dn̄s uel incipiat esse sursum qui magnus est & sup oēs deos: supraq; cœlos oēs. Quod ergo dixit donec cōpleat̄ in regno meo: ē potius redditio causæ: q̄ reiterationis indicium. Vt sit sensus: quia pascha quod māduco impletur: & finē habet in regno dei: in ecclesia militāte: quam per sacramentorum cōfectionem exordior. Ideo ex hoc.i.post hoc: illud.s.pascha mosaycum: non manducabo: quia obseruātia huius figuræ tollit̄ e medio: & illi succedet eucharistiæ sacramentū. Vel quia in regno dei.i. ecclesia triūphante: ad quam per meam passionē uenient hoīes: complet̄ur omne pascha.i.oīs transitus & permutatio. Nulla.n.est apud patrem luminū transmutatio. Et ut aptius sensum huius scripturæ referā: qa imminet pascha aliud in regno dei: Sacramentorum.s.noua traditio in mundo inferiori: gloriæq; cœlestis plena possessio in mūdo supiori. Ideo nō comedā post hæc illud pascha mosaycū: quod uobiscum nūc māduco. H

De uino in potum dato discipulis ante muneris exhibitionē.



ET ACCEPTO calice gr̄as egit: & dixit. Accipite & diuidite inter uos. Dico.n. uobis quia non bibam de generatione uitis: donec regnū dei ueniat. Q uum saluatorem primo uinū non bn̄dixisse: sed tantum accepto calice gr̄as egisse: discipulisq̨ dispartiendū inter se tradidisse legimus. Cū uero iam panem sua bn̄dictione uertisset in carnem: uinum bn̄dixisse: & in sui sanguinis substantiam cōmutasse: bis a dn̄o in cœna discipulos fuisse potatos aduertamus oportet: uino.s. ante cōsecrationē panis: deinde sanguine in calice consecrato. Accepto ergo calice. Vas erat quo bibere solebant in mensa conuiuæ. Est porro rationi cōsentaneum hoc uas (cuiuslibet figuræ fuisse credatur) fuisse grādiusculū: ut de illo tot homines bibere possent. Gratias egit deo: q̨ suū desiderium de legali cœna cū matre & apostolis sumenda complesset. Potuerunt (ni fallor)

K hæc fuisse uerba dn̄i Iesu calicem tenētis in manu. Gratias tibi ago optime pater: q̨ desiderii mei compotē me fecisti. Manducaui pascha cū matre: cum discipulis meis: quod pro amoris magnitudine: pro tēporis longa expectatione: pro iminenti magnæ necessitatis articulo: desiderio magno complere desideraui. Laui pedes apostolorū: ut plene illos mundarem: mundatosq̨ relinquerem. Mūdati sunt. Gr̄as ago tibi: a quo bona cuncta procedunt. Vertit post hæc sermonem ad apostolos. Q uum igitur comestus est legalis agnus: & loti sunt pedes uestri ut humilitatē discere tis & beneficentiā: en ego dominus uniuersæ terræ: & oīs ueritatis edocē de magister: qui ministrū me gessi: lauans pedes ur̄os genuflexus coram uobis: nunc sedens inter uos / & in loco magistri / iterū quasi minister uobis potum porrigo. Accipite & diuidite inter uos / unusq̨sq̨ habeat partē suam. Diuidite inter uos inq̄: ne quis uestrum sit talis muneris expers: sicut neq̨ quispiam a pedum lotione exclusus est. Dico enim uobis q̨ non bibam de generatione uitis. i. uinū in uitæ generatum: donec regnū dei ueniat. Hæc ut prius intelligenda sunt. Q uasi dicat hoc ultimo quo bibo uos omnes bibite mecum: post hunc enim potum traditum discipulis: dominus Iesus non bibisse legitur.

An dominus Iesus suæ matris lauerit pedes sicut apostolorum pedes in ultima cœna.

q Via intelligere mihi uideor ambigi hoc loco inter uos an Christus matris suæ lauerit pedes/& an illi porrexerit potum sicut discipulis/afferam quid de his rōni cōsentaneū uideat: ferre inde sentētiam urūm fuerit. Obmitto pudorem Virginis nō decuisse nudos pedes lauandos corā tot uiris offerre: qui si erant discipuli domini Iesu: homines tamen erant: nōdum in gratia confirmati: nōdum pedes.i.affectus purgatos habētes/quos purgare restabat. Erat Virgo gratia plena: erat obumbrata spū sancto: cuius uirtute oēs eius affectus temperati fuerant. Quod igitur in ea lauaretur habere non poterat: non poterat etiā partem nō habere cū filio: quæ gratiam apud dn̄m patrem assecuta fuerat/unde unigeniti sui mater/cœlorum regina/& angelorū domina constitueretur. Dispar longe/ualdeq; dissimilis est ratio lauandorū pedum/ L & calicis epotādi. Vinum.n.de quo (ut ego existimo) filius bibit/& apostolis bibendū porrexit in signum charitatis datū est. Loti uero sunt pedes ad mundiciæ designandum supplementū. Quare matri quā charissimam habuit cur nō porrexerit potum nulla mihi constat ratio. Quid nunc de his magis appareat rationi consentaneum/uos iudicate: & deinceps substinete hic & uigilate mecum: attendentes quid de munere quo dominus Iesus donauit apostolos Lucas referat.

De gratiis duabus actis a dn̄o Iesu dū fregit panē quem in se cōuertit.

e T accepto pane gratias egit/& fregit/& dedit eis dicens. Hoc est corpus meū quod pro uobis datur. Hoc facite in meam cōmemorationem. Similiter & calicē postq̄ cœnauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine: qui pro uobis effundetur. Si usq̄ alias opus fuit substinere & uigilare: hic maxime uigilādū/attētissimeq; substinēdū existimo: ut inauditi muneris quo Christus donauit apostolos rationem & excellētiam agnoscamus. Qm̄ in est accipiendis muneribus erubescentia quædam quam sermo dantis augere solet: qui uerbis M munus extollunt/muneri suo detrahunt gratiā. Quare dominus Iesus sub modici panis & uini speciebus: corpus & sanguinē suū apostolis donans: quo potest paucioribus & maxime ad rem facientibus uerbis utitur: offerēdo/donādoq; se ipsum. Dic Lucas. Accepto pane gratias egit. Gratia bonum siue munus est/quod præstatur præter debitum: lege aut longa cōsuetudine cōprobatum. Nam si ex lege iā non ex gratia. Et qm̄ N in gratia huius muneris ratio tota solidatur/quas egerit gratias hoc sacramentum conficiendo (ut possumus) examinemus. Prima in hoc muneris gratia fuit panem frangere. Sed quomodo frangere? Non tantum in partes distribuere: sed saluis panis accidentibus eius substantiam tollere/

O immitere meliorem. Fregit ergo Iesus panē: qñ panis substātiam substu lit: & suppleuit carnē pro ea: nō qualēcunq̧ carnem/sed suam. Est certe hæc gratia grādis. Non. n. habet lex: non consuetudo naturæ creatæ sine dispositiōe præuia/unam substantiā auferri: & aliā mox immitti. Accessit huic altera gratia: accidentia manere: transire substātiam siue subiectū quod etiam creata natura nunq̄ fecit aut facere poterit. Secundum nempe uires suas/natura dū agit: accidentia imprimis remouet amica substātiæ: cuius formā e medio tollere uult: & simul inuehit inimica: illa expellens: ne aduentantē formā nouæ substantiæ impediant: ingerens ista: ut

P illi sint auxilio quam adducit. Inde fit ut priora accidentia manere non possint uirtute creata/Si prior substātia per naturam penitus auferatur. Natura uero creatrix quoniam infiniti uigoris est: quoniam nihil illi resistere potest: quoniam tempore metiri nō ualet: in momento/in ictu oculi: nullis dispositionibus præuiis: nullo accidente priori aliquatenus immutato/ipsoꝝ accidentium substantiā/siue (ut sic dixerim) formam substantialē aufert/qñ uult: & materiē quā de nihilo esse iusserat: si uult ad nihilum redigit: saluis accidētibus quæ substantia ex forma constans ac materia in se ferebat. Vis horū rationem exemplo colligere? En accipe Si ciuitas oppugnetur: nōne princeps obsidionis prius admouet mœnibus & propugnaculis machinas. Mœnia deinde machinis sternit: fugat hostes: militesq̧ suos immittit. Post hæc dominātem ab imperio deicit. Ipse tandē ingreditur: & suā efficit ciuitatē? Quid ita? Quia finitæ uirtutis est & resistentē inimicum eicere non potest: nisi proprios immittat amicos. Hi ingredi nequeūt: nisi hostis tenētis ciuitatem defensores pellat: hos nequit profligare saluis mœnibus. Vt igitur ciuitatem obtineat: machinis aggreditur æquare solo mœnia: suos immitere qui eiciant aduersantes. At si tanti forēt huic principi bellatores: ut saluis mœnibus & inimici defensoribus in urbe manentibus inimicū a principatu deturbare: seq̧ principem posset constituere: nunq̄ eiciendis hostibus tēpus tereret. Itaq̧ primæ causæ uirtus/primā materiam quæ est omnis substātiæ/

Q omniumq̧ accidentium domicilium primū/nullius adminiculo attingens & uersans/cuiuslibet substantiæ accidētia saluare & seruare potest/ materia simul & forma/siue substantia penitus inde sublata.

Siue creatus sit mundus siue æternus a prima tamen causa primā materiam sine adminiculo uersari fatendum est.

S Ed dices/rationi nō consonat primam cām ad materiam nudā suas uires extendere. Si uis rñdeā. Da quæso. Quod multi philosophi neq̧ spernendi profitentur/mūdum s. esse creatū/& in principio

principio/rudem primū materiā apparuisse ex nihilo. Quis hāc quæso digessit inspecies: nisi prima causa? Primam igitur cām quam a pricipio creatricē naturam dixi: ad materiam nudā suas uires extēdere: negare nō poteris: si cū multis philosophis mundū statuas nō eē sempiternum. Iā audire uideor quosdā plusq̄ oporteat sapientes qui dicant nō eē cōfessū inter philosophos mundū esse tēporaneum. Quinimo a multis & sane præclaris statui sempiternū. Ab aliis itē asseri quantitatem coæuam esse materiæ: q̄ si iuxta illos mūdus asseratur æternus: non erit cur uigor primæ causæ materiā nudam adeat imutandā. Et adhuc si mundus temporaneus asseratur: nunq̄ prima causa materiā nudam inueniet: quā alioꝝ opinione q̄titas semper uestit. Ante oīa dicere possem non plus eē cōfessum mundi uetustā æternitatem q̄ nouitatē essendi: & saltē multis accedentibus philosophis nō tam uetustū mundū asserentibus est rationi cōsentaneum: naturā creatricem quæ mundū fabricauit: primā ad materiā suas uires extēdere potuisse: immo extendisse aliqn̄ dandū erit. Meminerint tn̄ priores mundi extendētes ætatē: creari posse etiā aliquid qđ æternū sit: nisi Platonis sentētiā penitus aspernentur: & hanc ipsam mundi structuram meminerint materia: forma: agenteq̄ cōsurgere: quæ si uera sunt: agens quod æternitatis fundamentū est: & ab æterno secundū platonicos fabricauit æternum: æternā materiā: nudam omni forma mundana: infinita dudū æternitate uersauit. Meminerint alteri materiā a dimensiōibus nunq̄ sepantes q̄titatē: nō habere agendi uirtutē. Itaq̄ deus qui materiam q̄tam (ut asserūt) uersat qn̄ uult: nulla uirtute extra ipm posita: nullis dispositionū machinis necessario adhibitis illā cōmutabit. Neq̄ nos paulo ante plus aliqd sumpsimus: nisi quod deus nullarū in dispositionū uiribus ab ope peragendo poterit impediri. Nullarūue itē dispositionū adminiculo ad agendū erit idiguus. Ita nihil obstabit quominus unam substantiā destruat: cuius accidentia saluet. R

Tres aliæ grāæ quas fecit dn̄s Iesus frangēdo panem & in se cōuertēdo.

h Aec porro accidentia a sua substātia panis. s. natura destituta qn̄ panem fregit dn̄s: aliā substantiam circūtegere / & occultare minime potuissent / quæ illa nō sustineret & ferret in se. Egit propterea dn̄s alias grās. Velant / contegunt Christi corpus: Continent carnē eius & sanguinem: Contegunt totum Christū: neq̄ tamen in eius carne uel sanguine, neq̄ in hominis substantia cōseruantur: nec illis adhærēt: nec substentantur in illis. Hic si quæras quid ꝓhibet illa accidentia. i. albedinem / figurā / saporē hostiæ / siue panis / inesse corpori saluatoris? Colorem / odorem / liquorē uini cōsecrati inesse eius sanguini? Respondeo S

imprimis gloriam saluatoris id prohibere. Corpus nanq eius incorruptibile: sanguis omni fece purgatus/ & oino inalterabilis/ accidentia corruptibilia capere non debet. Hæc præterea accidentia humano corpori uel sanguini non conueniũt. Fluunt. n. a mixtura elementorũ longe inde remotissima unde coalescit corpus humanũ. Quare ne fiat iniuria corpori nobilissimo: & sanguini super oia mixta perfectissimo. Ne fiat iniuria gloriæ huius corporis sup oia corpora hoium natura & gratia elegãtissimi: facit per gratiã Christus panis & uini accidentia suo corpori non inhærere. Cur cũ substantia corporis & sanguinis sui dñs Iesus nõ faciat pmanere substantiã panis: aut aliã immittat substantiã quæ accidẽtia illa substentet: qm̃ qui sciuit: potuit: & effecit unã personã deũ simul & hominem eẽ/ potuit eidem addere panẽ: aliamue substantiã si uoluisset. Respõdeo. Potuisset certe si uoluisset: at noluit: qm̃ expediẽs nõ fuit. Oportebat deum fieri hoiem magna rõne/ quã (ut deus dedit) tractãtes de annunciatione & uerbi incarnatione narrauimus. Non sic oportuit deum fieri panẽ aliamue substantiã: quod factũ esset/ si panis substãtia diuinæ personæ instar humanitatis fuisset unita. Licuisset. n. dicere panis est deus: sicut uere licet dicere homo est deus. Quod quoniã non est oportunum sine rõne & penitus absurdũ existimare deũ id efficere. Adhuc quoniam creata natura nunq̃ per plura facit quod paucioribus põt absoluere: ne casso labore se ipsam exerceat. Natura increata quæ longe est sapiẽtior: cur plura ibi faciet: ubi pauciora sufficiunt? Potuit deus si uoluit accidentia panis & uini seruare: & pmanentiã illis cõcedere sine subiecto. Non ergo debuit uel panis substantiã in hac fractiõis grã cõseruare: uel eius loco aliã immittere: nõ. n. qui sapiat gratiã facit: aut iniuriosam: aut superuacuã. Si adhuc quærere pergas. Sed quomodo potuit quod naturæ lege non cõstat? Rñdeo meminisse oportet quod ab initio dixi dñm Iesum hæc fecisse per grãm. Quoniã qd' usus non habuit: quod creatæ naturæ ratio oino nesciuit: increata peregit. Si præterea inqras: qua nã ratione id facere potuit? es certe importunus. Nõne paulo ante monstrauimus diuinã uirtutẽ omnia creata ut libet se sola: sine ullis machinis: sine repugnantia in dispositionũ antecedẽtiũ: sine adminiculo subsequẽtium posse uersare? Tritũ est. Nõ minor est uirtus q̃ quærere parta tueri. Illa igitur uirtus quæ oia creata cõficere sufficit: se sola cur nõ sufficiat eadem conseruare? At nunq̃ accidentia sine subiecto creauit. Fateor. Creauit tñ illa creando subiecta: qñ subiectũ iussit esse cũ illis. At quia potuit: ut iam cõstat: subiectũ absq illis efficere: cur quæso non possit remouendo subiectũ accidentia cõseruare? Quia iam nõ erunt accidentia: nõ. n.

accedent

accedent alteri:nec alteri accident:nec penitus inhærebunt. Ne quæso ic circo diffidas:habebunt inhærentiã in aptitudine.i.rationem qua ualeant & debeant inhærere:& substentabuntur primæ causæ uolũtate sola. Itaq; rõnem accedentium/uel accidẽtium non amittent. Quoniã iuxta Aristotelis logicã & methaphisicam non in actu sed in aptitudine naturali/rei cuiusq; ratio siue diffinitio conseruatur. Neq; erunt penitus sine substentante:quis illi non inhæreant:substentabit illa uoluntas omnipotẽtis:cui tñ non inhærebunt. Quoniã tam debile & infirmũ:tam solido tamq; uiuaci ꝓpinquius nequit accedere. Vis exemplo doceam aliquid substentari neq; inhærere tñ:uel tangere substentantẽ? Qua quæso potestate legatus in prouincia dicit populis iura? Nempe principis legantis. At neq; princeps:neq; principis uires illum tangunt. Substentat igitur auctoritas principis per solam uoluntatem omnem uigorem:rigoremq; legati. Calefit aqua a sole:& ab eodem calida conseruatur:nũquid solis substantia tangit aquam? Sola uirtus solis hoc facit sole penitus immutato. Ita sola uoluntas dei illa accidentia sine subiecto conseruat:quæ deum uel eius uoluntatem nullatenus tangunt. Magnes suspendit ferrũ:& quod natura propria fertur ad centrum: naturæ potentioris ui in sublimi stare compellitur:neq; tamen tangitur magnes a ferro. Si mihi non credis:crede experimento uulgatissimo per quod asserit archa qua Mahumetti ossa cõcludi dicuntur sine repagulis sine substinẽtibus stare sublimis/& per æqualia spacia astructura in qua est locata distare. Quoniã archa ipsa ex ferro:parietes uero quibus continetur magnetæ sunt fabricati. Cur nunc nõ cõfiteamur non eẽ incredibile (quoniam a rerũ natura non est alienum) substentari aliquid/neq; tamen inhærere substentanti? Hic si obiicias:color nempe figura panis & uini cõsecrati/quantitatibus suis super extensa nonne in ea cœna manebant:& nunc in altari manere uidentur? Manebant certe & manent. Quomodo igitur dicemus accidentia in hoc munere nõ fuisse/& modo non esse substentata? Neq; hoc te moueat uelim. Qui hæret mobili si illud moueatur/nunq̃ ipse erit immotus. Qui in arena ædificat q̃uis a profũdo siue ab alto opus incipiat/sine fundamento tñ creditur ædificare. Quĩ id non est stabile in quo primordia iacta sunt. Quãtitates igitur huius muneris spoliatæ subiecto:subiectũ esse non poterãt neq; possunt. Itaq; colores/figuræ/reliquaq; panis fracti & uini in sanguinem uersi accidẽtia/licet quantitatibus essent tunc/& mõ in eucharistiæ sacramẽto super extensa sint nõ tñ substentabant᷑ in illis:neq; modo substentãtur in alia quauis creata natura:sed ab increata natura tunc conseruebantur: & in

eucharistiæ sacramento modo conseruantur per gratiam: quam dominus Iesus fecit dum fregit panẽ: dumq̧ uinum secundo benedixit.

Alia gratia a Christo facta dum panem consecrauit & uinum.

Z c Onsueuerunt corpora suis locis circũclusa manere: & iccirco locata maiora nequeunt esse q̃ locus. Vbi enim aliquid continet̃/ & undiq̧ clauditur: a claudente capi totum necesse est. Modica panis fragmenta tã exigui Christi corpus cõtinere quomodo potuerũt? Natura hoc nõ capit: neq̧ ratio intelligere sufficit. Fateor plane si ad naturam creatã aspicias/ corpus suo loco circũscribi: penitusq̧ cõcludi: & iccirco locũ nunq̃ minorem: semp aũt æqualem aut maiorem cõuenit eẽ

A locato. Itaq̧ Christi corpus corporeo mõ locatũ in pane fracto: sanguis in uino bñdicto esse nõ potuit. Si uero spiritualia aspicias/ uidebis nõ solum naturæ creatæ uirtute: sed ciuili etiã disciplia maiora minoribus immitti: esseq̧ penitus ĩ miore repositum maius atq̧ locatum. Videbis itẽ rem unam multis in locis eodẽ tempore penitus inueniri. Videbis uno loco illam deficere: augeri in alio. Videbis hanc ipsam rem totã ne dũ in toto loco: sed in qualibet pte loci integram permaneṙ. Per grãs igit̃ quas egit dñs Iesus dum fregit panẽ & in suũ corpus cõuertit: dum uinũ uertit in sanguinẽ/ quod spiritui deus tribuerat ab initio ut deus nũc corpori suo cõdonat/ quod in accidẽtibus panis: & in uini accidẽtibus sanguinem suũ quasi in loco reposuit: nõ tñ solito modo locandi corpora duo quæ diximus in illis cõtinentibus se habere uoluit. Sed qũo nõnulla pe-

B ne spiritualia/ & spiritui ualde propinqua locũ habere dicũtur. Nonne si prĩceps legatum mittat sua p̃ditum iurisdicẽdi impandiq̧ facultate: erit facultas principis tota in legato qui mittitur? Erit certe. Neq̧ tñ missus a principe penitus secundũ has facultates æqualis est illi qui misit. Ita qui potestate minor est: maiorẽ se ipso recipit potestatẽ. Fac nũc (quod sæpe cõtingit immo expedit fieri) plures legatos ab eodẽ prĩcipe per uaria loca ad regẽdos populos/ moderãdasq̧ prouincias destinari: nõne una prĩcipis auctoritas erit in singulis? nõne erit in uariis locis integra & sibi ip̃i penitus æqualis? nõne hæc ip̃a auctoritas hic distribuet p̃mia bonis? illic pœnas sumet de male meritis? Fac nũc unam ciuitatẽ aut ꝓuinciam oppugnari bello: aliam pace frui: nõne impiosior erit principis auctoritas inter pacatos q̃ inter bello uexatos? Fac ꝓuinciã ab hoste bello expugnari. Nõne expugnatus princeps in ea pdet auctoritatẽ: quam alibi retinebit? Nõne tota principis auctoritas est in toto prĩcipe: nõ plus in pede q̃ in capite? Nõne est in qualibet eius parte? Dic tu mihi: quæ pars principis sit minus impiosa. Scio iura per linguã principem dicere: tñ iuris di-

cendi

cendi auctoritas in lingua non est sola. Scio illum ius scribere manu. Ius tamen scriptum nõ a manu sola sumit efficaciam. Est adhuc facultas prĩcipis in principe tota: neq; minus tota singulis in legatis: Si totã singulis dedit. At si unum magistratu se abdicare iubeat: non desinet esse in illo iurisdictio: & durabit in aliis quibus abrogata nõ est. Quid ita? Quoniam princeps suis in legatis non modo corporeo se reponit: non se illorum dimensionibus circũscribit: sed per præstitã auctoritatem præsentiã exhibet: dũ illis assistere uult & assistit: ut quæcunq; legati faciunt principis uoluntate sint facta: ac si corpore illic princeps circũscriptus haberet ubi uoluntate constituit sese exibere præsentẽ. Lucerna qua noctis fugamus tenebras una domus parte sita perdurat: & domũ illuminat uniuersam: una (ut ita dixerim) illuminatio nõne totam domũ capit? At certe longe minus est corpus flãmeæ Pyramidis: lumẽ exhibẽtis in igne: q̃ domus tota. Minus est insuper parte domus: & tñ partes domus singulæ ac simul oẽs unã illuminationẽ ab uno lumine capiunt. Neq;.n. hactenus inuentus est docens quæ pars luminis cui loco in domo perluceat. Lumen igitur quod est corpus: se totum æque diffundit uariis domus partibus: consimili figura ab illo æque distantibus: neq; minus pro modo propinquitatis uniuersæ domui q̃ partibus lucẽ sufficit impartiri. Male actum erit cũ stellis: cum luna: cũ sole: si locis & spaciis quibus lucent arctari uoluerimus lucem tantã/peius si diuiserimus in illis lucẽ quam habent integram & penitus indiuisibilẽ. Pessime si eorum lucẽ deficere statuerimus: quoniã lucere alicubi desinãt. Non deserũt cœlũ sydera: neq; a sua spera discedunt/quia lucẽ suam terris exhibeant: nõ minus ẽ fulgoris in illis: quia nunc minus & uni hemisperio fulgeant. Nõ extingũtur: quia alicui terræ angulo lucere desistunt. Quid ita? Quia non per loci corporei circũscriptionẽ lucem exhibẽt: ut ubi lucent/illic ea corpore circũscribi necesse sit: sed uigore cœlesti: qui spiritui propinquus est: dum aliis lucẽt: in se manent nec a loco discedũt. Splendorem nãq; distribuũt nõ diuidunt: dant totam lucẽ: & nihil eius amittũt. Has grãs Iesus fecit qñ panem fregit/uinũq; benedixit. Dedit.n. tunc suo corpori suoq; sanguini uirtutẽ sese exhibendi potestatẽ panis uiniq; speciebus & in illis efficere quæ credit sancta mater ecclesia & nos nõ multo post enarrare studebimus si mõ ad ea intelligenda substinueritis & mecum uigilaueritis.

Confirmatio & declaratio eorum quæ proxime dicta sunt.

Ed iam perspicio quid uos moueat. Princeps qui legatos mittit adest quidẽ illis per auctoritatẽ & uoluntatẽ. Secundum uero corporis uitæq; substantiã nõ est præsens legatis emissis. Sic ne

tres se habet & i hoc munere? Minime/sed cũ uolũtatẽ & au ctoritate cor-pus aminam suam deũ & hominem secundum substantiam spẽbus pa-nis & uini facit adesse Iesus. Cur quæso princeps corpus sicut auctoritatẽ in legatis non circũmittit? Q uia nequit/credo respõdebitur. Q uia ho mo est/& nil supra hominẽ põt/manet unico loco per corpus: adest plu

E ribus per auctoritatẽ & quasi præsentia uoluntatis. Non oĩno tenebatur istis angustiis dñs Iesus in ultima cœna & nunc tenetur minus. Q uid ita? Nonne uerus homo tunc erat? Nunquid aliquid nunc habet plus q̃ tunc? Erat tunc homo ut nos: sed secundũ animam plene beatus: quod nos modo nõ sumus. Et quoniã anima beata corpus (nisi aliunde impe-diatur) habet gloriosum: q̃uis uolente deo patre/ipsoq; filio dei redem-ptore nostro dño Iesu christo disponente suæ animæ beatitudo añ pas-sionẽ corpus non compleret/ne suæ passiõis & nostræ redẽptionis opus

F impediretur. Potuit tñ munera gloriosi corporis pro locorũ/temporum rerumq; oportunitate i corpus emittere. Q uẽadmodũ fecit aliquãdo. Igitur qui nascens claustra uirginitatis integra seruauit in matre: quoniã tunc munere subtilitatis & agilitatis usus est pro gloria matris: qui super aquas siccis pedibus ambulauit. Q uoniã agilitate seu leuitate corporis fũctus pro discipulis naufragio liberandis: qui sine cibo per quadragin-ta dies & totidem noctes mãsit in monte: ut contẽplationis & orationis studium cõprobaret. Q ui etiam in mõte resplenduit/qm̃ claritatem in corpore suo futurã perpetuo ostendere uoluit/potuit per eadẽ subtilita tis & agilitatis munera/corpus suũ præsens exhibere panis accidentibus qñ panem fregit/& sanguinẽ accidentibus uini quãdo calicẽ benedixit.

G Egit igitur Iesus copori suo quãdo fregit panẽ has gratias/agilitatem & subtilitatem illi concessit ad tempus. Hic est ille idẽ Iesus/aduertite uiri: substinete quæso & uigilate mecũ: hic est/inq̃ qui post resurrectionẽ suã/ ad discipulos suos ingressus est per ostia clausa: cuius corpus si pro suæ mensura quãtitatis locũ occupauisset/ligni naturã tam dẽsam parietum structurã tam solidã sine eorũ apertura/aut sine scissura/nunq̃ penetrare potuisset. Q ua igitur gratia per gloriam plenã & permanentem in cor pore resuscitato/non est coarctatus ostii densitate uel soliditate parietũ/ eadem ante passionẽ ex parte & ad tempus eidẽ corpori cõcessa non est a panis & a uini accidẽtibus circũclusus: & nũc in quottidiana eucharistiæ oblatione coarctari minus potest. Q m̃ corpus illud sanctissimũ/gloria iamdudũ plenum/imortale/lucidũ/agile & subtile pdurat. Subtile inq̃ non q; partes eius tendant in acutũ lineæ uel puncti: uel q; propriã figu-ram aut ordinẽ amittant organicum: sed q; salua armonia cõcentuq; mẽ brorũ/

brorum/nequit a corpore q̃uis ſolido retineri. Itaq; fratres qbus iam ẽ p ſuaſum Chriſti corpus eẽ glorioſũ & nr̃a corpora(ſi gloriã aſſequant̃) poſſe trãſire p ſolida: neq; a ſolidis coarctari. Animo ſi uigilaueritis: & rationis aciem integram ſubſtinueritis: clare pcipietis domini Ieſu corpus accidentibus panis & uini nõ fuiſſe in ultima cœna concluſum: neq; in euchariſtiæ ſacramẽto hoc tempore manere reſtrictum. Q uod enim ſolida ſubſtantia non occupat: non prohibet: non tardat/uel concludit in uitum/tenuia accidentia ſi noluerit nunq̃ coarctabunt.

c Onfitemur unã ſyderum lucẽ lucere multis in locis: unã principis auctoritatem multis adeſſe legatis. Cur igit̃ ambigemus uigorem diuinitatis omni luce infinito(ut ita dixerim)ſpiritualiorem: omni principe impioſiorem ſe poſſe pluribus locis ſecundũ ſubſtantiã exhibere præſentem? qui ſe oĩ loco exhibeat neceſſe eſt: ſeq; uere exhibet ubiq; totũ & integrũ: ut nõ ſit locus plene deo nõ plenus. Hæc I inq̃ diuina natura: quæ ubiq; eſt tota: & uſq̃ deeſſe nõ poteſt: quæ Chriſti humanitatẽ animam. ſ. rationalem: carnẽ & ſanguinẽ Chriſti ſibi aſſociauit: & inſepabiliter iunxit in unitate pſonæ: quãdo uoluerit cur illa ſecum non exhibebit præſentia accidentibus panis & uini: quibus totus eſt præſens deus? Hac igitur rõne frangens panem dñs Ieſus Chriſtus in ultima cœna ſe totũ ſingulis fragmentis immiſit/& nũc ſingulis hoſtiis/ſinguliſq; calicibus conſecratis per oẽm terrarũ orbem exhibet ſe pñtem/dũ deus qui ubiq; eſt totus/corpus & ſanguinẽ Chriſti ſibi inſepabiliter per gr̃am ſociatũ: illis ſpeciebus ineffabili modo facit adeſſe. Si dicas hac K ipſa ratione hæc caro: hic ſanguis & totus Chriſtus ſecundũ hoĩem erũt ubiq; pñtia: neq; plus ſub accidẽtibus illis in ultima dñi cœna: uel mõ in euchariſtia: q̃ aliis locis cõtinebit̃. Deus. n. æque ubiq; eſt: cui Chriſti humanitas creditur aſſociata. Rñde tu prius. Deus qa ubiq; æqualiter ẽ: nũquid ubiq; æqualiter opatur? Minime. Cõſtat. n. uariis in locis & tpibus fieri diuerſa/& aduerſa ſine numero: & tñ idẽ deus ubiq; eſt: & quæcũq; fiunt in omnibus operatur. Q uid ita? Q uoniam hæc diuina uirtus & auctoritas extra ſe opatur ut libet: nulla naturæ neceſſitate ſed libera uoluntate. Itaq; hic agit hoc ut uult: & alibi aliud: quod etiam uult. Exhibebit igitur ſi uolet aliquid ſibi aſſociatum hic præſens: quod alibi non exhibebit: quia exhibere non libebit. Exhibebit hic aliquid p̃ſens uno mõ quia ſic uolet: & alio modo exhibebit alibi: quia aliter uolet. Itaq; humanitatẽ Chriſti quam ſibi deus ſociauit ad unitatẽ perſonæ: uniuitq; perpetuo: in ſupiori cœlo locauit in gloria: ubi tanto melior eſt angelis effectus: quanto excellentius præ illis nomen hæreditauit. Eo loci Chriſtus

localiter resĩdet: & spacii ambiẽtis lineis circũscribit᷑:nec unq̃ inde discedit:nusq̃ sic est p uniuersum orbẽ:nisi grã speciali localiter uelit q̃nq̃ descendere:qđ rarissime factũ credunt:q recte sapiũt. Hãc ipsam humanitatẽ quottidie deus pñtem exhibet:retinetq̧ sacramẽtaliter i eucharistiæ sacramẽto.i.secundũ corpus illis accidẽtibus facit eẽ pñtem:nõ tñ circũ
L scriptã:uel circũangustatam. Sumis igit᷑ non cãm totã pro tota cã. Etenĩ sola diuinitas & societas eius cũ carne Christi:cã non est tota p quã Christus cõtinetur in hostia:sed uolũtas dei:uñ descẽdit oĩs gratia. Quare significantissime dixit euangelista grãs egisse dñm saluatorem:fecit.n.per diuinã uolũtatem oĩpotentẽ mirabilia tunc multa:sed nõ penitus ĩpossi
M bilia:fecit mirabilia:sed nõ incredibilia. Mirabile nempe est:sed nõ incredibile Christi corpus tam magnũ paruis admodum accidentibus cõtineri:nec minorari:Quoniã & ciuili instituto grãdis ĩpatoris auctoritatẽ maximã:priuatus homo longe minor impio totã accipit nec minuit: & lux solis tã grãdis:tota tugurio cõtinetur exiguo:neq̧ tñ angustat᷑ ab illo. Mirabile est Christi corpus & sanguinẽ tot locis esse pñtem:quot locis per orbẽ Christianũ sacramentũ eucharistiæ quottidie cõficit᷑:conseruatur & sumitur:& qđ oẽm mirabilitatem supat:nunq̃ cœlũ dimittere & tot in altaribus:tot in repositoriis pmanere. Sed neq̧ sunt hæc incredibilia:uel penitus impossibilia. Q̃m uolũtas hoĩum facit hæc ipsa quottidie:& natura hæc eadẽ habet semp. Q̃ñ & una principis auctoritas est apud uarios eius ministros uaria per loca dispersos:neq̧ desinit princeps suis lineis eẽ circũscriptus:quia ĩcipiat eius auctoritas eẽ eo loci:& in eo hoĩe in quo nunq̃ fuerat. Et una lux syderis uarias ptes orbis illuminat. Vna quoq̧ lucerna uarias domus ptes illustrat:& tñ cœlum non deserit sydus:neq̧ lucerna candelabrũ suũ. Mirabile est Christi corpus in hoc loco nunc eẽ incipe:& in alio nũc eẽ desinere:& nõ mutari Christũ secũdũ locũ:neq̧ acqrere uel pdere aliquid secundũ quoduis mutatiõis genus. Sed neq̧ istud ĩcredibile ẽ:p̃stat hoc ipm ciuilis institutio:p̃stat natura. Nõ.n.mutat᷑ princeps:nõ acqritur aliqd eius pristinæ auctoritati qa nouos legatos emittat:nihilq̧ illi subtrahit᷑ si quosdã reuocat:& ab offõ iubet se abdicare. Nihil insup stellæ acqrũt p noctẽ dũ uident᷑:nihil p diẽ demit᷑ dũ uideri desinũt:nihil soli addit᷑ si pluribus oculis aut locis luceat:nihil demit᷑ si paucioribus. Nõ dabis plus lucernæ ꝙ p eã plures uideant:q̃ ꝙ paucis uel nullis oculis lumen p̃beat. Non auget᷑ lucerna quæ plures p fenestras lumẽ spgit:aut ad maiora spacia diffũdit. Nõ minuit᷑ si ad minora & p minora ferat᷑. Mirabile ẽ sed nõ incredibile Christi corpus eẽ totũ in toto pane:neq̧ minus totũ singulis ĩ ptibus. Ciuilis usus

habet

habet hoc. Natura luminis idē præstat. Principis auctoritas tota est ī principe: tota in toto regno: & in qualibet regni pte nō minus tota. Lumē solis est in sole uniuerso & p uniuersum terraꝝ orbē lucet totū: neqꝫ locis pōt eē diuisū. Mirabile est/ sed nō icredibile. Corpus Christi cū bonū sit/ & salutiferū aliis prodesse: aliis obesse sumentibus illud. Qui digne sumūt/ uitā sumūt: qui sumunt idigne mortē accipiūt. Exhibet idē principis auctoritas: quæ ad laudē p̄miūqꝫ bonoꝝ: ad malefactorū uero uindictā pœnā & suppliciū cōstituta est. Exhibet idē ēt lux solis quæ sanis oculis est læta: debilibus tristis: strigit: soluit: generat & corrūpit. Nō est igitᷣ cur ea quæ de rōne muneris huius dicta sunt credere recusemus: Si substinenter/ uigilanterqꝫ cogitabimus/ deū (qui cuncta pōt) posse uni dare de nouo: quod alteri donauit ab initio. Ratio igitᷣ muneris sic se habet: N
ut dn̄s Iesus frangēs panem/ & uinum bn̄dicens: utriusqꝫ substantiā penitus abstulerit: utriusqꝫ accidētia penitus seruauerit. Hæc ea rōne facta credamus: quia prima cā materiā primam pōt sola (si uult) attingere: & illā nullis dispositionibus interuenietibus cōmutare: & ut ita dicā ad nihilū reducere. Hæc ipsa accidētia pmanerᷣ fecerit sine subiecto. Hoc nos credere faciet creatoris oīpotētia: quæ nō minor est ad conseruandū sola quæ seruari uult: q̄ creaturæ cuiuslibet adminiculo cōmunita. Corpus & sanguinem suū illis sub accidētibus cōstituerit sacramētaliter nō localiter. i. nō claudi: nō āgustari illis accidētibus: neqꝫ alterari p illa: sed sub illis fecerit cōtineri: erit hoc facile creditu si hēbimus psuasum dei oīpotentiā qđ uni naturæ creatæ iāqꝫ cōpletæ cōcessit/ posse alteri cōdonare si uelit. Licet. n. quæ unā naturā cōstituūt alteri donare nō possit/ pristino eēndi tenore seruato. Vt nō potest eē canis aīam h̄ns hoīs: neqꝫ equus habēs mēbra leonis: qm̄ hæc naturā faciūt/ tm̄ quæ naturis iā cōstitutis adueniūt: pōt deus dare qbuslibet. Hoc si cogitabimus (qđ & uere physici & mathematici nō negarēt) uidebimus apte qūo Xp̄i corpus & sāguis cōtinentᷣ sub sp̄ebus panis & uini: nō tm̄ clauditᷣ illis: nec cōtaminatᷣ si illa putrescāt: qa nō tangitᷣ illis: sed illis adest: ut det gr̄am hoibus: ipsum Iesum pie sub illis accidētibus: sumētibus & uenerātibus: & cū eodē substinentibus patienter aduersa/ & uigilantibus ne prosperis obruantur.

De ratione accipiendi eucharistiæ sacramentum.

a Ccipite & comedite. Nō satis est fide sumere hoc sacramētū: comedēdū ēt est & mādendū ut sapiat magis. Manditᷣ aūt nō dentibus corporis: sed sp̄ūs. Spe mandēdus ē hic cibus. Spūi offm̄ quæ dētes habet supius & iferius: supius expectationē assequēdi boni: inferius studiū euadendi mali. Accipiamus igitᷣ & manducemus hoc sacramentum

sperantes per illud sociari dño Iesu Christo. Et quia nūc sumus aduenæ ac hospites tpanei in hac ualle mortalitatis iter agētes: obsessum ignorantia: periculisq; sine numero plenū: per huius sacramēti uirtutē speremus carnis & mundi supare pericula & a nobis effugare dæmonia: ita puenie mus ad futurā ciuitatē quam inqrimus fieriq; merebimur in ea ciues sāctorum & domestici dei: ædificati supra fundamētū apostolorū & pphetarum: ipsum dñm Iesum Christū: qui se nobis dedit in cibū: Speremus inq̄ per hunc ipsum cibū fieri cohæredes filii dei: ditati ab eodē thesauris nō deficiētibus quos neq; erugo: neq; tinea unq̄ poterit demoliri: quos fures non effodiēt neq; furabuntur. Erūt hi thesauri animi trāqllitas solida: sanitas corporis integra: oīum desideriorū complementū: sciētia nō ambigua: errori non permixta: pax timore carens & secura: amor stabilis incōcussus: sine tedio: sine piculo: sine zelotipia amatū possidens: imortalitas: impassibilitas. Hi sunt supiores spei dentes: per quos dñi Iesu corpus manducandū & mādendū debemus accipere. Dentes iferiores sunt cogitatio mali quod euadimus si digne sumpserimus: in quod labimur si sumamus indigne. Euadimus animi corporisq; dolores: qbus hic mūdus inferior ē uere plenus. Quid. n. est uita hois super terrā nisi militia nisi labor? uigiliæ lucta aduersus carnē & sanguinē: aduersus mundi rectores tenebrarū harum? Quæ mala dñi Iesu suffragiis euademus si illū digne manducauerimus. Euadimus ēt pœnas ifernas: uermes. s. qui nō morientur. Ignes qui nunq̄ extinguentur: Sitim pcordia exurentē: famē in æternum rodentē uiscera. Euadimus tenebras ppetuas. Quæ omnia mala eos manēt qui hunc cibū hunc potū indigne manducant & bibūt. Qui. n. idigne māducat & bibit iudiciū. i. dānationē: quæ dei iudicio re probos manet: sibi māducat & bibit. Accipite igitur per itelligētiā fidei: & comedite per spem: sperātes hoc cibo miseriā euadere: & fœlicitatē assequi sempitærnā. Accipite ppterea & comedite pie: munde: sancte & innocenter. Comestū porro per spem digerat charitas: hæc. n. sola transfert amantē in rem amatam: & ambos inuicē iungit: iunctosq; cōseruat. Audi ipm panē quem māducas. Qui manducat meā carnem: & bibit meū sanguinē: in me manet & ego in eo. Manet Christus in nobis sicut caput in mēbris dr̄ pmanere: nos in illo sicut sub capite mēbra: quæ per caput seruantur in uita. Nullū est mēbrum in hoie qd' capiti nō obsequatur: & eius seruādi grā nō faciat: nō ferat oīa. Vt maneat i nobis dñs Iesus: sitq; nobis caput: ut uiuamus per illū sicut mēbra per caput illū colamus: & eius grā oīa faciamus. Ne discedat a nobis: illū totis uiribus retineamus. Ne nos deserat: oīa æquanimiter toleremus. Caput hoc nostrum quod

a natura per progenitores accepimus: uitam temporaneam ingerit mē-
bris: & hanc ipsam malis plenam: quæ (ut sit longissima) finitur tandē:
& interea morbis & incōmodis uexat' innumeris. Q uā si cōtingat sine
egritudine ad ultimam deuenire caniciē: nōne morbus ē ipsa senectus?
Vita quā suggerit nobis Iesus Christus æterna ē. Audi ipsum illū de se lo
quentem. Q ui manducat meā carnē & bibit meum sanguinē: hēt uitā
æternā. Q uis nolit huius capitis eē membrū: qd' uitā tribuit nō casurā. Q
Sed dices. Morimur tñ: & ipse mortuus est q comestus uitā æternā dare
ꝓmisit. Ne turberis: mortuus ē: sed resurexit. Mortuus est: ut te resuscita
ret. Audi illū. Et ego resuscitabo eum i nouissimo die. Ego qui fui mor-
tuus: & ecce sum uiuus qa resurexi: illū qui manet in me: illū in quo ego
maneo: resuscitabo in nouissimo die. Q uia licet mors ad tēpus illi uitā
auferat: nō tñ auferet in ꝑpetuū. Cū desinet fieri nox. Cū aduenerit dies R
nouissimus: ille. s. dies q mane hēbit nō uesperā: ille quo nullus erit no-
uior: qui iō nouissimus erit: qa post oēs nouos: & nullus post illū adue-
niet: tunc illū resuscitabo: ita nō morieť in æternū: sed in tpe & ad tēpus
tñ. Dum nox eē poterit morieť. Viuet aūt non ad tēpus: sed ad lucis ꝑ
petuæ æternitatē: Q ñ in nouissimo die occasum nesciente resurget nō
occasurus. Si quis nobis ꝓmitteret talia: & psuasum hēremus eū posse ꝑ
stare: oīa eius gr͞a faceremus: coleremus: amaremus: adoraremus eundē.
Audi nūc: uigila: substine si libere loquar. Aut fidem Christi ore nō cor- S
de ꝓfiteris: aut es penitus insanus & furiosus: si Christū dñm qui tot &
talia bona cōferre pōt: qualia ipse de se loquitur: fides oñdit: spes porri-
git: non amplecteris in hoc munere & illum per charitatē non amas sup
omnia: illi q̄tum potes non appropinquas: illū q̄tum uales ad te nō tra-
his: non transformaris in illum. Nemo mihi psuadebit unq̄ uere se cre-
dere dñm Iesum eē deum: esse redemptorem suū: eē cibum aīæ suæ: qui
semper in illo sit mansurus: ut ei det uitā æternam/nisi illū amet sup oīa.
Et certe si probatio dilectionis exhibitio est opis: nisi semp studeat ei in
oībus/& p oīa fieri obseqosus: nūq̄ ab eius uolūtate se cedeť sēp iuigilet.

De multimoda ratione accipiendi eucharistiam.

E Xcellentissimā nunc muneris huius dignitatē ut intelligere ua
leamus/aliis ecclesiæ sacramentis ut possumus cōferamus. Ha-
bent alia ecclesiæ sacramēta unum signum/& unam rem. Hoc
duo signa & duas in se cōtinet res. In aliis sacramētis/qd' res est: signū ē
non pōt. In isto qd' uere res ē: alterius rei uere signū ē. Hæc qūo se hēant
audite/& quæ i hoc sacramēto signa sint/quæ itē res attendite. Accidētia T
panis & uini uisibilia primū signū sūt. Corpus & sāguis christi. i. christus

deus & homo illis accidentibus occultatus/& inuisibiliter cõtentus/nec coarctatus/prima res ẽ/& tñ signi rõnẽ tenere põt. Corporis.s.mystici rõ secundũ quã Christus caput cũ fidelibus mẽbris/non organice sed officiose illis incorporatus/cõiunctus/& cõcinẽs/unã ecclesiã cõstituit/& cõseruat. Alia res est grã gtum faciẽs/quã præstat hoc sacramẽtũ dũ cõsecratur: cõseruatur/& sumit̃. Accidentia panis & uini ita signũ sunt/ut semp signa pmaneant/nunq̃ res sacramenti euadere possint. Grã gratũ faciens contra/ita res est/ut signi naturã cape nequeat. Corpus & sãguis Christi: uel Christus hõ ac deus ita res est/ut signũ eẽ nõ desinat. Vnitas ecclesiæ militãtis in hoc sacramẽto locũ hñs rei/in signi ẽt rõnem sine iniuria trã
V sire põt/dũ ecclesiã triũphantẽ nobis oñdit. Quod aliud sacramẽtũ dabis tot talesq; in se rõnes & tali mõ connectens? Qui sumit hoc munus (ut par est) hæc quatuor secũ habet. Qui aliter sumit duo prima asseq tur: tertium si habet/habet ad pœnam: quartũue penitus nõ attingit: sed
X labitur ĩ cõtrarium. Hoc ẽ q; usu dr̃ qñq; sumi sacramẽtũ & nõ rẽ: qñq; rem/& nõ sacramentũ: qñq; simul utrunq;. Sacramentũ tñ est qd' signi accipit rõnem.i.qd sensu uel intellectu cõprehendit' aliqd plus cõtinere q̃ pferat. Res sacramẽti tñ est quæ sensui subesse non põt: uel quæ aliud nequit oñdere q̃ seipsam. Sacramẽtũ & res est qd' & aliud oñdere/& ab alio põt eẽ monstratũ. Dum igit' theologi dicunt aliquẽ sacramentũ nõ rem sumere: aliquẽ rem/nõ sacramentũ: aliquẽ utrũq;/capitur sacramẽtum tñ: non pro signo tñ: sed pro signo & re: quæ signi nõ refugit rõnẽ. Res ecõtra pro eo qd' nequit signũ fieri sed est ultio significatũ. Nũc aptius qd ea distinctione dicat' aduertite. Qui hoc sacramẽto abutitur: sic sacramentũ & nõ rem sumere dr̃: ut tñ aliquid qd' est sacramẽtũ & res sumere nõ neget'. Si.n.sumeret solũ signũ.i.accidẽtia sola: nõ abuteret' corpore & sanguine saluatoris: quæ nõ attingeret. Sumit igit' qbus abu titur. Sumit inq̃ uerũ corpus: & uerũ sanguinẽ dñi Iesu: quæ duo in hoc sacramẽto rei sibi uendicãt locũ. Sed quia a fine suo res nõia sortiunt': & grã deo nos gtos reddẽs finis est comestiõis huius: dicẽte dño. Qui mãdũcat meã carnẽ: & bibit meũ sãguinẽ hẽt uitã æternã.i.finis mãducãdi est hr̃e uitã æternã: quæ p grãm acqrit'. Et ipsa grã aĩæ uita ẽ: iccirco qui grãm cũ sacramẽto nõ accipit: rẽ sacramẽti negat' accipe: nõ qa nullã rẽ capiat sacramẽti: Capit.n.rem nobilissimã & oĩum pciosissimã carnẽ &
Y sanguinẽ Iesu Christi: sed non capit grãm ultimũ effectũ muneris: quo Christus donauit apostolos. Qui uero nõ accipit uisibilia accidentia qbus uelat' Christus in hostia: nõ accipit carnẽ eius & sanguinẽ uelatũ ab illis. Non igitur accipit sacramẽtum: qm̃ neq; suscipit aliquod signum.

At si pie

At si pie credat/capereq; desideret/& nõ habeat largitorem/uel mala uali tudine stomachi retinere posse diffidat assequit᷑ grãm quæ manet sacramentũ hoc accipiẽtes. Deus.n. qui scrutator est cordium/bonã uoluntatem non minus q̃ opus acceptat/si opus nequeat exhiberi. Ita hic accipit rem ultimã & finem assequitur: quẽ quærebat/sacramentũ tñ non assequtur: quia gratia cum sit res & non signum/sacramentum esse nõ potest.

Declarantur supradicta & concluditur eucharistiæ excellentia super omnia sacramenta.



DVO Illa signa/duas res quas diximus hoc munere contineri si mihi non credis crede magistro ueritatis: immo crede ueritati quæ falli non põt: & fallere nescit. Existimo de accidẽtibus an sint ĩ hoc munere neminẽ ambigere qui sensu non careat. Corpus uerũ Christi & uerũ sanguinem uerũ (ea ratione qua diximus) esse sub illis accidẽtibus dicit ipse Iesus panis uiuus. Hoc est corpus meũ. Hoc quod Z his accidentibus fracti panis continetur. Hoc quod uobis do: hoc quod uos accipere iubeo est corpus meum/sed quale corpus phãtasticum nec᷑ uel aliquid aliud repræsentans corpus aut uim corporis habẽs: nihil est horum: corpus est: quod pro uobis tradetur: Non tradetur autẽ corpus phantasticum: aut aereum: uel aliquid supplẽs uicem corporis: aut uim corporis continens aut repræsentans illud: tradetur uero corpus natum ex Virgine: tradetur corpus qđ flagellabitur: conspuetur: spinis coronabitur: crucifigetur: morietur: sepelietur: resurget. Hoc ẽ corpus meũ: qđ do uobis: corpus inq̃ quod pro uobis tradetur per Iudam ꝓditorẽ scribarum pharisæorũq; malitiæ: quod per pharisaicam hypochrisim plenã inuidia atq; supbia: quod per pontificũ & sacerdotũ ambitionẽ & auaritiã tradetur Pilato: quod per impiã & secordẽ pusillanimitatẽ Pilati ĩtelligẽtis ĩnocentiã eius: nec illud liberare pro offõ audẽtis tradet᷑ Herodi: ut illud liberet. Vt fructũ iustitiæ (si liberet᷑) o Pilate alius tibi ꝑcipiat: si dãnet᷑ tu tibi ĩnocẽs uidearis: sis tñ reus q iustũ uirũ liberar᷑ nõ es ausus: qđ ab Herode uana curiositate lætãter exceptũ: supba negligẽtia uilipensũ: & inderisum purpura uestitũ: tradetur iteꝝ Pilato: qđ a Pilato tradet᷑ tãdem crucifixoribus. Est igitur uerum corpus habens carnem & sanguinem: neruos & ossa. Hic sanguis est: nõ imaginarius sed qui per flagella & uulnera de uiuo corpore effundetur ab inimicis. Esse in hoc munere B

tertiam rem quæ fit etiã signũ testatur eadem ueritas per Lucam dicens. Hoc facite in meam cõmemoratiõem. In cõmemoratione amoris quo ecclesiã dilexi spõsam meã/in cõmemoratione societatis & unitatis qua illi perpetuo me cõiunxi. Vt sicut cibus cũ comedẽte fit unũ/ita me unũ esse cum ecclesia memineritis: ea unitate: qua uir & uxor unum sunt. Et sicut uir caput est uxoris. Sicut uir & uxor unã domũ faciũt/sic me & ecclesiam fideliũ unam familiã esse memineritis/& ipsam ecclesiã mẽbrorum uicem/me capitis locũ tenere sciatis. Sicut pastor & oues unus grex sunt. Sicut dux & militũ multitudo sũt unus exercitus: ita memineritis me cũ ouibus meis cum meis comilitonibus eẽ unũ. Vt spõsæ meæ sim caput: ouili custodia: exercitui præsidiũ/& tutela. Quartam item rem hoc munere contineri uidelicet grãm negari non põt/ipsa ueritate dicẽte/quod pro uobis.i.pro uestra salute tradetur. Non est salus sine gratia. Corpus ergo hoc acquiret uobis gratiã. Quæ hic dicta sunt/exponẽdo pro uobis/Matheus explanat ubi dicit/qui pro uobis & pro multis effũ-
C detur in remissionẽ peccatoꝝ. Iam clara res est gratiã in hoc munere conferri. Non.n.remittitur peccatum nisi gratia præueniat & sequatur. Præuenit grã disponens: subsequitur pficiens & confirmans. Sic ergo traditur pro uobis o fideles/corpus dñi Iesu. Sic pro uobis eius sanguis effunditur/ut uobis fiat remissio peccatoꝝ: & uobis gratia cõdonetur. Habet igitur hoc munus duo cõia cũ reliquis muneribus quibus Christus donauit ecclesiã/cõmunia inq̃ cum reliquis ecclesiæ sacramẽtis. Primum &
D ultimũ signũ sensibile quod semper est signum nunq̃ res. Et gratiã gratum facientẽ quæ semper est res/& signi naturam non recipit/cũ nil pro certo de illa experiamur q̃diu hic uiuimus: Habet tertiũ præferre.s.Christi & ecclesiæ unitatẽ cõmune cũ matrimonio. Secũdũ uero.s.continere Christum deum & hoĩem habet peculiare: singulare: atq; excellẽtissimũ.
E Hæc si uigilantius obseruauerimus uidebimus singulas huius muneris partes excellentissimas esse: q̃uis tres earum uideantur aliis sanctorũ partibus assimilari. Omnia ecclesiæ sacramẽta habẽt quidem uisibilẽ spẽm: naturam siue subiectum priorem non amittentẽ. Hic species.i.accidentia: propria substantia pereunte: dei sola uoluntate pseuerant. In aliis sacramentis sola uisibilis species sacramentũ nõ est: sed illa cum uerbis: signi cõplent rationẽ. Aqua.n.non est baptismi species sola: neq; sola uerba baptizantis baptismi species sunt: sed uerba simul & aqua species sũt baptismi. Sic de reliquis sacramẽtis res se habet: hic solæ species primo loco rõnem sacramẽti tenere noscuntur. Licet præterea alia sacramẽta gratiam afferant: nullum tñ eorum talem ac tantã afferre sufficit: quantam

istud. Notum est matrimoniũ referre unitatẽ Christi & ecclesiæ: sed non tam plene: non tã efficaciter q̃ hoc munus. Licet. n. maritus caput sit mulieris sicut Christus ecclesiæ: tñ Christus ipse hoc munere cõtentus se ipsum suamq; unitatẽ plenius repræsentat: q̃ alia quælibet creatura. Est igitur hoc munus præ omnibus sacramẽtis excellentissimũ: quando nullũ aliud in se tot cõtinet bona: nullius signa in creata uirtute sola cõsistũt: nullum tantũ potest afferre gratiæ quantũ istud. Et profecto baptismus licet primam afferat gratiã: quæ certe est amplissima: non tñ æque sublimem locum acquirit in cœlo. Fateor igitur baptisma esse magis necessarium: sed non magis meritorium. F

De excellentia eucharistiæ secundum suas causas & modum essendi & primo secundum efficientem causam.

S Ed quoniam quicquid humanis uerbis dici potest minus est dignitate tanti muneris: quæso ne pigeat adhuc sustinere hic & uigilare mecũ: dũ alia uia excellentiæ eius aliquã scintillam annitor oñdere. Res oẽs dignitatẽ habentes: illam aut ab agente: aut a fine: aut a forma: aut a partibus: aut ab essendi modo suscipiũt. Cõficiuntur alia sacramẽta uerbis humanis uirtute tñ diuĩa suffultis: suo nempe nomine homo cõficit oĩa sacramenta: potestate tamen fretus quam accipit ab ecclesia. Qui baptizat dicit. Ego te baptizo in nomĩe pr̃is &. f. &. s. s. Qui ordinat manũ imponit: & uerba depromit significantia illũ efficere: quod instrumẽta suscipienti oblata demonstrant: & dũ manus iniungit ad sacerdotiũ supplicans dicit. Consacrentur manus istæ: per istã sanctam unctionẽ & nostram bñdictionẽ. Qui absoluit dicit. Ego te absoluo a peccatis mihi cõfessis in nomine pr̃is &. f. &. s. s. Qui cõtrahũt matrimonium dicũt. Accipio te in meam: & ego te in meũ. Qui oleo inũgit extremo dicit. Per istam sanctã unctionem parcat tibi deus quicquid oculis peccauisti: aut sub eisdem uerbis aliũ sensum nominat quẽ inungit. Sex inq̃ ecclesiæ sacramẽta per hoĩes dantur: & uerbis humanis: Eucharistiam sacerdos qñ conficit non suis sermonibus: sed Christi uerbis innititur: nõ inq̃ ut prima psona: non ut agens loquitur: sed quasi minister sermonis credit & sperat uerbis Christi quæ ipse enunciat: hoc effici sacramentũ. Neq; mirum si homines suo sermone: suaq; psona: sex quæ diximus sacramẽta conficiant. Continent oĩa puram creaturam: & nihil increatum illis inest. In hoc uero sacramẽto adducitur deus non ubi nõ fuerat: qui totus ubiq; est: sed nouo essendi modo. Nõ. n. erat sub panis uiniue speciebus sacramẽtaliter qñ uerba Christi prolata non fuerãt. Accedit Christi uerbum: & ipse uenit Christus uerbum. Verbũ. n. quod sua

G

H

uoluntate caro factum est: sua auctoritate & uolũtate: suis uerbis: suam
I carnem adducere debuit ad hoc munus: quod est ipse qui donat. Hic ẽ
aries hærens cornibus iter uepres: qui pro Isaac filio Abraæ se obtulit ho
locaustũ. Hæsit.n.dñs Iesus inter uepres: hæsit cornibus: qñ gloriæ suæ
maiestatẽ abscondit in homine: quãdo fœlicitatis uim: qua eius anima
semp abundauit religari uoluit: ne perueniret ad corpus: & sensibus cor
poris compatiẽdo quasi uepribus detineri. Est inq̃ aries oblatus in holo
caustum: cuius odore obedientiæ delectatus est deus: redẽptus est Isaac:
& consolatus ac exaltatus Abraam.

Constat omnium sacramentoꝝ finẽ ultimum eẽ fœlicitatẽ æter
e nam: ad quã baptismus perducit/quia apit ianuam/per quã ad
deum ingredi ualeamus. Hanc ipsam ianuã iteꝝ obseratã/iterũ
aperit pœnitentia. Alia sacramẽta ne claudatur ianua quã dixi adminicu
lum præstant. Munus uero hoc/hoc sacramẽtum ipsius fœlicitatis fonti
nos iungit & sociat. Facit fœlicitatẽ uenire ad nos: nosq; in illa manere:
& illã tenet in nobis. Quid est quæso nostræ fœlicitatis fons/fomes/fũ
K damentum/& culmen? Dñs Iesus Christus qui deus est: hic est uere lapis
angularis: qui sicut deũ in Christo homini sociatũ continet/ sic Christũ
deum hoibus adiũgit: q in hoc munere se nobis donat in cibũ: manetq;
per hoc munus in nobis. Audi quid dicat/donum hoc quod se ipsũ do-
nat. Qui mãducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ in me manet &
ego in eo. Manemus igitur in fonte fœlicitatis per hoc munus: ad quod
per alia sacramẽta appropinquamus. Per hoc manet in nobis tota fœlici
L tas: per alia idonei simus ad illã participandãm. Si formam nunc pensite
mus/quod os/quæ lingua exprimere/quis itellectus cape sufficit formã
huius sacramẽti in quo est formaꝝ dator? Dicam paucis quod possum.
Omne bonũ habet hæc forma. Bonũ habet quod totus mũdus cape nõ
potest: de quo ille solus aliquid intelligit: qui se nihil penitus pro rei di-
M gnitate intellexisse cognoscit. Hic est colũna ignis antecedens p noctem
& fumus per diem dei populũ dirigẽs: cuius rationẽ & receptaculũ uni-
N uersus populus/& ipse Moyses ignorauit. Si partes attẽdimus/quid iter
corporeas creaturas hoie præstantius? Quid iter spũalia primo ente põt
esse sublimius? Hæ huius sacramẽti/huius muneris ptes sunt. Hõ cuius
gratia creata sunt oĩa: & deus qui cuncta creauit partis hic habẽt rõnem.
Quod est plusq̃ uniuersum/hic uenit quasi in ptem/& sic est pars ut to
to nõ sit minus. O excellens manus quod totius boni cõtinet bonitatẽ.
O munus ineffabile: in quo pars nequit eẽ minus toto. Deus est quicqd
est: est igitur & corpus/& sanguis/& anima christi: est Christus homo to
tus: est

tus: est gr̃a: est panis uiniq[ue] accidẽtia. Sed longe plus est & melius omnibus istis. Quid dixi est longe plus? Plus illis est ĩfinito: & melius est deus illa quæ diximus q̃ ipsa in se permaneant: & tamen illa cum deo sum pta: partes sunt in hoc munere: Quia singula suam naturã: suamq[ue] sub stantiã retinent: nec ab infinito diuinæ perfectionis pelago absorbent. O
Hic est uere rubus quem uiderat Moyses ardere neq[ue] comburi. Ardet nanq[ue] caro: sanguis: anima Christi: ardet Christus totus charitate: ardet maiestate: ardet deitatis potentia: neq[ue] comburuntur in illo hæc: sed integra manent. Sunt alia ecclesiæ sacramenta dum fiunt: & ubi fieri desierunt: ultra non durant: licet effectus eorum permaneat. Hoc uero pdurat effectum. Habent alia unde mensurentur: hoc immensum est: prorsusq[ue] omnem mensurã excedit. Est uere hic panis: hydria illa farinæ quæ non deficiet: est lechitus olei mulieris sereptanæ: quæ pauit Heliam: est uere oleum uasis: quod mulier pro debito infundẽs: quotquot uasa afferunt repleti: uasisq[ue] deficientibus stat se ipso: unde pro filio uiduæ paterno creditori debitum soluitur: & filius a seruitute de liquoris huius precio liberatur. Hoc enim est corpus quod pro uobis tradetur o filioli matris e[illegible] Hic est sanguis qui pro uobis fundetur in remissionem peccatorum uestrorum: in precium uestræ libertatis. Et de munere domini nostri Iesu Christi a suis recessuri hactenus dictum sit. P Q

Præfatio ad lectores de ratione scribendi dñi testamentũ excusatoria.



DE TEstamẽto dñi nostri Iesu Christi nouo sane: noua ratione & inusitata, de hæreditate conscripto dicere non auderem, nisi ipsum Iesum dicere audirẽ. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: Cuius seriem testamẽti Ioannes euangelista litteris mandaturus: in testatore mẽtis constantiam testatur: legata deinde cõscribit. Hæredes instituit. Tandemq[ue] fidei cõmissario executionem dispositorum scribit cõmendatam. Quæ singula si minus sufficienter fuero prosecutus: scio bonum mihi ẽẽ: & uobis utile plusq̃ dici possit: q[uod] pro rerum amplitudine: pro testatoris maiestate: proq[ue] notarii dignitate: plene hæc explicare nõ possim. Nemo igitur mihi quæso calumniam imponat: q[uod] multa obmiserim: & enarrando testamentum domini: lacerauerim potius euangelii historiam q̃ texuerim. Fateor plane in hac ipsa Ioannis narra- R

tione:plura esse mysteria q̃ uerba. Fateor omnia quæ ille scripsit de testamento domini:me ferre non potuisse:sed & quæ ferẽda suscepi:meam confiteor supauisse uirtutem. Tuli q̃tum & quousq; potui:robustiores humeri plura & melius ferant/usq; dum expedit. Satisfecit/qui fecit qđ potuit/& ausum fuisse magna/culpabile non est. Si non penitus inutiliter audeas. Multi añ me interpretes:euangelioꝝ sensus ꝓpriis uerbis elocuti sunt. Multi eosdem sensus de sacris lr̃is remote multũ accœperunt. Ego si paucis obmissis sensum de ipso fonte euangelii/deq; propinquo ueritatẽ/& doctrinã salutarem sumere mõstraui/cur non recte fecisse uidebor? Si plene singula dñi Iesu uerba/dũ suum cõdidit testamentũ/ut Ioannes scripsit/ꝓsecutus nõ sum/cur incusabor ꝗ reliquerim aliis locũ suum? Non est apis infructuosa/quæ de singulis floribus fauos non aggerat. Satis ẽ:ex q̃bus põt:& q̃tum potest illã ad mellificãdũ in aluearíis congregare. Inciuile est oĩa poma unius arboris:uno stomacho:unaq; ingestione cõsumere. Bonũ est ergo relinquere cæteris scriptoribus locũ suũ:ut qui uelint de intactis euangelii uerbis fauos cõgerant in ecclesia. Solent ꝑfecto ætatis nr̃æ tabelliones:quos notarios dicimus:testamẽtorũ particulas dare poscentibus. Solent ẽt multa testantiũ uerba breui pagella cõcludere. An quia oĩa dicere nõ sufficio:nulla dicã? An quia totã euangelii seriẽ non capio:qđ sparsim mihi dñs monstrare dignat᷑ occultabo? Si mihi sola sint fragmenta panis:ideo esuriẽ meã non releuabo? Ideo paruulis famæ piclitantibus negabo micas:q̃m panem ĩtegrũ dare non possum? Lamentat᷑ dñs quoniã dum paruuli quærerent panẽ:nõ erat qui frangeret eis. Si laceratam tunicã hẽam:non induã illam? & nudus potius q̃ pannosus incedam? Nimis delicati est:non nisi de integro pane cibum sumere. Supbum est nimis:ac stolidum algere potius in nuditate:se abscondere/q̃ pannosum ĩcedere. Sed tñ hæc ip̃a frusta:quæ de Ioannis euangelio pro testamẽto dñi a me sũpta sunt:ita spero esse consuta:ut non male cohęreant. ꝗ uero nõ satis artificiose consuerim:ꝗ sutura nimis appareat:ꝗ nõ oĩa dicendi stilo æqualia sint:ueniam ab illis spero:quorum gratia laboraui. Non.n.diuitibus:aut delicatis opari cõstitui:operor pauperibus:quibus existimo satis fore: Si operis mei ꝑtes omnes sibi inuicem bene respondeant:& inhæreant firmiter. Si nihil dixi:quod a tanto testatore decretũ non ostendam:si quæ de Ioannis euãgelio sumpsi fideliter:& ut ab auctore scripta sũt:in medium attuli:spero lectores non improbos uoluntatem accepturos bonam:& imperfectum meum:non tam mihi/q̃ operis difficultati ascripturos. Nunc Ioannem ipsum audiamus:& deinceps quæ dixerit declaremus.

Ego scio

e Go scio quos elegerim. Sed ut impleatur scriptura: qui manducat mecum panem/leuabit cōtra me calcaneū suum. Amodo dico uobis/priusq̄ fiat/ut cū factum fuerit credatis quia ego sum: Cum hæc dixisset Iesus/turbatus est spiritu/& ꝓtestatus est: & dixit. Amē amen dico uobis: quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebāt ergo ad inuicem se discipuli/& sciscitantes de quo diceret: erat recūbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu/quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus & dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq̄ cum recubuisset ille supra pectus Iesu/dixit ei. Dñe quis est? Respōdit Iesus/ille est cui intīctū panem porrexero. Et cū intinxisset panē/dedit Iudæ Simonis scariothis. Et post bucellam/itrauit in eū Sathanas: & dixit ei Iesus. Quod facis: fac citius. Hoc aūt nemo sciuit discūbentiū/ad qd dixerit ei. Quidam.n.putabāt quia loculos habebat Iudas/ꝙ dixisset ei Iesus. Eme quæ opus sūt nobis ad idem festū/aut egenis ut aliqd daret. Cum ergo accepisset ille bucellā: exiuit cōtinuo. Erat autē nox: Cū ergo exisset/dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis/& deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus ē in eo: & deus clarificabit eum ī semet ipso/& cōtinuo clarificabit. Filioli adhuc modicū tēpus uobiscū sum: quæritis me/& sicut dixi iudeis/quo ego uado uos non potestis uenire: & uobis dico modo. Dicit ei Simon Petrus. Dñe quo uadis? Rñdit Iesus. Quo ego uado nō potes me sequi modo: sequéris aūt postea. Dicit ei Petrus. Quare non possum te sequi modo? Aīam meā pro te ponā. Rñdit ei Iesus. Animā tuam pro me pones? Amen amen dico tibi: Nō cātabit hodie gallus/donec ter me neges.

m Entis cōstantiam dñi Iesu testamētū suum cōdituri/multis eius dictis & opibus/Ioanne referēte cōprobatam: nunc plenius itelligite. Quid quæso sibi uult? Ego scio quos elegerim: nisi ego scio quos testamēto meo legatarios: quos hæredes scribere decreueri. Et quia ab initio duodecim Apostolos elegerat quos hæredes instituturus erat. Iudas aūt Scariothis unus apostoloꝝ/in hæreditate ptem assequi nō debebat/ne ignoranter frustráue cohæres scriptus uideri posset: unde argueretur mētis incōstantia: mox adiecit. Sed ut impleatur scriptura: qui manducat mecū panem: leuabit cōtra me calcaneū suum. Quasi dicat. Non per ignorantiā unum ex uobis hæredem instituo: qui partē hæreditatis nullā assequetur: sciēs hoc prudensq̄ facio: ut quæ decreuit deus: & per ꝓphetas suos īnotescere uoluit: uera & inconcussa pmaneant: illū inter apostolos numeraui. Decreuit.n.deus unū ex meis hæredibus: & mecū panē manducantibus: per ingratitudinē hæreditate priuari: sua ipsius ingrata pfidia: qua non uerebitur insurgere cōtra me. Prudens ergo

& sciens ad condendũ testamentũ accedo: qm̃ scio quos mihi legatarios & hæredes elegerim. Scio quis eorũ sit ab hæreditate casurus. Scio etiam quare casurus. Quia per ingratitudinẽ: qua leuabit contra me calcaneũ suum: hæreditatẽ non assequetur: ut impleãtur scripturæ prophetarum.

S Nemo hic existimet ꝓphetas: aut prophetaꝝ uaticinia Iudæ imposuisse necessitatẽ leuandi calcaneũ contra dñm saluatorẽ. Sed quia sic futurũ erat: ideo p prophetas deũ hoc uoluisse prædici: ut dño Iesu eligẽti Iudã in apostolũ ignorãtia aut frustratoria electio ascribi nõ posset: Quãdo ut se conformaret legibus diuinæ sapiẽtiæ/illũ elegit quẽ deus ꝑsciuerat

T ꝓditorẽ. Sed quid sibi uult quod dicit Iesus. Leuabit cõtra me calcaneũ suum: nisi recedet hinc: ibitq; ad iudeos ut me uendat: reuertetur ab eis accepta mercede pro meo sanguine: quẽ illi in potũ tribui salutarẽ? Eundo igit̃ & redeũdo calcaneũ leuabit: qñ ambulãtes primo terræ calcaneũ imponũt: & illum ultimo leuant. Etiã quia dũ Iudas Iesum salutat ut eũ osculo tradat: cõsentaneum est alterũ genu honoris simulandi gratia in curuauisse: quod nos reuerẽtiã exhibere dicimus. Oportuit ergo eũ calcaneum a terra leuare salutãdo magistrũ. Itaq; purbane proditoris iniqtatem & ꝓditionis modum apuit Iesus: dũ dixit. Leuabit contra me calcaneũ suũ: propter qd̃ adiecit. Amodo dico uobis ut cum factum fuerit credatis. Modeste uobis & quasi enigmatice dico: ꝙ sua culpa unus uestrum sit ab hæreditate casurus. Vt cũ factum fuerit: cũ ceciderit: credatis illum sua culpa nõ mea uoluntate cecidisse. Credatis me nouisse qd̃ ille

V sceleris eẽt aggressurus. Amẽ amẽ dico uobis qui accipit Si quẽ misero: me accipit. Qui autẽ accipit me: accipit eũ qui me misit. Emissurus dñs Iesus paulo post Iudã proditorẽ & in malũ suum abire uolenti potestatẽ facturus abeũdi: illum si posset pro officio magistri retinere conatur: ne calcaneũ leuet. Itaq; admonitioni quã facturus erat: duplicẽ affirmationem præponit: deinde quis fructus: quæ gloria maneat discipulos suos obediẽtes: oñdit: ut rebellis discipulus: & auarus: agnoscat q̃tum sua nequitia amissurus sit: dicit ergo. Amen amẽ. i. uere & ꝓculdubio dico uobis: quẽ ego misero: si quis accipit: illi credendo: illũue adiuuãdo: uel fouendo: Accipit me. Hæc oĩa mihi præstat. Neq; mihi tãtum ut homini præstat: sed deo. Accipit. n. eum qui me misit: qui totus est mecũ: & ego sum illud idẽ quod ipse est. Quare non põt me accipe nisi & illum accipiat. O infœlix Iudas cur nõ te retrahit ambitio? Cur non auaritia tua te cũ magistro tuo facit pmanere? Si honores ambis/expecta donec mittat te magister tuus. Si te miserit/quasi magister ab oĩbus excipieris/Si lucra sectaris dabũtur tibi thesauri populoꝝ/qñ ad pedes Apostoloꝝ ponent̃

omnia

omnia credentium bona/in cōmunem utilitatem distribuenda. Sed qa obstinatus es/& auaritia cæcus: nec tam clemētis magistri/tam sobria tui criminis manifestatione deterreris/quia admonitione & pollicitis nō flecteris/nec mutaris/iccirco qui scrutator est cordium magister tuus tuam obstinationē intelligens/cū hæc dixisset Iesus turbatus est spū/pietatis.s. & māsuetudinis studio tibi cōpatiens: & uultus hilaritatē quam admonendo prætulerat ad cōmiserationē uertens. Ne quæso existimetis dñm X
Iesum Christū: agnū uere sine macula: filiū innocentissimū: in quo deo patri optime cōplacuit: qui peccatū non fecit: in cuius ore nō est inuentum mendaciū/per irā aliamue animi passionē fuisse turbatū. Etenī turbatio animi uel spūs peccatū sonare cū sit solita/sitq́ stoica īstitutiōe sancitum in bonū uirū animi turbationē nō cadere: qs audeat dicere dñm Iesum Christū per iram fuisse turbatū? Non nunq̄ insup in sacris litteris turbatio dici solet motus rōnis efficax ad obediēdum supioris imperio/ Sicut in affatu angeli scribit Lucas/Mariā fuisse turbatā in sermōe eius: non qdem iræ impetu: sed reuerētia quadā (ut disseruimus de annūciatione tractātes: exponētesq́ illud Lucæ/turbata ē in sermōe eius) Turbatus ē igit̄ Iesus.i.motus ad obediēdū dei pr̄is decreto/turbatus est.i.mutatus secundū exteriora signa: ad efficatius declarandā proditionē & proditorem. Hanc interpretationem non a me sed a Ioanne eodē loco sese declarante accipite. Vt.n.dixit/turbatus ē spū: mox addidit. Et ꝓtestatus est & dixit. Amen amen dico uobis/qa unus ex uobis tradet me. Quasi dicat turbatio Christi apta fuit protestatio/ac manifestatio ꝓditionis/& proditoris. Vt cū dicit/Et ꝓtestatus.&/non copulatiue sed declaratiue sit positum. Amen amē. Vere & certe. Qui uere & certe loquit̄ spū.i.rōne non per iracundiā cōturbatus eē credēdus est. Ira enim impedit animū/ ne possit cernere uerū/& si cernit ambigue cernit. Nō est ergo pturbatus ratione Iesus: qui uere & certe loqtur/Dico uobis nunc particulatim: qđ prius in genere dixerā. Vnus ex uobis apostolis meis/ex uobis cōmensalibus meis/tradet ꝓditorie/tradet p auaritiam: tradet per īgratitudinem me dñm & magistrū suum/tradet me impiis & sceleratis: qui quærūt animam meā: ut pdant eam. Aspiciebant ergo se inuicē discipuli hæsitantes de quo diceret. Qualis hæc hæsitatio fuerit aperit Matheus/Singuli.n. Y
de se ipsis dubitātes/nō q̄ se reos intelligerent: sed ne suspecti haberent̄/ metuētes iuxta Matheum. Cōtristati ualde cæperunt dicere. Nunqđ ego sum dñe? Nemo de facto alterius ē ausus interrogare palā: sed de se q̄sq́ Z
quærit & dubitat. Decebat.n.apostoloꝝ modestia nihil sinistrū credere uel quærere de ꝓximo. Satis erat suā singulos inocētiā excusare: alterius

culpam palã aperiri petere nõ debuerunt. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu.i.iuxta sinũ ex latere:ut ad aurẽ inclinaret se: & Iesum secreto alloq posset cõmode:Quẽ diligebat Iesus:supple præ cæteris.Omnes.n.diligebat magister optimus.Quare nisi prærogatiuã amoris adiicias:non capies sensum.Ita quia Ioannes familiarius cũ dño Iesu cõuersabatur:nõ immerito existimatus est magis amatus:neq uero incõgrue familiarius cõuersabantur Iesus & Ioannes:quoniã uterq uir
A go:& ut existimo erant ferme æquales ætate.Hoc porro de se scripsit Ioannes non ad iactantiam:sed cãm reddere uolens:cur potius ipse dñm secreto iterrogauerit q̃ qlibet alius discipulus.Ita ne temeritatis dãnaret a posteris:arctioris cõsuetudinis cãm adduxit,Scribens igitur nunc de se ipso ꝓsequit dicens.Innuit ergo huic Simon Petrus:ut illũ audiret submissa uoce dicere aliquid uolentẽ.Et dixit ei ꝑbenti aurem.Quis est de quo dicit?Interroga quæso magistrũ. Nã qui prius in genere de sua proditione quasi ꝓpheticis uerbis locutus est:& postea in spẽ per unũ ex cõmensalibus se prodi manifestauit/cõsentaneum est agnoscere ꝓditorẽ. Quære igitur quis est de quo dicit.Ita ꝑsuasus Ioãnes a Petro quærere de quo diceret:ut innocentes pauore facinoris uel suspitionis releuaret.
B Cum recubuisset ille supra pectus Iesu.Sunt qui dicant/ꝙ etiam pictum non uno tãtũ in loco aspicitur/Ioannẽ reclinasse caput in sinu Iesu & obdormiuisse. Quod si ex euangelio constaret/negari non posset sine periculo salutis æternæ.Sed qm̃ nullus euangelistarũ habet hoc/ego neq existimo Ioannẽ obdormiuisse/neq reclinare solitũ fuisse caput in sinu Iesu quietis aut somni gratia.Fuisset hoc ubilibet nimis molle. Tam tẽperato præterea in cõuiuio magistri totius modestiæ:& in quo festinanter uescendũ fuerat:non decebat sobriũ soporari amicũ.Neq erat uenustatis tanti magistri obdormituri discipuli caput gremio excipe. Neq timorati discipuli dormire uolentis:in magistri gremio inter cõuiuas caput reclinare.Sobrie intelligẽda sunt:& pro modestia scriptoris accipiẽda quæ iam diximus de se scripsisse Ioannem.Cum recubuisset ille supra pectus Iesu.Non ꝙ omnino caput sup pectus imposuerit:siue reclinauerit ut pingitur:aut intercœnandũ obdormierit:sed caput reclinans uersus Iesum(recũbebat.n.ea in cœna proximus illi)os suum illius auri approximauerit.Existimo nanq inter mrẽm Virginẽ & Ioannẽ uirginem: Virginis filium & totius ĩtegritatis exemplar in illa cœna medium recubuisse:ut uirginitatis fructus(quo iam frui per sacramenta ecclesiæ incipiebat genus humanũ)de medio uirginitatis surgeret.Ita inq̃ reclinans Ioannes caput:& os suũ auri Iesu ꝓximãs. Cum recubuisset.i.reclinasset

se supra

se supra pectus Iesu/Certe supra est quod non tangit:non tangens ergo pectus/sed illi appropinquans tantisper:ut ad aurem loqueretur. Dixit. Domine quis est ille unus ex nobis qui tradet te? Certe qui dormit non interrogat de tam seriis: neq; qui sibi de tam seriis responderi expectat: somno se componit:neq; soporato de tam seriis respōdetur. Respondit Iesus/Ille est cui intinctum panem porrexero: Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simōis Scariothis. Existimo hoc loci fore operepretium/ambiguitatē quandā tollere de medio: & euangelistaꝝ concordare scripturas:ut intelligamus illos nō dicere contraria/sed sibi cōcinere. Intelligamus ēt qualis fuerit hic panis itinctus Iudæ porrectus. Matheus & Marcus ante munus Christi.i.ante donū corporis & sanguinis ꝓprii scribunt Iesum manifestasse proditionē. Lucas & Ioannes post donum. Sed duo primi per anticipationem intelligendi sunt. Vt.s.persuasum habeamus illos scripsisse prius quod rei executione gestū est posterius. Lucas uero & Ioannes rei seriem ut gesta est narrasse credantur. Neq; iccirco priores poterunt falsitatis accusari:qui nō ordinē sed rem tradere student. Lucas uero & Ioānes qui posterius scripserūt:uidētes rei ordinē defuisse:illū addiderunt. Voluit.n.spūs.s.per hos quatuor non penitus eadē dici:ne singuli ociosi & penitus supflui uiderentur. Voluit singulis aliquid deesse:qđ supplerent alii:ut singuli homines se fuisse recognoscerent: & neminē integram penitus ueritatē attingere:aut narrare suffecisse cōgnosceret. Et ꝑfecto testes penitus eadē dicētes nō īmerito suspecti: & subornati haberi solēt. Vt igitur euangelistaꝝ testimoniū:oī prorsus a suspitione distaret:nō penitus idē dicūt. Dicunt tñ sibi concinētia: Si absq; liuore: si sanis sensibus quæ scripserunt hauriantur. Sed redeamus uñ discessimus. Apte tandē mōstrat Iesus Iudā Simonis Scariothis: illum eē unū:quē prædixerat se proditorie traditurū dum dicit Ioanni. Cui intinctum panem dedero: & mox intinctum panem porrigit Iudæ. Nō fuit hic panis ille:quē Iesus benedixit:sub quo suū corpus tradidit: fuit ille panis purus:non intinctus aliquo liquore:panis fuit figuratus in azimis:cum quibus paschalis agnus edi iussus est. Pascha enim nostꝝ est Christus:uerus agnus qui aufert peccata mundi:quando manducať in azimis sinceritatis/& ueritatis. Iam prius Iudas panem illū comederat: iam prius biberat illū potū. Sed quia indigne hæc sumpserat:iudiciū sibi māducauerat & biberat. Nō igitur sine cā mox post bucellam:de manu saluatoris assumptam:intrauit in eum Sathanas:ut exequereť sententiā dānationis:quā impurus ille & ingratus conuiua:p suā neqtiā iusto iudicio iuste subierat. Hēt ꝑ cæteris criminibus igratitudo hoc pessimū:ut

r

a bono bene donatum uertat in perniciem accipiētis. Sathanas (Hieronymo teste) transgressorem præuaricatorem: seu contrariū sonat. Nōne intrauit Iudam studiū transgrediendi omnes æquitates? Quādo per ingratitudinem (pessimū iniustitiæ genus) magistrum suū & quidē bñficentissimum inuidis uendidit phariseis? Nonne fuit idem Iudas/præuaricator salutatiōis & osculi? Qñ pacis & bñficētiæ indicia ad homicidiū & perniciem magistri amātissimi mitissimiq; puertit? Fuit etiam sibi cōtrarius. Quando lucri sui occasionem ingētem: tam parua mercede (cū
E esset pecuniæ studiosus) sibi subtraxit. Vere igitur intrauit in eū Sathanas/firmū.s.propositū transgrediendi limites honestatis: præuaricādiq; amoris & honoris indicia: & se suis cōmoditatibus per cæcam auaritiam opponendi. Quotiens hoc facit auarus: qui ut lucretur non multā pecuniā sanitatem pdit/& uitam. Sed de his alibi. Et dixit ei Iesus. Quod
F facis fac citius. Videretur fortasse dixisse Iesus. Quod facis. Quod me prodis & uendis/fac citius: Cito me uende & trade manibus impiorum. Ne quæso sic exponas: ne sic ītelligas: nephas est de domino Iesu sic sentire. Maluisset Iesus Iudam resipiscere & pœnitere/Voluisse præterea Iesum pœnas Iudæ accelerari non est consentaneum: quem optauit nō nasci/ne tam acerbe puniretur. Sciuit præterea Iesus horam & momentum quo erat capiendus/& alligandus/sciuit illud neq; accelerari posse/neq; differri. Non igitur hortatus est Iudam accelerare: quod accelerari non posse certissime nouerat. Adde q; Iesum Iudæ præcipere q; proditionem maturaret/nil aliud erat q̄ Christum propriam mortem accelerare. Hoc autem non boni nec cōstantis uiri: sed aut pusillanimis est (imminentia mala per mortem fugere cupiētis) aut desperati/cui iam propria uita sit
G odiosa: quæ de domino Iesu suspicari insanum est: atq; blasfemum. Certe ipse Iesus cum esset in horto/ter orauit patrem/ne calicem passionis bibere cogeretur: non q; mori penitus recusaret: sed ne quis unq̄ crederet illum quasi pusillanimem succumbere malis: aut quasi desperatum abiicere uitam. Ita qui a patre orauit uitam/a Iuda non postulauit mortis celeritatē. Quid igitur sibi uoluit sermo Christi/Quod facis fac citius? Audi: uidens Iesus Iudam animo fluctuantē: seq; manifestari timētem: & iccirco discedendi occasionē captantē: & si nulla daretur iam omnino sine licentia abiturū: seq; per hunc ipsum recessum proditorem manifestaturū/ne se detegeret: & ne discipuli illū discedere phiberēt/quasi emit
H tens eū dixit. Quod facis fac citius. Sed qd citius fieri uoluit? Segregationem pditi hominis & penitus desperati/a puris & innocētibus: ut sequentia manifestāt. Fuit ergo sensus uerborum dñi Iesu. O Iuda quem humilitas/

humilitas/& humanitas mea/dum ego dñs & magister laui pedes tuos/ quem munificentia mea qua me met tibi donaui: exhibẽs tibi meũ corpus in cibum & sanguinẽ in potũ: ad salutẽ animæ tuæ (si modo uelis) Cui insuper ego per tale munus me adiunxi/& inhæsi quãtum licuit: quem generalis admonitio mea: qua a cõmensalibus meis ꝓdendũ me (iuxta ꝓpheticum uaticiniũ) declaraui: quẽ specialis castigatio ꝙ p unũ tantũ hæc proditio fieret: quẽ indiciũ intincti panis non absterruerunt a tanto facinore: a tã scelesto ꝓposito non retraxerũt: quoniã impœnitens & incorrigibilis es/& iccirco tali cõuiuio te reddis indignũ: qm̃ horũ discipuloꝝ consuetudinẽ aspernaris: refugis: horres: quoniã ad sceleratos ire festinas/& iccirco recedere uis: ut reprobus separeris a bonis. Quod facis: Iamq; te moues ut discedas: fac citius. Tu lupus agnos desere: fuge me pastorem: has meas oues: hos agnos: hunc gregem iam purga. Omnes boni uiri sunt: tu sceleratus/purga ergo per tuũ discessum collegiũ meũ. Ita quod facis: fac citius: non meã proditionem: nõ tuã desperationem: sed gregis huius purgationem. Lupus exi citius ab ouili meo: exi inq̃ citius: ne te diutius morantẽ discipuli mei proditorẽ agnoscant. Matura citius discessum tuũ: ne Ioannes (q̃uis monitus silere quod nouit) te apiat proditorem. Ita per hæc uerba quod facis: fac citius. Dominus Iesus Iudæ occasiõnẽ præbere uoluit: præbuitq; tuto discedendi. Et qui iã docuerat malum pro malo non eẽ reddendũ: sed malum in bono uinci oportere: facto cõprobauit quod docuerat: quãdo Iudam abire uolẽtẽ: ut illum proderet: emisit tuto. Horum gratia dixisse dominũ Iesum: qđ facis fac citius: sequentia declarabũt. Hoc autẽ nemo sciuit discumbentium ad quid diceret. Quidam enim putabant: quia loculos habebat Iudas: ꝙ dixisset Iesus: eme quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut ut egenis aliquid daret. Plana res est dominum Iesum Iudæ his uerbis occasionem dedisse tuto recedendi. Cum ergo accepisset ille bucellam: paruum bolũ: qualem bucella idest paruua bucca sumere solet. Non enim modestissimis Saluatoris manibus aliquid immoderatum dari potuisset. Exiuit continuo. Vt exeundi per uerba magistri assecutus est occasionem. Erat autẽ nox. Non uacat hoc mysterio. Etenim qui male agit: I
odit lucem. Nox erat. Tenebræ ignorãtiæ crassæ Iudam exceperant. Obcæcauerat enim illum obstinata auaritia: qua pactam pecuniam pergebat promereri. Et quia nemo nisi ignorans peccat: quemadmodum exponentes Aristo. ethicorum libros plane monstrauimus: non mirum si Iudam abeuntem nox exceperit ignorantiæ. Cum ergo exisset dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis: & deus clarificatus est in eo: &

deus clarificabit eum in semet ipso: & continuo clarificabit eum. Aperit nunc magister optimus: quid Iudã citius facere uoluerit: dum post eius discessum dicit. Nũc q͂ abiit Iudas clarificatus est filius hominis: & deus
K clarificatus est in eo. Cum sagena missa in mari/& aggregatis omnifariã piscibus/boni mittuntur in uasa/mali excludunt pisces/purgãtur nauis & retia/& emissa uicio͛ꝝ sentina: fœtoreq͂ proditorio ab apostolico cœtu purgatus est/& clarificatus totus ordo discumbentiũ/clarificatus imprimis Christus caput: quando in membrum tã putridũ desiit influere. Clarificatũ est sanctum illud collegiũ matris Christi/& undecim apostolorũ: in quo deus per grãm residebat. Clarificatus est igit͛ dñs Iesus Iudæ discessu: quia suo͛ꝝ cõmẽsalium cœtus omni fece criminũ liberatus est. Si dñs Iesus se ipsum in se solo: uel in deo non in suo collegio clarificatũ per Iudæ discessum uoluisset intelligi: nunq̃ addidisset. Et si deus clarificatus est in eo: deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit. Etenim quẽ iam sic clarificatum dixerat: frustra clarificandũ addidisset. Sed qm̃ per Iudæ discessum/se & deũ in sui collegii purgatione clarificatum ostenderat/denuo se in se ipso clarificandũ dicit. q͂ aũt dicit continuo/non statim ac sine intermedio est intelligendũ/quod ipsemet de-
L clarat addendo. O filioli adhuc modicum tempus/uiator passibilis sicut uos: atq͂ mortalis/uobiscũ sum: quæritis me sequi. Et sicut dixi iudeis: quo ego nunc uado: uos nõ potestis uenire. Et uobis dico modo. Nunc igitur me nõ sequimini/quia uado nunc ad mortẽ spontaneus: uado ad mortẽ ignominiis/obprobriis/uerberibus/uulneribusq͂ durissimam: cuius formidine me oẽs deseretis. Sicut dixi uobis: dũ ueniremus Hierusalem. Hunc esse litteræ atq͂ sermonis sensum nemo dubitabit: qui sequẽtem Petri interrogationem: & Christi rñsionem attente plegerit. Quærenti nanq͂ Petro/Dñe quo uadis/rñdit Iesus. Quo ego uado nõ potes me sequi modo. Quia nõ es tantæ fortitudinis: ut sponte laniari p tormenta: & occidi substineas. Sequeris aũt postea: qñ spũs consilii & fortitudinis te in amore patris/meiq͂ firmauerit. Dixit ei Petrus. Quare nõ possum te sequi modo? aĩam meam pro te ponam/etiam modo/in omni pœnarũ mortisq͂ periculo. Respondit Iesus. Animã tuam pro me pones? Interrogat quasi negans/ut sequẽtia manifestant: quasi dicat id mõ non facies: & ut scias me hoc certũ habere. Amen amen. i. uere & certe di-
M co tibi. Non cantabit hodie gallus donec ter me neges eẽ tibi magistrũ: tibi notum: tibiq͂ amicum. Scribũt omnes euangelistæ concorditer trinam a Christo Petri negationem præsagitam: & nihilominus si attente quæ de hac re illi scripserũt legere uoluerimus/plusquam tertio negasse

Petrum

Petrum se aliquid cōmertii habere cū Christo inueniemus: nisi (qđ absit) ipsoꝝ euangelistarū quempiā a uero recessisse fuerimus opinati. Scribit Matheus negauisse Petrū hoc ordine. Cum eēt Petrus in atrio: quod erat ante ꝑtorium domus Cayphæ: ubi Iesus colaphis cædebatur: ac per derisum de cædente ꝓphetare iubebatur/ancilla dicit Petro. Et tu cū Iesu galileo eras. Ille rn̄dit. Nescio qd dicis. Et mox inde discedit/ut de atrio exeat. Eo iam in limine cōstituto ut exiret/alia ancilla ad astātes uersa dicit de Petro/Et hic erat cū Iesu nazareno. Rn̄dit Petrus. Non noui hominem. Egressus deinde atriū/& in uestibulo cōstitutus/audit a multis satellitibus illic stātibus. Vere & tu ex illis es/nā & loquella tua manifestū te facit. Et his rn̄dens detestatur & iurat: se hominē non nouisse: Marcus quasi narrat hæc eadē. Ita iuxta hos duos euangelistas (Matheum inq̄ & Marcū) negauit Petrus bis ad uocem ancillaꝝ dū eēt in atrio: & ad multorum uerba satellitum: atriū uero iam egressus negauit tertio. Lucas eadem sentire uidet᷑: nisi ꝙ secūdam negationē ad uerba maris: & tertiā nō ad multoꝝ marium: sed unius tantum questionē scribit impletam: non declarans an atrium sit internegandum egressus. Horum uero apparēs dissonantia facile tollitur: Q uoniā locorū ueritatē non habet ipsa narratio: & non distat a uero cum secunda ancilla aliquē etiam marem contra Petrum eē locutum. Ita Lucas marem: Matheus & Marcus ancillā in secunda negatione uere introducunt cōtra Petrum uerba facientes. Nō pugnat etiam: quod a multis Petro imponebat᷑ cōmuni nomine acrius ab uno imputari. Ita Lucas in tertia negatione acrius urgentem referēs: unum scribit: Matheus & Marcus qui cōmuni nomine instabant Petro cōmemorantes: de multis narrāt sine repugnantia. Ioānes autem Petrū primo negantem dicit: dum ingreditur domum Annæ: introductus ab ipso qui scripsit. Q uam negationem alii euangelistæ non scripserunt: quia neq̧ narrarūt quæ Christus passus apud Annam fuerit: sed in eius domo gesta penitus reticuerunt. Itaq̧ ex euangelio constat Petrum quater negauisse se eē Christi discipulum. Ter iuxta Matheum: Marcū & Lucam quibus Ioannes in duabus postremis negationibus est contestis: Et aliam adducit negatiōem in domo Annæ factam a Petro: quam tres illi penitus non scripserūt. Erit ne igitur dominus Iesus Christus in suo sermone non uerax? Q ui dixit Petro/ter me negabis? Minime. Q uoniā qui quater aliquid facit: facit etiam ter. Q ui igitur quater negat: ter uere dicitur negaturus: anteq̄ id faciat. Non dixit dominus Iesus ter tantū: sed ter: non excludens maiorem numerum. Q uare non erit mendax: si pro sua modestia minus prædixit: q̄ futurū nouerat: prædixit tn̄ qđ uere

futurũ erat. Dixit aũt ter: quia triũ testimoniũ est pfectũ/ Licet. n. duo suf
P ficiant: tres tñ plenius pbare uident. Et pfecto tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo: pater/ uerbũ/ & spũs sanctus. Tres itẽ qui testimoniũ dant in terra de dño Iesu Christo/ spũs/ aqua & sanguis. Tres itẽ naturæ erant in Christo/ corpulẽta substantia/ rõnalis aïa/ & natura diuina. Erat Christus deus: erat hõ: erat dei/ hoïumq; mediator. Erat pterea Petro cõpatriota: amicus & dñs & magister. Erat Petrus ei sociatus iure patriæ: nã galileus: iure officii: nam apostolus/ iur disciplinæ/ nã discipulus. Quæ tria negauisse Petrũ intelliges: Si diligentius euãgelistas inspexeris. Negauit adhuc tribus in locis/ in atrio/ in ostio atrii/ & extra ostiũ. Quare nõ incondite dñs Iesus illũ dixit ter negaturũ: non tã numeri negationũ: q̃ locorum & negatorũ rõnem hñs. Et de negatione Petri hactenus dictum sit/ ut referendo passionis seriẽ/ de illa nil ultra dicere habeamus. Si quis uero scire desideret: cur dei puidentia potius Petrũ/ q̃ alios discipulos in crimẽ negatiõis apte cader pmiserit: legat quæ Thomas in cathena aurea (opus pfecto plusq̃ aureũ) hac de re referat. Ad Ioannẽ euangelistã nr̃a reuertatur oratio: qui q͂m monstrauit dñm Iesum sciuisse: & prædixisse pditionem contra se machinatã: proditorẽ: pditionisq; modũ aperuisse Iudæ discessu in sui collegii expiatiõe se clarificatũ declarauisse: p sui nominis gloriosissimũ præconiũ de pximo in se ipso clarificandũ pdicauisse: iam minimum uitæ mortalis sibi restare confirmauisse: apostolos illũ relicturos: Petrum negaturum ostendisse: de constantia mentis dñi Iesu testari uolentis: aperte pleneq; in testamẽti exordio fidem fecit.

De dispositione legatorum & testamẽto domini in genere & de fide in specie ut de primo legato.

On turbetur cor uestrũ: neq; formidet. Verba quæ ego loquor
n uobis: a me ipso nõ loquor. Pr̃ aũt in me manẽs ipse facit opa. Nõ creditis qa ego in pr̃e: & pr̃ in me est? Alioqn pp opera ipsa credite. Amẽ amen dico uobis. Qui credit in me: opa quæ ego facio: & ipse faciet: & maiora hoꝝ faciet. Quia ad prẽm uado: & quodcunq; petieritis prẽm in noïe meo: hoc faciam: ut glorificetur pr̃ in filio. Si qd petieritis prẽm in noïe meo: hoc faciã. Ordinabat testamentũ suum dñs Iesus ut disponeret de thesauris quos fures non effodiunt nec furantur: quos neq; erugo neq; tinea demolit: quos i supna Hierusalẽ post mortẽ possidebũt: qui pro tpe peregrinationis per fidẽ & spem cũ patientiæ longanimitate illos inuenire: & illis se dignos facere studuerint. Sed qa studio ueritatis pia fide tenẽdæ aduersat diffidẽtia: mẽtisq; turbulẽtia: q uult tenere per fidẽ ueritatẽ sincerã: in altissimo diuinæ sapientiæ abysso recondi

reconditam humanaq; rõne inaccessibilem abiiciat necesse est omnem humanæ imbecillitatis turbationẽ inconditã:omnẽq; pauorem. Mox enĩ si formidine diffidẽtiæ uacillauerit:caligabit errorum tenebris:labet & ibit in præceps instar eoꝝ qui super trabe in alto & ꝓcipiti cõstituta stare diffidunt. Itaq; dñs Iesus amicos quibus fidẽ legat/ante oĩa turbatiõem mentis formidolosam abiicere iubet dicens. Non turbetur cor uestrum neq; formidet:quasi dicat/quia uos me relicturos & Petrum ter negaturum dixerim nõ iccirco turbet cor uestrũ diffidentia imbecillitatis uiriũ uestrarum:neq; formidet pœnam pro hac culpa subire/imbecillitati uestræ subueniã:culpamq; remittam. Sed ut hoc faciam habete bonã fidẽ: quæ unde incipere:ubi terminari oporteat:quid illa præstet/paucis quæ de euangelio Ioãnis in mediũ attuli saluator absoluit. Dum.n.dicit:nõ turbetur cor uestrũ neq; formidet:remouere docet diffidentiã fidei certitudini potissimũ aduersantẽ. Vbi dicit creditis in deũ fidei iacit solidissimum fundamẽtum. Vbi dicit/& in me credite:culmen fidei quousq; se erigat manifestat. Vbi dicit:uerba quæ ego loquor &c.ostendit quomodo fidei structura de suo fundamẽto cõsurgere oporteat. Vbi uero dicit: amen amen &c.huius structuræ cõmoditates adducit in mediũ ut neminem pigeat integram fidem suo ordine sumere. Dicit ergo/Creditis in deum & in me credite/quasi dicat. Nascatur fides &c.fides de mediatore ex fide præsumpta de creatore. Et ꝑfecto qui uere credit in deum:qui sine formidine illum credit oĩpotentem:quẽ humanæ rationes non turbant:qui eius omnipotentiam non circumscribit:uel mensura finita nõ metitur:ille facillime credet in dominũ Iesum Christum:& omnia quæ ille credi ex euãgelio uoluit:pro ueris habet & firmiter tenet. Verba quæ ego loquor uobis a me ipso non loquor. Docẽt logici a primo subiecto scientiaꝝ uim ueritatemq; cõsurgere. Quare nõ incondite dñs Iesus fidem quæ lumen est animæ ꝑfectissimũ/a primo suo fundamẽto q deus est:omnẽ credendi rõnem docet sumere. Hac rõne sancti apostoli dum fidei formã in symbolo traderent:& quæ in summa credere deberemus seriatim enarrarent:quidnã de deo credere debeamus imprimis oñdunt dicentes. Credo in unũ deum p̃rem oĩpotẽtem. Deinde qd de dño Iesu Christo credendum sit statuunt adiicientes. Et in Iesum Christum filiũ eius. Hinc dicit dominus Iesus christus. Verba quæ ego loquor uobis a me ipso non loquor. Veritas quæ mente cõcipitur uerbũ est:dũq; illam per uoces loquimur:uerbum.i.ueritatem loquimur mente conceptam: uerba ueritates fidei:quæ ego quasi homo loquor lingua & usu humano uobis instruendis & ad uestrã utilitatẽ:non loquor a me ipso hoĩe/

Et unde loqueris bone Iesu? Pater autem in me manēs ipse facit opera.
Q Non quia loquamur: non quia aliquid cogitemus: iccirco illud est uerū: sed quia res sic se habet: habet autem deo faciente. Quoniā ad omnem effectum plus operatur prima causa/q̄ aliæ simul oēs. Deus ergo primo fecit quæ fide tenemus. Anima Christi facta cognouit: cognita manifestauit. Prima itaq; ratio cur manifestata per fidem reuelatā uera sunt: nō est ab homine reuelante: sed a deo faciente. O christiane si quis te interroget: quare uel quomodo uerū est/q; deus hoīem induit? q; in Virgine carnem sumpsit? q; est de Virgine natus? Si refugis ad creatas causas/nō es christiāus: deq; primo legato Christi magistri tui nihil penitus habes. Dicit Christus. Pater in me manēs ipse facit opera. Quis ergo ea operatus est/quæ tu in symbolo credis? Non cœlorū motus: non stellarū influxus: nō intelligētia aliqua mouens orbes: non ipsum cœlū. Pater conditorq; cœlorū facit hæc omnia. Dn̄m Iesum Christū a mortuis surrexisse cur credere debes? Quia theologus aut philosophus: qa episcopus aut papa hoc dicit? Minime. Quare creder̄ debes? Quia deus hoc fecit/cui nihil est impossibile. q; dn̄s Christus ieiunauit/orauit: ambulauit: quare credes? Quia homini hæc possibilia sūt: uel quia aliqs homo uidit hæc fieri ea tibi retulit sic se habuisse? Minime. Si horū gratia credis: ueritatē quidem credis: sed nō es christianus: non habes fidē Christi. Fides dicit.
R Pater in me manens ipse facit opera. Crede quia pater fecit. Tu dices credo quia uidi: uel quia alium uidisse noui. Nō est hoc legatū Christi. Crede quia pater fecit/& Christi fidē habebis. Verba fidei quæ loquit̄ p humanitatem dn̄s Iesus/a seipso homine ꝓhibet accipi quare tu ab alio homine ne quæso accipias: falleris. Audi ab homine: crede per deum. Docuit Christus/quod sit fidei fundamētum: docuit quo auctore credi oporteat fidei ueritatē/qn̄ more optimi philosophi/ueritates fidei ad primū fundamētum reducere docuit/unde fluxerūt. Vt uia compositiua a fundamēto ad illas surgat ingenium. Et uia resolutiua oēs reducat ad fūdamentum.
S Nō creditis quia ego in patre: & pr̄ in me est? Pater q facit opera/non est intelligendus ille solus: qui prima creditur in trinitate psona: sed natura diuina: quæ una est in patre & filio & spū sancto. Omnia enī quæ credit fides/operatum eē deum in Christo dn̄o: & per Christum dominū tota simul trinitas operata est. Pater igitur manens in Christo qui fecit opera deus est/quia oīa creauit/estq; rerum omnium pater primus. Vnde quia Christus est deus/ipse est fidei fundamētū primū: quia deus est. Quia uero homo est plene intelligēs fidei magnalia in dei sapientia relucentia: & nobis humano modo loquitur quæ ineffabiliter in eo & p

eum nostri gratia deus fecit/primus magister est fidei edocēdæ. Vt igit͛ illum credamus fidei quā legat eē auctorem & doctorē dicit. Non credi T
tis quia ego͛uerbum & filius secunda in trinitate psona:sum in patre.i. in deo sicut suppositū est in natura/Sicut Socrates in homine continet͛. Nec tñ per omnia sic:immo longe dissimiliter:& pater.i.idem totū qd͛ in omnibus omnia operat͛:in me est/Sicut natura tota est in suo supposito:Sicut humanitas tota & integra in Titio cōseruatur:non tñ per omnia sic:sed dissimillime assimilatæ.Ego in pr̄e.Ego secundū hominē homo:nonne creditis qa per unitatem hypostaticā sim in pr̄e͛Sim in deo factus cum illo uere unū͛Non creditis quia ego/ut suppositum secūdū diuinæ naturæ sim in patre qui est prima psona per circū incessiōem/qñ eadem numero &(ut ita dicam)singularissima diuinitas quæ est in patre:est in me͛& per omnia similiter pater hac rōne in me est/sicut ego sū in illo/licet ego ab illo ꝓcedam & ille procedat a nullo͛Alioquin ꝓpter V
opera ipse credite.Sententia philosophoꝝ est:substantiam rei sua operatione dignosci.Qui facit opera stulti/stultus est.Neq̧.n.distat stultus a sapiente/nisi qa opera ab operibus.Fac stultum operari sapiēter/iam nō erit stultus.Qui facit opera plusq̄ hominis/est plusq̄ homo.Qui facit opera plusq̄ creaturæ/plusq̄ ē creatura.Fecit Iesus quod creatura neq̧ fecit:neq̧ facere credi potuit.Quis credat hoīem siccis pedibus maria per ambulare͛uentis:turbinibus:marisq̧ ꝓcellis impare͛mortuos suscitare iubendo͛Resuscitauit Eliseus mortuū:sed orando:magnoq̧ nixu supplicando.Resuscitauit Iesus mortuos impando:quod solus deus facere potest.Christus ergo qui hæc fecit:uere deus est:ideoq̧ nō mirum si dicat:alioquin ꝓpter opera ipsa credite. Si nō creditis quia ego sim in patre:& in me sit pater:ꝓpter uerba mea:credite propter opa mea. Quia
opera substantiam manifestant.Discant hic christiani nō aniles fabulas: X
neq̧ deliramēta sectari:nō leuiter nimis de se præsumentiū dictis:aut nimis callide confingentium præstigiis credere. Christus iubet credi operibus : iste credit faciebus. Christus tamen iubet credi operibus : ille credit uestibus. Iubet Christus credi operibus : iste credit somniis. Christus iubet credi operibus:ille credit suspiriis:alius lachrimis:alius latratibus.pudet dicere:neq̧ auderem:nisi audere me faceret Christus dicens. Propter opera ipsa credite:nō per famā:uel potius rumorem insanum: non propter ea quæ dixerunt:& illi ipsi nō fecerunt:qui per illa credi in se uolunt.Cauere iussit Christus a pseudo prophetis:quos ipse describit: qui ueniunt in uestimētis ouium:nihil ego addo:ipse dicit:intrinsecus autem sunt lupi rapaces:a fructibus eoꝝ cognoscetis eos.Ita qui lupos a

fructibus cognoscendos admonet: se iubet ab opibus estimari: ut fidem suam cuius deum fundamentum & terminum esse monstrauit: cuius se doctorem & architectum ostēdit: non leuibus coniecturis: sed operibus solidis nouerimus stabilitam.

De fructu fidei & utilitatibus consequentibus illam.

a Men amen dico uobis qui credit in me: opera quæ ego facio & ipse faciet: & maiora horum faciet. Descripsit dominus unde uires fides sumat: nūc describit quos afferat fructus. Donaui sanitates: ille donabit. Restitui ad uitam mortuos: & ille restituet. Fecerunt hæc discipuli domini: fecerūt multi martyres: multi cōfessores: faciunt quottidie sanctorum orationes. Sed dices / ergo & credētes in Christum: si faciunt opera quæ fecit Christus: sunt deus: ipsi sunt in deo: & deus est in illis: si

Y cut de se dixit Iesus: & ab operibus uoluit eē probatum. Rñdebit statim ipse Iesus. Quia ad p̄rem uado: & quodcūq; petieritis patrem in nomine meo hoc faciam: Vt glorificetur pater in filio: si quid petieritis me in nomine meo hoc faciā. Opera quæ faciunt credētes in Christū: non uirtute propria: nō nomine proprio facturos oñdit: sed uirtute dei: & Christo ipso intercedēte ut mediatore: operāte ut deo. Ideo credentes facient quæ ego facio: & adhuc maiora: quia quasi mediator ad p̄rem uado: exoraturus pro credētibus ī me gratiā. Ita quodcūq; uos in me credētes petieritis deū patrē omnipotentē facere in nomine meo: mea auctoritate:

Z mea intercessione: mea grā: hoc faciā: Faciam uero ut pater deus glorificetur in filio. Glorificabitur. n. deus uos exaudiens: qñ potestas uirtutis eius ope declarabitur. Glorificabit᷑ autem in filio: quādo filii interuētu gratiam intelligēt se cōsecutos hoīes: pro quibus in filii nomine petieritis. Non ergo credētes faciēt uirtutes & miracula: sicut Christus fecit: fecit ille uirtute ꝓpria: & imperando noīe proprio: faciunt fideles supplicando in noīe sanctæ trinitatis: uel in nomine Iesu nazareni. Dixit nēpe Petrus argentum & aurū non est mihi: quod autē habeo: hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Et Ioannes euangelista ad Drusianam: quæ efferebatur mortua suscitādā dixit. Dñs Iesus Christus excitet

A te Drusiana. Si opa consideremus: aut causam nulla est differentia inter miracula a christo facta: & a sāctis eius impetrata. Deus. n. est: qui p Christum: & Christi fideles opera facit. Si modū faciendi magna est differentia. Fecit ipse Iesus miracula uirtute ꝓpria: fecit imperans & nō īpetrans. Faciunt fideles uirtute diuina: in nomine dei omnipotentis: in nomine dñi nostri Iesu Christi: non nomine proprio: faciunt impetrantes non imperantes. Ita opera quæ fideles faciūt: indicant Christum esse deum:

quando

quando uirtute Christi faciunt illa. Rem sic se hřc indicat Christus Iesus magister optimus/hunc sermonem in hæc uerba repetendo concludẽs. Si quid petieritis in nomine meo hoc faciam. Habemus in hoc primo B
legato arborẽ uitæ: fidẽ. s. radices habentẽ deum omnipotentem: ramos creatorem & redẽptorem: credere deum in Christo manentem/& Christum manentem in deo: fructus opera uirtutum desideriorum complementum: ac petitorum impetrationem.

De obedientia.

I diligitis me mandata mea seruate: qui habet mandata mea/seruet ea/ille ẽ qui diligit me. Qui autẽ diligit me: diligetur a pře meo: & ego diligam eum: & manifestabo ei me ipsum. Legauit fidem: legat nunc obedientiã ad possidenda bona monstrata per fidem maxime necessariã. Parum. n. eẽt ueritatẽ per fidem conspicere: nisi ueritatem agnitam per fidem coleremus per obedientiam. Sed qm̃ hæc ipsa C
obedientia amore cõtemperatur/ut grata sit. Ideo magister sapiẽtissimus obedientiam legans & docens/unde illa condiatur ante mittit dicẽs. Si diligitis me mandata mea seruate. Nolo uos timore seruili: uel mercẽnario amore: & sola spe retributiõis: nolo uestri tantũ gratia cõmodi: nolo tantum fuga mali/seruetis mandata mea: uolo illa seruetis/Si pro quia diligitis me mãdata mea seruate/quasi dicat ꝓpter me: non propter uos. Sed nunquid per timorẽ obedire licet? Nunqd & spe retributionis seruare licet mandata dei? Certe Dauit fideles iuitat seruire dño in timore: D
& exultare illi cũ tremore. Et idem cantat inclinauisse cor suũ ad faciendas iustificatiões ꝓpter retributionẽ. Licet timore etiam seruili obedire: sed non licet obediẽdo illo in timore ꝑsistere. Procedendũ est donec melius aliquid inueniemus: cuius grã inseruiamus alacriter. Timor solertes facere potest: alacres nõ põt. Trahit timor & quasi uiolẽter adducit. Nullum aũt uiolentum potest eẽ perpetuũ. Perpetuam uero esse obedientiã necessariũ est. Qui etenim ꝑseuerauerit in obedientia diuinæ legis usq; in finem/hic saluus erit. Vt sine uiolẽtia obediamus/amandus est imperator. Obtempandum est etiã spe retributionis: sed ulterius adhuc oportet incedere: ut melius nos aliquid obediẽtes faciat q̃ utilitas nr̃a: q̃ delectatio/aliaue cõmoditas expetita. Amor carnis non potest eẽ perpetuus. Qm̃ occasiones amoris sunt momẽtaneæ. Forma/iuuenta uolant. Delectatio uero parit fastidiũ: adiicit morbos. Ita qñ horũ gratia amamus: cum absunt hæc/amare desinimus. Qui amat utilitatis gratia perpetuo non amabit: nisi semper adsit utilitas. Et quoniã in hac uita obedientiæ utilitates habere plene nõ possumus/non erit plena/non perpetua obe-

dientia/nisi sit in amore fundata: non quidē in amore cōcupiscētiæ: sed amicitiæ: non cōmodi sed iustitiæ. Itaq; si mandata dei seruare uultis: Si Christi uerba quæ fide tenetis: ope cōplere quæritis o christiani: o Christi discipuli Christū diligite: amate amore pio: iusto: ꝑpter suā bonitatē: iustitiam ac misericordiā. Deinde ꝑpter spem retributionis. Qui habet
E madata mea & seruat ea: ille est q diligit me. Docet Aristoteles: nōnulla sibi inuicem causas essendi porrigere. Deambulare efficit in opilato apertionem & sanitatē. Sanitas est etiam deambulatiōis cā. Sic se hñt fides: obedientia: & charitas. Fides uiā parat ad obedientiā. Non. n. obedimus illi cui non credimus. Rursus obedientia pducit ad fidē perfectā. Qui enim est duræ ceruicis: & captiuare recusat intellectū in obsequiū fidei: nunq̄ credēdis firmiter adhærebit. Qui caret ambobus: dominū Iesum Christū amare non pōt. Amor ergo qui nutrit obedientiam: & fidē illustrat: a fide & obedientia ꝑdire solitus est. Itaq; dñs Iesus postq̄ obedientiam de amore amicitiæ: & affectione iustitiæ primo nasci oportere mōstrauit: accōmodate nunc dicit: dilectionem dei ex fide: & obediētia sur
F gere. Qui aūt diligit me: diliget᷑ a pr̄e meo. Fructus obediētiæ est amari a deo. Quanti uero hoc sit: dicant hi qui principibus inseruiunt: dicant qui potentibus assidēt. Nihil est qđ magis cupiant: nil cuius grā se exerceant operosius: q̄ ut grām principū assequantur: q̄ ut ab illis amari: & illis chari eē credantur: nec immerito. nihil. n. melius a principibus obtinetur q̄ gratum eē. Qui illud habet: habet oīa. Qui illo caret: oībus caret: posthabetur: anxiatur: uexatur: irridetur. Quot sunt qui pro amore principis: uel assequēdo: uel retinendo: maris discrimina temptant: terræ pericula expiuntur: ignes: ferrū: mortes non refugiunt. Deus noster o Christi discipuli: o Christiāi: ille ē q fecit nos: nos sumus populus eius (si sapimus) ab illo amari: illi chari eē añ oīa studere debemus. Vt amemur ab illo: amemus Iesum: & illi per oīa obediamus. Nō mea snīa est: sed dñi Iesu: q cū dixisset: q seruat mādata mea diligit me: mox adiecit. Qui diligit me: diliget᷑ a pr̄e meo. Impossibile ē a deo amari: & in bonū oīa amatis non ꝓsperari. Quare? Quia ꝓbatio dilectiōis exhibitio est opis. Si amabit nos deus: ope ꝓbabit amorē. Vt amemus Iesum obediamus ei. Nō. n. amare possumus: & esse rebelles cōtumaces uel inobediētes. Audi iterũ illū. Qui habet mādata mea & seruat ea ille est qui diligit me. Si filios/si familiares habeas obsequētes die noctuq;/eorum utilitatibus inuigilas: si quid deliquerint excusas: & sustines: indulges sponte: & ad ꝓmerendam indulgentiā illos inuitas. Sapientissimus igit᷑ & īdulgentissimus præceptor/pr̄ & dñs noster Iesus Christus hæc omnia plene intelligens

intelligens: legat magna ratiōe obedientiā apostolis: oībusq; Christi nomine censitis: ut bonis augeantur a deo: Si quid deliquerint ab eodē cōdonētur: quod facile facit obedientibus: quoniam illos amat. Amplectamur igitur hoc legatum: quod nos dei amicos cōstituet. Et ego diligam eū. Sicut ciuibus est optimū amari a principe: ita cām habenti iudicio discutiēdam: necessariū est fidum habere aduocatū: & amicū iudicem. Nihil enim durius q̄ inimici iudicis adire tribunal. Nihil piculosius q̄ aduocatum hr̄e non satis amicū. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: in die extremi iudicii: congregabunt̄ añ eum omnes gētes ab illo iudicandæ. Si meminerimus horū fratres charissimi: uidebimus q̄ti sit fructus obedientiæ: per quam nobis dn̄s Iesus pmittit amorem suū. Ego diligam eū. Quem eū? Eum qui diligit me: & per dilectionem seruat mandata mea. Addamus q̄ dn̄s Iesus noster est semper aduocatus: quousq; ad iudicandū sedeat: añ iudiciū non cessat intercedere pro nobis. Aduocatum habemus apud prēm: dn̄m Iesum Christū. Vide o peccator q̄ sis inexcusabilis: dei iustitia per aduocatū tuum cām tuam iudicari constituit: Es igitur oīum stultissimus si aduocatum per oēm uitam tuam: cām tuam agentē: & eundem in nouissimo iudicii magni die: futurum iudicem uitæ tuæ: nō studes amicū hr̄e. Id ut assequaris legatum obedientiæ tibi est necessarium. Audite o Christi pfessionē hn̄tes: audite magistum u̅rum. Si diligitis me mandata mea seruate: hoc agēti diligo: & manifestabo ei me ipsum. Solent principes illis archana credere: quos habent præ cæteris idoneos: paratos: & promptos exequi quæ sunt consilio diffinita. Vt nūc alium fructum obedientiæ agnoscamus: dicit dominus Iesus. Et manifestabo ei me ipsum. Est hic obediētiæ fructus: si priori non maior: saltem non minus iucundus & honorificus. Quid enim aulicis a principe honorabilius præstari potest: quidue iucundius: q̄ consiliorū esse participes: intra secretum admitti cubiculum: lecto cubantem: uel adhuc in prima īteriori tunica stantē uidere: & alloqui illū dum induitur? O christiane si fueris obediēs regi tuo dn̄o Iesu Christo: Si hoc legatū obedientiæ eius bene conseruaueris: audi quid tibi pmittat Iesus ille princeps: in cuius noīe omne genu flectitur: cœlestiū: terrestriū: & infernoꝝ. Manifestabo ei me ipsum. Qui seipsum manifestat: nihil habet amplius quod abscondat. Vt.n. nemo habet maiorem charitatem q̄ animā suā pro amicis tradere. Ita nemo habet charius qd manifestare q̄ se ipsū. Suscipiamus igit̄ legatū obediētiæ: qd' fides ostēdit: charitas moderatur: & fertilē muneribus facit amplissimis. Ita nempe cū legatoꝝ opulētia nobis accedet hæreditas uniuersa quam iam attēdamus.

G

H

De pace hæreditario iure & donationis titulo a domino Iesu homini bus relicta & donata.

F mas uestras uřiq; compotes tormẽta supabitis. Est aliqua ignorãtia non puniẽda: quã. s. sine nostra culpa: sine nřo ope: sine nostra uolũtate substinemus. Vt si inuestigãdo & insectari me credẽdo feram uepribus frondibusue mea sñia latitantẽ: & natura loci latibulũ feræ credere me facit: experior nihilominus: an aliud q̃ fera sit qđ sentitur: nihil humanum discerneř queo. Iaculor & hoĩem occido: excusabit me ignorãtia/nisi forte puniar/quia uenari mihi nõ licuit. At si locus hoĩem ĩdicare potuerat/si facies/si uox indicauerat/& indiciis credere nolui: uel ĩdĩcia aduertere recusando/pro fera hoĩem ꝑcussi/nõ ero liber a poena. Si quis item clausis oculis ne lumen uideat/cum & qñ opus erat uidere quo tenderet: & in foueã ceciderit/aut se ꝑcipitauerit: erit ne sine culpa/qđ damnum sibi ipsi intulerit? Si clausis ẽt oculis quis ferat ensem euaginatũ/& feriat obuiũ/ nõne punietur: & tñ non uidit quẽ uulnerauit. Cõtra si cæcus cadit ĩ foueam: aut in illam aliũ impingit: uel uulneret telo: qđ non aio nocendi ferebat/excusabit̃: & uenia ac misericordia dignus habebitur. Ita non uidere uoluntarie quæ uidisse oportuit: culpam non tollit. Qua de re plenius libros ethicorũ Ari. exponẽtes copiosius dixi. Hic tantillum attule-
G rim ut iudaicã ignorãtiam inexcusabilẽ agnoscamus. Sed si hæc illos nõ excusat/cur dñs Iesus Christus ad eorum excusationẽ illã affert corã apostolis? Affert non in excusationẽ erroris & criminis/sed in patiẽtiæ argumentũ/ut. s. apostoli discãt æquanimiter tollerare ꝑpter deũ uere discãt: quod illi ꝑpter deũ se falso opinãtur facere. Vt gřas deo agãt: q̃ illos de mũdo elegit: neq; tenebris tam stolidæ/tam malignæ/tam piculosæ/tã infœlicis & miseræ ignorãtiæ cũ mundo inuolutos reliqt. Vt meminerit

secum

secum bene agi. Q ñ si damnũ patiãtur in corpore/lucrũ in anima iam sunt assecuti. Hanc esse Christi sniam/ab illo ipso discere ne pigeat. Sed hæc locutus sum uobis: ut cũ uenerit hora eorũ reminiscamini quia ego dixi uobis. q faciẽt uos absq sinagogis cruciari & mori: quia non nouerunt prẽm neq me/nõ ut illos excusem: sed ut uos armẽ ad patientiã: reminiscẽtes quia ego dixi uobis quæ passuri estis. Et cum hora eorũ torquendi uos uenerit: sitis patiẽtes. Q uia prudẽtes & pmeditatos uos reddidi. Et quia ego dixi uobis: ipsi uos psequentes/pœnas per ignorãtiam affectatã/maiores urĩs cruciatibus luunt/reminiscamini cõditionem uestram & psequentiũ uos. Ita non solum patiẽtes eritis/sed eligẽtes magis affligi corpore/q̃ mente spontaneã cõquirere cæcitatẽ. Hæc aũt uobis ab initio nõ dixi. Nõ. n. oportebat/Q uia adhuc erã uobiscũ/& uos docere in ambiguis/adiuuare in laboribus/cõfortare in tribulationibus poterã.

Epilogus legatorum iure hæreditatis relictorum.

n Vnc autẽ uenit hora & iam uenit/ut dispgamini unusquisq in propria/pro uita seruãda. Nõ ideo turbetur cor uestrũ/neq formidet/Et me solum relinquatis euntem sponte: & pro uobis ad mortem oĩum acerbissimã. Hæc locutus sum uobis: ut ĩ me pacẽ hẽatis/ quã uobis pro hæreditate testõ reliqui: non uobis tm̃ sed oĩbus hoĩbus bonæ uolũtatis: qbus angelorũ pconio me nascẽte promissa ẽ: hanc autẽ habeatis in me & a me solo: nõ aliunde/Q uia in mundo pssurã habebitis: nõ pacem: uexationes: tribulationes: pœnas: mortes a mũdo expecta te affligẽte uos: & pacem quã uobis relinquo turbare conãte. Sed in his malis tollerãdis cõfidite: simul fidẽ & pacem & spem habete in me. Cur in te cõfidamus: qui nunc moreris bone Iesu? Ego uici mundũ: neqtiæ fraudis & odii: Vici dracone magnũ: qui me ĩ deserto aggredi nõ est ueritus. Vici coniuratos malignos spũs: quorũ multos uos ipsi mea uirtute a corporibus obsessis effugauistis. Ego per legiones in porcos misi: & ad maris profunda compuli aufugere: Vici scribarũ sacerdotumq auaritiam: inuidiam: supbiamq eorum cõtudi. Ita ut non apte amplius contra me insurgere audeant: sed clam & pditorie occidere me quærãt. Et quia me per lucem capere timent: aggrediuntur in tenebris: Vici mundum inferiorem pœnarum: & malorum oĩum domiciliũ. Restat de illo triumphem: triũphabo per mortẽ: quando gloriose resurgam. Resurgere uero non possem nisi pmorerer. Sed ad breue maneo mortuus. Q uia mors mihi nõ dominabitur. Ego iam uici mundum. Mors ergo mea quoniã uictoris est: & mors nouo mõ uincẽtis in morte dolenda non est: qa per illam ego non uincor. Iam uici mundum: Vinci nõ possum. Neq enim H

tantum particulariter uici: nõ uici unum aut plures belli duces: qui aliorum adminiculo & fauore bellum instaurent: nõ restant inimici alicubi integri: qui pro uictis suscipiant bellum. Ego uici mundum totum: omnem malitiam: omne odium quod erat in mũdo uici. Victoriæ fructus pax est. Cõfidite igitur & in me habete pacem: quam optimo iure uictor uobis testamento relinquo instructam fide: charitate firmatam: obedictia septam: & patientia communitam.

De institutione testamenti executoris. TEXTVS.

h Aec locutus est Iesus & subleuatis oculis in cœlũ dixit. Pater uenit hora: clarifica filiũ tuũ: ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei ptãtem oĩs carnis: ut omne qđ dedisti ei: det ei uitã æternã: Hæc est autem uita æterna: ut cognoscant te uerũ deum & quem misisti Iesum Christũ. Ego te clarificaui super terram: opus cõsumaui quod dedisti mihi ut faciam. Manifestaui nomen tuũ hoibus quos dedisti mihi. Tui erant: & tu eos mihi dedisti. Et oĩa uerba quæ mihi dedisti: dedi eis: & ipsi accepunt & cognouerũt quia a te exiui. Et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo qa tui sunt: & oĩa mea tua sunt: & tua mea sũt. Et ego iam in mundo nõ sum: & hi in mundo sunt: & ego ad te uenio. Pater serua eos in noĩe tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut & nos. Cum essem cũ eis ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui: & nemo ex his periit: nisi filius pditionis ut scriptura impleatur. Non rogo ut tollas eos de mũdo sed ut serues eos a malo. Sãctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti ĩ mundũ/ ita ego mitto eos in mũdũ: & pro eis ego sanctifico me ipsum: ut & ipsi sanctificati sint in ueritate. Nõ pro eis aũt rogo tm̃/ sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eoꝝ in me/ ut oẽs unum sint/ sicut tu pater ĩ me/ & ego in te ut & ipsi in nobis unum sint/ ut sint consumati in unum. Pr̃ quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum & ipsi sint mecũ ut uideãt claritatem meam quã dedisti mihi quia dilexisti me añ cõstitutionem mundi. Pater iuste mundus te non cognouit. Ego autẽ te cognoui/ & hi cognouerunt quia tu me misisti: & notum feci eis nomen tuum/ & notum faciam: Vt dilectio qua me dilexisti in eis sit & ego in ipsis.

De institutione fide commissarii tutoris curatoris & executoris testamenti domini nostri Iesu Christi declaratio.

s Vperest ut testamẽtarium executorẽ: fidecõmissarium meũ: tutorẽ & curatorẽ uestrum uobis instituã/ Instituo pr̃em meũ omnipotentem deum/ qui uobis testamenti mei iura conseruet. Substinete igitur hic & uigilate mecum: Audite Iesum/ subleuatis oculis in cœlum

pro uo-

pro uobis prẽm alloquẽtem. Pater/quia sicut præfatus sum abeũte hinc Iuda proditore/clarificatus sum purgatione collegii mei:qñ impurus ille ab his puris abscessit/Spuma.n.abiecta est nostræ cocturæ/remãsitq; purum collegiũ innocẽtiæ. Venit hora ut me in me ipso clarifices/sicut præfatus sum:quãdo impurus ille discessit. Venit inq̃ hora qua discipuli mei deserturi sunt me:& ego ab illis destitutus capiar. Ergo pr̃ clarifica filiũ tuum.s.in semetipso:quẽ paulo añ in suo collegio clarificasti/ut filius tuus clarificet te.s.in temetipso. Iam.n.clarificasti eum iter hoĩes/& ipse te. Sed quõ clarificauit? Audite illum. Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis.i.omnis hominis saluandi:quẽadmodum ipse met statim exponit. Vt.s.omne qđ dedisti ei per grãm restaurandũ:det eis uitã æternã .i.dare sufficiat & p̃sto sit. Hæc est aũt uita æterna. Dispositiue in hac fragili carne. Vt cognoscãt hic per fidẽ te solũ esse deũ uerũ/Et me quẽ misisti:cognoscãt eẽ Iesum.i.saluatorẽ solũ & uerũ Christum eẽ inũctũ oleo iustitiæ & clemẽtiæ. Hæc est uita æterna/Q ñ incorruptibile hoc induerit incorruptionẽ:& mortale hoc iduerit imortalitatẽ in p̃ria. Vt hi quos dedisti mihi efficaciter saluandos/intuẽtes te solũ/sine itermedio:nõ in speculo:neq; ĩ enigmate:sed apta facie cognoscãt solũ uerũ deũ. Cognoscant ẽt solũ & sine enigmate: Iesum saluatorem deũ Christũ in humana natura grã perfusum:quẽ misisti æterna a te generatiõe deũ uerũ:& quẽ misisti tẽporanea natiuitate hoĩem:ex Virgine sola conceptũ. Ego te clarificaui super terram in te ipso:in uia & in statu carnis corruptibilis:p̃dicans & docẽs qd per fidẽ de te rectã credi oporteat. Clarificaui inq̃ quãdo opus fidei qđ dedisti mihi ut facerẽ cõsumaui:p̃dicando:docẽdoq; uerum de te fidẽ:quale id opus sit ipse declarat. Manifestaui nomen tuũ hoĩbus:quos dedisti mihi. Tui erant & ideo dare potuisti:tui erãt electione:& ideo illos mihi dedisti p̃destinationis grã apostolos & nuncios:& omnia uerba fidei:oĩa præcepta ad fœlicitatẽ acquirẽdã oportuna:quæ dedisti mihi ut docerem:dedi eis:illos docui:& ipsi acceperũt per itelligẽtiam:accepunt per obedientiã illis adhærendo. Et ideo per fidẽ uerã uere cognouerunt quia a te exiui charitate succensus:ut introducerem frẽs meos hoĩes ad tuam ciuitatẽ & regiã nostram. Et crediderunt quia eãdẽ charitate tu me misisti:in formam serui emittẽs filium,ut reuoces famulos:illũ tradens ut redimas seruos. Propter hæc omnia pater:p̃pter tuam inq̃ clemẽtiam qua illos tuos fecisti;p̃pter tuam liberalitatem qua illos mihi dedisti:propter tuam ueritatem:quam me docere mandasti:propter meam humilitatem & promptam obedientiam:qua omnia peregi quæ mihi mãdaueras:p̃pter hoꝶ disciplinabilitatem:& bonã mentem K

qua mihi adhæſerunt: & inſtitutis tuis per me crediderunt. Vñ clarifica-
tus ſum in eis. Pro eis rogo quia tui ſunt: & oīa mea tua ſunt: & tua mea
ſunt. Et ego iam in mundo nõ ſum. Viator cum illis diutius pmāſurus.
Et hi diſcipuli mei in mũdo ſunt/uiatores in pœnis duraturi/nũc ꝙ ego
iā ad te uenio relinquẽs illos mea uiſibili præſentia deſtitutos/pro eis ro
go te pater. Et quid rogas tantis cõteſtationibus optime fili? Pater añ oīa
ſerua eos in nomine tuo cognoſcẽdo per fidẽ. Serua eos in nomine tuo
colendo per obedientiā mandatoꝝ tuorũ. Serua autem eos in utroq; le-
gato/Vt ſint unũ ſecundũ unam fidem/ſint unum ſecũdum unũ obedi
endi ꝓpoſitum/ſint unũ in uno uinculo pacis: ſicut nos/Sicut tu & ego
ſumus unũ natura/& operando nõ diuerſi. Sit eorum fides pura: certa/
ſimplex/ſicut unitas noſtræ eſſentiæ ſimplex eſt & inuariabilis/Sint unũ
operādo cõcorditer in pace hoīum bonæ uolũtatis/ſicut in nobis ẽ una
poteſtas. Non ſint in illis ſciſſuræ hæreſum: nõ ſint lacerametã ſciſmatũ:
hæreticus error fidem eoꝝ nõ cõtaminet: ſciſmatum cõtumatia non di-
ſtrahat obedientiā: ſuperbia aut auaritia nõ dirimat pacem. Imitent' uni
tatem nr̃am fide: obediẽtia: & cõcordia quanta ſimilitudine pñt. Identi-
tate noſtræ unitati ſe æquari non p̃ſumant: hoc eſt ad quod te executorẽ
L rogo pro eis. Hoc mi pr̃ facere debes/quia cum eſſem cum eis ego ſerua
bam eos in nomine tuo pure cognoſcẽdo per fidem: & colendo per obe
dientiam. Et quos dediſti mihi diſcipulos & ſocios/ego cuſtodiui a frau
de ſerpentũ: ab ĩpetu leonum: cuſtodiui ab oībus inſidiis & uiolẽtiis ini-
micoꝝ. Et mea bona cuſtodia nemo ex his periit niſi filius pditionis Iu-
das: qui nõ mea negligentia: ſed ſua perdita nequitia perire conſtituit: &
M filium pditionis ſe ipſe cõfecit: ut ſcriptura ĩpleatur: non ꝙ Iudas ad cõ-
plendum ſcripturæ uaticinia perire cõſtituat: ſed ut effectus a diuina tua
ſapiẽtia certo ordine diſtributi & manifeſtati ſeruent ordinem ſuum. Vt
antecedẽti effectui manifeſtationis correſpõdeat ſubordinatus effectus
perditionis: Iuda ipſo ſcripturā implente: dum aliud agit & ſcripturæ de
ſe ꝓnunciantis nullam penitus habet rationem. Quod & ſæpe contin-
git: unũ. ſ. agentes: aliud cõplere penitus inſcios. Non rogo ut tollas eos
de mũdo pro nũc: ſed ut ſerues eos a malo: ab odio tuo: ſerues eos a ma-
lo qđ mundus habet; cõtinuũ. ſ. bellũ in ſe: & cõtra te: habeant hi tui &
mei hoīes pacẽ tecum: habeãt ad inuicem ſecũ: ſanctifica eos in ueritate.
Quid rogẽ nũc uide: Cũ malũ effugaueris culpæ bonũ uirtutis exhibe-
to: ſanctifica: cõfirma eos ĩ ueritate. In qua ueritate? Sermo tuus ueritas
N eſt: Firma ergo eos in uirtute ſermõis tui. Sermões hoīum & angeloꝝ ue
ri ſunt: quia participant ueritatẽ. Veritas aũt tota non ſunt. Tuus autem
ſermo

sermo o pater deus: ueritas est tota. Sed de quo sermone meo nunc itelli gi uis o fili? Quis est hic sermo de quo nunc loqueris? De illo loquor quē primū tu mecū formans hoīem ꝑtulisti dicens. Faciamus hoīem ad imaginē & similitudinē nr̄am. Serua in his discipulis meis ueritatē tuæ imaginis interius: in itellectu inq̄ & uolūtate. Serua ueritatē tuæ similitu dinis exterius/in sensitiua & uegetatiua uirtute. Imago semp imaginato cōcordat: & simile assimilato. Sed & multæ unius imagines: multæ uni us similitudines/a se inuicē nō dissentiūt: nō litigant: pacē hn̄t: hoc ideo peto: qm̄ sicut tu me misisti in mūdo ita ego mitto eos. Quo missus es in mundū bone Iesu? Missus sum cātantibus angelis pacē: missus sum il luminare his qui in tenebris & umbra mortis sedēt: ad dirigēdos pedes eoꝝ in uiā pacis. Ita pr̄ ego mitto eos/ut pacē secū ferant/quocunq̧ ierit: secū hēant semp: annunciēt oibus: dent hr̄e uolentibus. Vis pater dicā q̄ efficaciter uelim hoc meū testm̄ hr̄e locum: & te fidei cōmissariū meū cu ram hr̄e de hæredibus meis? loquor pater humano usu: quasi ignorare possis: sed ignosce: facio ut intelligant homines q̄tum amē hæredes me os. Pro eis sanctifico: cōfirmo me ipsum: ad patiēdum qualia mox uide bis. Vt ipsi hæredes mei sint sanctificati in ueritate tui sermonis: quo iusi sti illos hr̄e tuam imaginē: tuāq̧ similitudinem. Non pro eis tm̄ rogo/ qui sunt hic mecū: sunt. n. tantū undecim: pusillus numerus sunt. Rogo te fide cōmissariū & executorem pro oibus qui crediturí sunt per uerbū eorū in me. De quoꝝ numero si Christū ex corde confitemini uos estis. Cōsiderate nunc uiri fratres q̄tum debemus dn̄o Iesu Christo: qui de no bis post tam remotoꝝ temporū spacia futuris i suo testō habuit rōnem: qm̄ ad tam præclara legata: ad tam fœlicem hæreditatē nobis seruandā/ fide cōmissariū & executorem tantū/ac talem dedit deū pr̄em omnipotē tem: qui nobis ante fuerat dn̄s & iudex: est nunc Christi bn̄ficio tutor & curator. Speremus igitur bn̄ & dn̄o Iesu de tāto erga nos amore mōstra to: in doctrina tam solida: munere tā largo: testō tā fauorabili: & nr̄æ in digentiæ abundantissime subuenturo gr̄as agamus q̄ maxias possumus. Et ad grati animi signū sustineamus hic: & uigilemus cū eo: qui testō confecto egreditur ad prælium: unde non reuertetur nisi uictor occisus/ uincens dum torquetur: uictoriam finiens dum moritur.

Distributio passionis domini Iesu secundum eius executionem.

n Vnc fr̄es ꝙ Christum pro nobis se durissimis pœnis exhibentē: & in cruce morientem uidere restat: Si usq̄ alias una mecum ui gilastis & substinuistis ad necessitatem: ueritatem: & anteceden tia tot pœnarum agnoscenda: substinete hic quæso & uigilate mecum

dum saluatorē non usq; ad mortem tantum: sed in morte durissima corpore per oia mēbra lacerū & dolentē: mente tristitia℞ oium angustia fatigatū refero. Erit hæc pœnarū enarratio distributa per actus de sacro sancto euangelistarū codice ad unū corpus adductos: & quæ de unoquoq; euangelio sumpserit/auctoris noie recensito palā faciet. Declarabit post hæc dño cōcedente singulorum actuū singulos locos/& eorū concentū dissonanti hominū ruinæ occurrere & remediū afferre monstrabit. Patriarcharum post hæc gesta/quæ p̄res nostri figuras dicunt/Prophetarum item uaticinia singulis actibus concinentia/suis locis adducet/non omnia quidem/sed quæ ad rem maxime facere uidebūtur. Quis enim oia audeat polliceri? Ab oratione uero (ut iam diximus) sumet: quam Ioannes euāgelista iam enarrare incipiat. Et reliqui tres Matheus inq̄ Marcus & Lucas simul cum illo ubi opus fuerit prosequantur.

Narratio orationis. Ioannes.



HAEC Cum dixisset Iesus/cū discipulis suis egressus est transtorrentē cedron. Lucas in montem oliuarū/Matheus & Marcus. In uillam quæ dr̄ Gethsemani. Ioannes. Vbi erat hortus in quē introiuit ipse & discipuli eius. Matheus. Et dixit discipulis suis. Sedete hic dōec uadā illuc & orē. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedei cœpit cōtristari & mœstus eē. Tunc ait illis. Tristis est aia mea usq; ad mortē: sustinete hic & uigilate mecū. Lucas. Et ipse auulsus est ab eis q̄tum iactus est lapidis. Matheus. Et procidit in faciem suā orans & dicens. Pater mi si possibile est trāseat a me calix iste. Verūtamē nō sicut ego uolo/sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes: & dixit Petro. Sic? non potuisti una hora uigilare mecū? Vigilate & orate ut non intretis in tēptationem. Spiritus q̄dem promptus est: caro aūt infirma. Iterum secūdo abiit & orauit dicens. Pater mi si nō potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat uolūtas tua. Et uenit iterum & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eo℞ grauati. Et relictis illis iterum orauit tertio eundem sermonem dicens. Lucas. Apparuit autē ei angelus de cœlo cōfortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus ē sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cū surrexisset ab oratione & uenisset ad discipulos suos inuenit eos dormiētes præ tristitia: & ait illis. Quid dormitis? surgite & orate ne itretis in temptationē. Matheus.

Dormite

Dormite iam & requiescite. Ecce appropinquabit hora/& filius hoīs tradetur in manus peccatorum. Ecce appropinquabit qui me tradet.

Distributio orationis & partium declaratio.

Rationis seriem ad itegrum recensitam/nūc (ut promissimus)
o in partes distributam sigillatim declaremus. Cōtinet orationis narratio accessum/sequestrationem/supplicationem: & admonitionem supplicationi cōmixtam. Accessus qua transit: & quo peruenit manifestat. Sequestratio primo ab octo apostolis/Dehinc a tribus quos secum sumpserat/oraturum dominum indicat separatum/Supplicatio triplicata agoniam/sudorem & confortationem continet. Admonitio bis facta narratur post primam supplicationem semel. Iterum post tertiam. Admonet primo uigilare & orare. Secundo uero uigilare: orare: surgere & ire. Quae sigilatim nūc inspiciamus. Haec cum dixisset Iesus commendans patri p̄sentes fu turosq; sui nominis ꝓfessores. Egressus est domum in qua coenauerat/unde discedit. Egressus est ciuitatem cum discipulis suis undecim apostolis qui cum illo coenauerant. Matrem remanē- Q
tem apud hospitem ut intelligamus/dicit ioannes dominum egressum cum discipulis suis. Nō illū secutus est hospes: quātūlibet amicus fuerit: forte ne magistri matrem moestam relinquere uideretur. Transtorrentē cedron. Cedron tristis moeror iterpretatur. Qui mox usq; ad mortem R
tristis futurus erat: doloris ac tristitiae nimietate de torrēte fluentissimo uitae mortalis transiturus: transire non incondite uoluit/torrentem cedron: ut per torrentis naturam: fluxū nostrae mortalitatis rapidissimum & p cedrō nomem suarum tristitiarū inundantiam declararet: Hic porro torrens uallem Iosaphat inter appendices montis syon: & montis oliueti positam praeter labitur/in quam iudicaturus adducet omnes gētes/Scribit Lucas. In montem oliuarum. Vt sup quo monte sedens laturus S
est de genere humāo sententiam/pro omnium hominum salute oraret ad patrem: & illic caperetur & ligaretur pro fratribus in forma serui: ubi ingratos fratres traditurus est tortoribus in forma regis: In uillam Geth T
semani. Referunt Matheus & Marcus. Gethsemani apud nos uallis pinguedinis sonat. Passio Christi quae adipe spūalium charismatum p ecclesiae sacramenta faciat nos: ubi melius quam in uilla pinguedinis debuit aut potuit īchoari? Vbi erat hortus ī quem ītroiuit ipse & discipuli eius. Refert Ioānes. Primus parens noster in paradiso delitiarum positus: se/suamq; ꝓgeniem praecipitauit: quādo suasu draconis a deo creatore suo auersus est. Reparator noster nr̄ae reperatiōis initiū/in horto uallis pinguedinis uoluit p orationem exordiri: ut sicut ī paradiso delitiarum ille

ceciderat:se deo subtrahens falsa suggestiōe mulieris a serpēte seductæ. Ita iste torrēte cedrō supato i horto uillæ piguedinis/iuris integra ratione seruata/se deo p omnia exhibens obsequentem/serpērē eluderet:nosq̧
V p gratiarū abūdātiā i itegrū restitueret. Sed quomodo hortus iste potuit situs eē i uilla piguedinis:ut sonat rō nominis Gethsemani:de quo Matheus & Marcus fidē faciūt cū Lucas dicat. Et egressus ibat secūdū cōsuetudinē in mōtē oliuarū. Nonne quæ i appēdicibus/immo quæ in collibus ualliū itra fauces tam̄ posita sūt:i ualle constituta dicūtur: Dicere solemus opidum aut turrē in ualle positam/cuius faucibus continetur:cū tam̄ in dorso/in appendicibus/uel in cacumine maneat conspicua. Itaq̧ i horto:in montis olyueti costa/& in uilla Gethsemani uallis appēdice: uere & sine pugnantia scribitur orauisse dominus Iesus:qa hortus i uilla Gethsemani/Villa in costa montis olyueti uel in dorso posita erat.

De loco orationis.

X I Am cōstitutus i horto dn̄s Iesus dixit discipulis suis iuxta Matheū. Sedete hic/i prio horti itroitu expectātes me/Dōec uadā illuc magis introrsus:& locū secretiorem nactus orē. Dixit uero hæc octo apostolis ut sequētia manifestāt/Andreæ.s.fr̄i Simonis Petri/Philippo/Bartholomeo/Thome/Matheo/Iacobo alphei/Tadeo/& Simoni Cananeo. Tres reliquos seq se iussit. Et pfecto q est oraturus/locū quærit quo pōt secretiorē:& ab hominū frequētia seperatiorem:nisi sit hypochrita:& ab hominibus uideri cupiat auidus laudis. Et assumpto secū sūpto Petro cū duobus filiis zebedei ioanne.s.& iacobo zebedei filiis quos Marcus nominat/cū illis aliquātulū ab aliis elōgatus ē/& eūdo cœpit cōtristari & mœstus eē. Spero iā nemo mirat/qa passionē dn̄i nr̄i
Y iesu christi/sumer dixi ab eius i horto or̄one pricipiū:qm̄ i ip̄o or̄onis articulo scribit Matheus illū cœpisse tristari/& præ se ferre mœstitiā. ita iter eundum se firmans dominus iesus conuersus ad tres illos discipulos sequi iussos/dixit illis. Tristis ē anima mea usq̧ ad mortem sustinete hic .i. expectate & uigilate mecum. Vigilabo ego orans ad pr̄em ne a uobis me iubeat separari. Vigilate ergo mecum expectantes reditū ad uos meum. Neq̧.n. longe discedo. Vigilantem me & orantem uidere poteritis. Meo igitur exemplo uigilate mecum:abero uobis tantum carne:mente ac spū ero uobiscū:neq̧ uos ūq̄ deseram. Vigilate mecū. Audite nūc uiri fratres:audite sorores magistrū uestrū:regem uestrum:uestrum redemptorem/admonentem/i uitantē/& p̄cipiētem uos una secum uigilare. Auditei q̄ illum dicentem. Tristis est anima mea usq̧ admortem. sustinete hic & uigilate mecū. Si mecū p salute ur̄a uigilaueritis. Si lachrimis

cõſcientias purgaueritis: Si pœnitentiæ amaritudine ablueritis a delictis uřis aĩas ueſtras: quas ego nũc meo ſanguĩe loturus ſum/ẽt ĩ gloria una mecũ uigilare uos faciã. Vigilate ergo hic chariſſimi cũ ieſu afflicto pro nobis: ut nos uigilãtes ab iferni doloribus liberet. Vigilemus cũ illo a ſo pore culpæ: ut cũ illo gaudeamus in ſplẽdore gloriæ ſuæ. Et ipẽ auulſus ẽ ab eis q̃tũ iactus ẽ lapidis. Lapis ille q poſitus ẽ in caput anguli/ut face ret de utraq; ſtructura ſinagoga.ſ.& eccleſia tẽplũ unũ deo oipotẽti. Lapis exciſus de monte ſine manibus: q nullo auctus additamẽto excreuit in molẽ tã ingentẽ/ut ſtatuã multi generis.i.multa regna figurantẽ uaſtaret: recte nõ plus ab apoſtolis uoluit elõgari/q̃ manus uno iactu lapidẽ iacere poſſit: ut diſceremus nřam fidẽ/noſtrã ſpem: nřam charitatẽ: quæ tria/tres illi apoſtoli repñtãt/Petrus/Iacobus & Ioãnes a Chriſto ali q̃tulũ ſepari potuiſſe elongari multũ: & lõge pmanere non poſſe. Z

ORATIO



PROCIdit in faciem ſuam. Quæ nam ẽ hæc facies? Per faciẽ maxime res ſingulæ dignoſcunť. Nihil autem nos deũ magis cognoſcere facit/q̃ uidere cœlũ tã magnũ/ tam pulchrum/tam uariũ/in tanta motus uelocitate ſuã pulchritudinẽ uarietateq;/ eodem ſemp tenore ſeruantem/quare faciem dei cœlum q dixit/noſtro loquendĩ uſu methaforico & trãſlaticio/nõ errauit. Et qa dominus ieſus uerus eſt deus/& uerus homo. Ideo genibus procidens/ſecundũ corpus: & oculos ad cœlũ erigens/ in faciem ſuam procidiſſe a Matheo nõ inepte deſcribitur. Vel quia facies hoĩs ad cœlũ cõtuẽdũ erecta ẽ: hõ q in cœlũ aſpicit: in faciem ſuam aſpicere dř: qm̃ aſpicit illud ad quod aſpiciendum natura faciem illi dedit. Vt ille in faciem dicať pcidere: qui in naturale faciei obiectũ pcidendo oculos dirigit. Procidit ergo ieſus in faciem ſuam ad cœlum lumina tollens/orans & dicens iuxta Matheũ. Pater mi ſi poſſibile ẽ trãſeat a me calix iſte. Verũtamẽ nõ ſicut ego uolo: ſed ſicut tu. Et iuxta Lucam. Pater ſi uis/transfer calicem hunc ame. Verũtamẽ nõ mea uolũtas ſed tua fiat. De huius orationis ratione quoniã abũde iam diximus in prima parte ſermonis nil ultra hic dicendum exiſtimo. A

ADMONITIO.

e T uenit ad diſcipulos ſuos/tres illos quos reliquerat ĩ medio ſpa cio. Et inuenit eos dormientes. Fides enim ſpes: & caritas ſi abſit B

Christus/Si saluator ad iactum lapidis.i.Si uel ad modicū grā discedat: mox dormiunt.Dormiunt inquam si saluatorem/si gratiam expectant: & non desperant:Si ab illa peccati consuetudine non se elongāt:sed infra iactum lapidis.i.post breue spaciū se conuertant.Et dixit Petro.Nō qui-
C dem sigillatim quia plurali numero unū nō alloquit̄:sed conuersus ad illum ut seniorem & fidentiorem.Non potuistis u na hora uigilare mecū.Fides spei & charitati p̄uia est:nisi illa custodiat excubias:aliæ uigilare nō possūt:Icciro ad Petrum conuertitur dominus:& quia dixerat se
D cum Christo mori paratū/rep̄hendítur somnolentie/quasi a somno superatus intelligere debeat se tormentis sua uirtute non posse resistere.Vigilate & orate:ut nō intretis in tēptationē licet prima culpa sit fidei non uigilare in gratia saluatoris:ipa tamen sola hanc uigiliam ferre non pōt. Ideo tribus præcipit domius ut uigilent:nec ut uigilent tantū:sed etiam ut orent.i.mentem ferant in deum:quia per uigiliā minus est a torpore ocioq; discedere:nisi p orōnis studiū nitatur animus bonis opibus abūdare.Et p̄fecto cū animus hominis nequeat uel ad momentum cessare ab ope(quod omnes expimur)cuius cogitatio bona nō fuerit/mala sit necesse est.Tēptatio de qua hic dn̄s loqt̄:mala cogitatio est.Itaq; q male cogitat/temptationē ingressus est:quādo primo cœpit male cogitare.
E Vt nō male cogitemus orandū est semp.Sed qūo semp orabo?si semper bene cogitabis.Orō.n.ē directio mētis ī deū.Deus omnis bonitas:nulla
F malitia ē/Q uotiēs mētē ī bonū diriges orabis uere.Spūs qdē p̄mptus ē/caro aūt ifirma.Ne patiamini p̄mptū ab ifirmo supari:q; si p sua ifirmitate sensus obtorpeāt:& somno uiciorū mēbra lassēt/spūs p̄mptitudie' carnis ifirmitatē supate.Nemo iam dicat uicor a carne.Nō.n.uicit̄: sed carni cedit.Nō ē ifirmi uicere fortem:neq; inertis uicere p̄mptū.Au di Iesū magistrū ueritatis.Spūs qdē prōptus ē.caro aūt ifirma.Si succunbat sps es certe iexcusabilis:qm̄ nō suo sed tuo uicio cecidisti:Ille stat̄ potuit & uoluit/p̄mptus.n.ē p̄liari & uicere studet.Infirma caro illi resistere nō potuisset:nisi tu illū p īcuriā aut neqtiā ī fugam posuisses.Igitur si uigilaueris:& spūm p̄mptū ī acie cōtinueris:nō uiceris a carne/Spūs qdē.i.certe p̄mptus ē:caro aūt ifirma.Vtrobiq; adiecit dn̄s Iesus certitudinis notā:ut certo certius cōstet/si uoluerimus uiuere secūdū spūm & uigilare:facta carnis supabimus & mortificabimus/imo pēitus extiguēus

Iteratio orationis.

Terū.i.secundo abiit ab illis tribus ad priorē orōnis locū:& ora
i uit dicens.Pr̄ mi si non pōt transire hic calix nisi bibam illum: fiat uolūtas tua.Et uenit iterum:& inuenit eos dormiētes.Erāt enim

enim oculi eorum grauati somno. Tristitia quando nimis aīum deprimit: G
somnum parit: sanguinē.n. degrauat & hebetat spūs. unde fumare acri-
us compellūtur quæ sunt in stomaco hoīs oppressi tristitia digerēda. Por
ro ascēdentes fumi sua crassitudine sensus alligāt. Q uinetiā torpor spi-
rituū præ tristitia hebetatorum/organa sensuū fumis ascēdentibus resistere
prohibet. Vñ a somno supantur profunde tristes tam debilitate uirtutis
animalis quæ resistere debuisset/q̄ crassitudīe fumositatum quas torpor
adauget. Licet hoc uidere in aqua feruēti: quā si debiliter moueas crasse
fumabit: si eandē fortiter agites/& cōtinue minus fumū minues/q̄ si di H
cas tristitiā demere somnos: fateor si qui tristatur mœrori nō succūbat:
sed inuestiget & mēte reuoluat unde tristitiā possit effugere: aut ultionē
paret: si neutrum faciet cōtorpebit: & in soporē ꝓfundum resoluet ani-
mam tristē. Discipuli igitur dñi Iesu Christi quia euasionis uiā meditari
non poterant/qm̄ illum moriturū spōtanee & irreuocabiliter nouerāt:
& ultionē de tanta iniuria minime tūc sperabāt: non mirū si grauati erāt
oculos sopore: somnoq́ꝫ submersi. Redeamus unde discessimus. Et relictis
illis iterum orauit. Dñs Iesus magister pientissimus fragilitati discipulorum ali- I
quid cōdonare uoluit: ut discerent qui regūt populos/domos & mona-
steria: subditorum infirmitatem aliqñ supportare: & nō semp rigiditate di
sciplinæ subigere. Melius.n. domatur animal per itermixtā disciplinæ in
dulgētiam/q̄ per cōtinuam sæueritatē. Ita pientissimus Iesus discipulorum
tristitiæ/quā sine peccato mortali eē nouerat/aliqd remittēs illos hoc se-
cundo reditu noluit excitare. Excitauit aūt primo ut cōmoneret: excita-
uit tertio/ut post cōmonitionē & remissionē acciperēt disciplinā. Et ora K
uit tertio eundē sermonē dicens. Orauit dñs Iesus nō ut obtineret quod
postulauerat (id.n. obtineri nō posse certissime nouerat) sed ut ueri ho-
minis affectū & uolūtatem oñderet: ut nos doceret q̄tūlibet in certis ma-
gnisue periculis cōstitutos diuinū auxiliū implorare: eiusq́ꝫ nos semp ar-
bitrio remittēdo: qui certissime & longe melius q̄ nos nouit quid nobis
expediat. Orauit ne crederēt hoīes mortem ultro expetēdā fore: sed mor
tis & uitæ cām deo remitterent/in cuius manu est omniū salus & interi-
tus. Neq́ꝫ uero importunus fuit petēs orando qđ p̄rem nō præstaturum L
nouerat. Q m̄ eum sic sibi uelle supplicari sciebat. Nō.n. fastidio habet
unq̄ deus iustorum præces/q̄uis illos nō semp exaudiat: sicut boni p̄res bo
norum filiorum p̄ces nō spernunt: q̄uis postulata nō tribuant: quæ nō nisi
ad illorum utilitatem subtrahūt. Desperatis etiā morbis adhibētur medica-
menta: non ut sanēt: sed ut releuēt. Neq́ꝫ fallax aut mēdax fuit dñs Iesus M
petens orone sua euadere mortē: cuius gratia nasci uoluerat: & ad quam

se se spontaneum offerebat. Volebat.n.secundum humanã uoluntatem
impetrare quod postulauit orando:si diuinæ fuisset placitũ uoluntati.
Sed quia placitũ nõ fuerat/iactauit in dño cogitatum suũ:petens tandẽ
ut non qđ humano sensu poscebat id fieret:sed diuinæ de se uoluntatis
N decretũ potius impleret. Neq; stulta aut inepta fuit hæc eius orõ:qa no-
uerit ab initio fieri nõ posse quod postulauit. Et orando id fieri uoluerit
quod fieri nõ posse longe añ præuidit. Non.n.id fieri postulauit omni-
no:sed si deo pr̃i cõcedere placuisset. Ita qui sub cõditione poposcit:cõdi
tioni se certe submisit. Orauit aũt tertio nõ ut pseuerando obtineret qđ
primo nequerat impetrare:sed ut disceremus pseuerãter orare. Attẽden-
tes enim magistrũ nr̃um orare tertio pr̃em/eius rei gratia quã prima ora
tione & ante illã/immo ab initio se nouerat nõ consecutũ. Nos quorũ
imbecillitatẽ latet diuinæ uolũtatis decretũ:ab oratione cur deficiamus
O cãm hr̃e non possumus. Has oẽs difficultates/quibus sigillatim est satis
factũ/uno noĩe euadere possumus. Euademus aũt si diligentius pscrutã
tes compertũ habuerimus dñm Iesum Christũ fuisse in sua orõne exau-
ditum/etenim qui petit sub cõditiõe/si iuxta conditiõis exigentiã eueni-
at/impetrauit qđ poscebat. Orauit Christus transferri passionis calicẽ:si
pater uellet:non aũt orauit pr̃em uelle illum transferre:nõ inq̃ poposcit
Christus orãdo deũ mutare decretũ:sed iuxta decretum fieri pr̃is oĩpotẽ
tis:quod & factũ est. Q uia.n.decreuerat calicẽ nõ transferri/translatus
nõ est. Q uare dñs Iesus qui diuinæ uoluntati se orando submiserat:ob
tinuit qđ orando poposcit. Q ñ id orauit fieri quod deus facere consti-
P tuit. Et ut hoc loci dicã quod pie sentiendum existimo. Dñs noster Iesus
Christus nos orare docuit certa rõne:quã si fuerimus imitati/nunq̃ erit
uacua oratio nr̃a. Oremus ut ille:oremus inq̃ dei decretũ ante oĩa nõ in-
fringi petẽtes:dehinc postulãtes quod optamus:nostræ uoluntati æter-
næ sapientiæ decretum ordinem præferentes:& moderatorem hr̃e uolẽ
tes. Ita semper exauditos nos intelligemus:quando id euenisse consta-
bit:quod deo placuit:& nostræ orationis initium fieri postulauit.

CONCORDIA EVANGELISTARVM.

T factus in agonia hac tertia orõne iuxta Lucæ testimoniũ pro-
e lixius orabat. Et factus ẽ sudor eius sicut guttæ sanguinis decur
rentis in terram. Et cũ surrexisset ab oratiõe:& uenisset ad disci-
pulos suos tres illos prænominatos/inuenit eos dormiẽtes præ tristitia.
Et ait illis/Surgite & orate ne intretis in temptationẽ. Hæc iam declara-
uimus pro tenuitate nr̃a ueritatem passionis oñdentes/ideo satis erit sub
tulisse dissonantiã quam euangelistæ inter se hoc loco hr̃e uidẽtur. Scri
bit Ma-

bit Matheus. Orauit ter eundē sermonē dicens. Tunc uenit ad discipulos: & dixit illis: dormite iam & requiescite: ecce appropinquabit hora & filius hoīs tradetur in manus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. Marcus eadē fere scribit: Quibus Lucas dissentire uidet᷑. Scribit.n. ille Iesum dixisse. Surgite: orate ne intretis in temptationem. Non uidet᷑ cōsentaneū indulgere ut dormiant: monere ut surgant: sinere ut quiescant: imparare ꝙ orent. Sed ꝓculdubio quæ Matheus & Marcus scribunt hoc loco Iesum dixisse discipulis per ironiā dicta fuisse intelligēda sunt: ut sequētia manifestāt. Cum.n. dixisset Iesus. Dormite iam & reqescite: iuxta illos statim adiecit. Ecce appropinquabit hora & filius hoīs tradetur in manus peccatoꝝ. Non facit ad somnum: nō cōgruit quieti horā ꝓditionis instare. Quare nō ut dormirent: sed ut attēte uigilarēt illos per ironiam increpādo admonet. Vt.s. eos puderet somni & tepiditatis in tanto præsertim discrimine rerū. hoc ambos euangelistas Matheū inq̄ & Marcum sibi uoluisse indicat sermonis ipsa conclusio. Surgite eamus: ecce appropinquat qui me tradet. Quod & Lucas scribit: neq; dissentit qđ Lucas refert orate: Matheus & Marcus scribunt eamus: Qñ & eundo orare poterant: & ipsum ire ab oratiōe non distrahit. Orō nanq; est directio mentis in deū: & qui deo obedit in illum dirigit mentem. Id uero faciebant apostoli eūtes obediēter. Ita nulla erit dissonantia: si nō sonum: sed sensum uerborū hic accipere uoluerimus.

Figura orationis domini Iesu in horto constituti.

FIgurauit hanc orationem Abraam patriarcha: qñ nocte consurgens ut ad imolandū filium ꝑgeret: secum duos iuuenes cū illo duxit: portans ipse in manibus ignē & gladiū. Sic dñs Iesus iturus ad imolandū semetipsum/duxit secū Ioānem: quem nō multo post se nouerat matri Virgini pro filio relictur ū. Duxit Petrum & Iacobū: ut ille duxerat duos iuuenes. Portauit uero dñs Iesus suis in manibus ignē charitatis: & iustitiæ gladiū: per quæ suam humanitatē diuinæ sapientiæ decreto subiecit ad mortem.

De oratione domini in horto prophetia Dauit.

PRophetiaꝝ uaticinio decantatā multipliciter hāc orōnem legimus: sed sup oēs Dauit illā non tam mihi prædicere uī/q̄ ꝑscribere qñ dicit. Verba mea auribus percipe dñe. Iam dixi uerbum non tam uocē q̄ mentis intentionē significare. Verba mea/meas cogitationes/meū desiderium/auribus captu sapientiæ tuæ. Percipe dñe intellige clamorē/qđ ego cogitaui/hoc ore loquor: & præ animi feruore quasi clamans loquor. Tu deus intellige/examina tuo prudētissimo consilio/

ītēde uoci orōnis meæ rex meus. Rege ergo: & deus meus. Perfice ergo: Q m̄ ad te orabo dn̄e: mane exaudies uocem meam. Dico nunc iam in uespertino crepusculo fiat uolūtas tua: si meam fieri nō placet. Tu autē
R me uis pati mane. Patiar: Mane ergo uocē meam exaudies. Mane astabo tibi. Q uia nudus in cruce eleuatus a terra astabo tibi uictima pacificorum. Astabo tibi corā tribunali iustitiæ tuæ: solus omni præsidio destitutus: & uidebo expimento ut homo qđ iam ab æterno uidi nr̄o decreto ut deus: quod iādudū uidi in uerbo ut hō: id nūc experiar: Q uoniam nō deus uolens iniquitatem hominū impunitam: tu es: Illā. n. in me punies: & tuæ iustitiæ pro iniquitatibus hoium mea morte satisfacies: neq; habitabit iuxta te malignus. Zelus ultiōis aduersus hoīes: quia mane illum depones: & hoc ideo facies quia iniqui nō pmanebunt ante oculos tuos. Q ñ qui emendari uoluerint: per me grām assequentur/& iniquitatum remissionē: Māne astabo tibi & uidebo expimento: ꝙ odisti omnes qui operātur iniquitatē: Q uoniam pro iniquitatibus illoꝝ talia patiar te iubente. Mane uidebo ꝙ pdes oēs qui loquūtur mendacium. Pertinaciter. Q ui. s. permanēt in infidelitatis errore: & me suum redēptorē agnoscere nolūt. Virum sanguinū & dolosum: iudā ꝓditorē & mei sanguinis uenditorem mane uidebo ꝙ abominabitur dn̄s ꝓpter impietatem & desperationē: Ego aūt nudus: crucifixus nō hn̄s cōsolatorem: in multitudine misericordiæ pro peccatis hoium satisfaciā: & pro illis dicā pater in manus tuas cōmendo spūm meū. Ita introibo in domum tuam in requiē æternæ fœlicitatis: Adorabo ad templū sanctū tuū: gloriæ tuæ cœlestis: in timore tuo filiali ad obediēdū parato. Interea dn̄e: deduc me in iustitia. Q ñ capiar: qn̄ abducar: qn̄ circumducar: qn̄ iterrogabor. Deduc me in iustia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cōspectu tuo uiam meam. Passionē meā quæ uia est saluationis: uia est per quā ad te redeo: dirige in cōspectu tuo uiam meā: in beneplacito decreti tui. Non ergo sicut ego uolo ut hō: sed sicut tu deus. Q m̄ non est in ore eorum qui me capi uidebunt qui me capient: qui me captum detinebunt: qui examinabunt: qui iudicabūt/nō est inq̄ in ore eoꝝ ueritas. Q uia cor eoꝝ uanū est plenū uana inuidia: uana supbia. Q m̄ sepulchrum patens est guttur eorū. Non. n. loquūtur iusta/nō uera/nō pia sed falsa/turpia/fœda/qualia sepulchris cōtinentur/linguis suis dolose agebant: agent linguis suis dolose cōtra me/iudica illos deus/secundū tuū arbitrium. Decidant a cogitatiōibus suis puersis: cogitant memoriā meam delere. Fidē quā docui conuellere: uoluntatem tuā frustrare. Secūdum multitudinē impietatū eoꝝ expelle eos/qm̄ irritauerunt te dn̄e/ad iustam ultionē in pn̄ti uita p

romanos

Romanos faciendam:& in futurum per angelos malos quibus addicti sunt. Et lætētur oēs qui sperant in te:in æternū exultabūt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te ꝓpter id qđ tibi mane astans uidebo/Oēs qui diligunt nomē tuū/qm̄ tu benedices iusto.s.mihi iustificāti peccatores. Dn̄e scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos/Nō mea uolūtas sed tua fiat/quia illa est scutū nr̄um in tribulationibus:est corona nostra in prosperitatibus. Pone uoluntatē tuā super meam & illa me corona. Gratias ago quoniā me coronasti/& non quod ego uolo:sed quod tu me uelle fecisti/in qua conclusione sermonis uerum est quod scribit Lucas. Apparuit angelus domini cōfortans eum. Fuit hic angelus bona ïspiratio: S
fuit patiendi electio quam Christus pro corona habuit.

CAPTVRA.



ORATionis serie recensita ut nobis dn̄s donare dignatus est/eodē tenore seruato capturam nūc referamus. Substinete uos hic & uigilate mecum/dū quatuor euāgelistæ Iesum capi referunt. Incipe Ioannes. Sciebat autē iudas locum/quia Iesus illuc frequēter cōuenerat cū discipulis suis. Cū ergo accepisset cohortem/& a pōtificibus & phariseis ministros. Matheus. Dedit eis signū dicens. Quēcunq̧ osculatus fuero ipse est tenete eum. Marcus. & ducite caute. Et adhuc loquēte Iesu. Ecce iudas uēit & cū eo turba multa/cū gladiis & fustibus & armis missi a prīcipibus sacerdotū & senioribus populi. Et confestim accedēs ad Iesum: dixit aue rabbi:Et osculatus est eum:dixitq̧ illi Iesus. Amice ad quid uenisti? Lucas. Iuda osculo filium hoīs tradis? Ioannes. Iesus itaq̧ sciēs oīa quæ uentura erant sup eū processit & dixit eis. Quē quæritis? Rn̄derūt ei. Iesum nazarenū. Dixit eis Iesus:ego sum. Vt ergo dixit eis ego sū:abierunt retrorsum/& ceciderunt in terrā. Iterum ergo interrogauit eos:quē quæritis? Illi aūt dixerunt. Iesum nazarenū. Rn̄dit iesus. Dixi uobis quia ego sum. Si ergo me quæritis sinite hos abire. Lucas. Vidētes aūt qui circa ipsum erant qđ futurū erat: dixerūt: Dn̄e si percutimus in gladio? Ioānes. Simon ergo Petrus hn̄s gladiū eduxit eū:& percussit pōtificis seruū: & amputauit auriculā eius dexteram. Erat aūt nomē seruo Malchus. Et dixit Iesus Petro. Mitte gladium tuū in uaginā. Matheus. Oēs enim qui acceperint gladium gladio pibunt. An putas quia nō possum rogare patrem meū:& ipse exhibebit mihi modo plusq̄ duodecim legiones ange

lorũ? Quo ergo iplebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. Ioannes. Calicem quē dedit mihi pater non uis ut bibam illũ? Lucas. Sinite usq; huc: & cũ tetigisset auriculã eius sanauit eum. Matheus. In illa hora dixit Iesus turbis. Tanq̃ ad latronem existis cum gladiis & fustibus cõprehendere me? Quottidie apud uos sedebam docens in templo & non me tenuistis. Sed hæc est hora uestra & potestas tenebraꝝ. Tunc discipuli oẽs relicto eo fugerunt. Ioannes. Cohors autem & tribuni & ministri iudeorum apprehenderunt eum & ligauerunt eum.

Capturæ distributio.

c Apturã dñi saluatoris nudis euangelistaꝝ uerbis: q̃ integerrime potui: descripsi: Nunc particulatim distributã declarabo. Continet in primis formidolosam & impiã discipuli ꝑditionē: Fortē & impiam ꝑñtationē seu exhibitionē magistri. Defensionis ꝓhibitionē securam & bñficam. Alligationē & abductionē uoluntariam. Ipsa uero proditio formidolosa mõstratur proditoris munitione multimoda: Et quibus ꝓditur admonitione solicita. Impia est proditi salutatiõe & osculo. Præsentatio fortitudinē oñdit proditorem admonendo; proditionē & modum detegendo/occurrẽdo proditoris præsidio: se capturis indicãdo: illos repellendo & prosternẽdo. Pietatem sapit discipulos conseruando. Defensiõis prohibitio præfert securitatē: arma deponere defensores dũ præcipit: dei decreto nõ resisti dũ iubet: auxiliũ si uelit copiosum affuturum dũ ꝑdicat/Præfert bñficentiã dũ uulneratũ sanat. Alligatio & abductio uolũtaria declaratur: dũ Iesus alligatores admonet & excusat.

Capturæ declaratio.

T i Am singula declaremus. Iudas ergo cũ accepisset cohortem. Cohors in romana militia a cohortãdo dicta est: quia milites se inuicem hortabanť: qui sub uno uexillo ꝓcedebant in prælium. Maximus numerus militũ in una cohorte fuerunt pedites mille & cẽtũ quinq;: Equites centum quadraginta duo. Minimus quingẽti quinquaginta qnq; pedites. Equites quinquaginta sex/Romanis seruiebat Hierusalem qui ad custodiã ciuitatis ne rebellarent iudei militibus eam munierant. Hoꝝ unam cohortē. i. quingentos quinquaginta quinq; pedites: equites quinquaginta sex (ut minimũ numerũ afferamus) a præside armari poposcerãt põtifices: & sibi in adiutoriũ dari ad capiendũ Iesum.
V Tum ne pro captura Iesu ipsi oẽm in se inuidiam populi cõcitarẽt: tum nequis defendere illum auderet uidens turmam tantã Romanoꝝ militum eius fauere capturæ: tum quia sicut ipsis non licebat (quod & infra cõfitentur) interficere quenq̃/ita reos mortis capere fas nõ erat: cum ne accusari

accusari possent de excitato tumultu: si quis per noctẽ defendere Iesum fuisset aggressus. Cũ accepisset ergo iudas cohortẽ/Romanoꝝ militum a põtificibus & scribis: quã illi sibi dari poposcerãt a Pilato: Et a põtificibus & phariseis ministros. Attẽdite metũ ꝓditoris & ꝓditionẽ ementiũ inuidiosam rabiẽ. Nõ satis tutũ arbitrabant̃ p solos Romanos capi Christum: Nã si per illos capetur: nõ ad eos primũ: sed ad Pilatũ duci dubitabant: illũq; dimitti timebãt: nullis contra eũ querelis expositis: quare suã rabiem saltẽ cõtumeliis: obprobriis & uerberibus: Si morte nõ possẽt explere uolentes: cohorti Romanæ addũt pontifices & pharisei ministros singuli suos: qui Iesum ad se primũ duci ꝓcurẽt. His uero Romanis militibus: qa forte Iesũ nõ nouerant: his pontificũ satellitibus: qa tẽpus inuestigando quis eẽt Iesus terrere nolebãt: iuxta Marcũ: Traditor dederat signũ quo certe & cito cõplerẽt negociũ. Quẽcunq; osculatus fuero ipse est: quẽ pontifices & scribæ ac pharisei capi uolũt. Ipse est quẽ cape debetis. Cur nõ dicis: ipse est magr̃ meus quẽ illi emerũt trigĩta argenteis: quẽ ego hoc ꝑcio uẽdidi. Sicut uaticinatus est Zacharias. Si bonũ est oculis meis afferte mercedẽ mercedẽ meã: & si nõ quiescite. Et appenderũt mercedẽ meã triginta argẽteos: & dixit dñs ad me. Proiice illud ad statuariũ: decorũ ꝑcium: quo apræciatus sum ab eis: & tuli triginta argẽteos: & ꝓieci illos in domo dñi ad statuariũ. Tenete eũ fortiter qa potẽtissimus ẽ: & uẽtis ac mari impat: illũ dæmones reformidãt: Et ducite caute. Sapientissimus est. Cũ eũ uellẽt præcipitare nazareni ciues: manus eoꝝ etiã in ꝑrupto montis cõstitutus euasit. Nihilq; fieri minus posse opinãtibus: trãsiens per mediũ illoꝝ ibat: illis tenere eũ non ualẽtibus. Cũ eum uellent hierosolomitæ in tẽplo lapidare: Ita abscondit se: ut nulla rõne inueniri potuerit: & illæsus exiuit de templo. Caute ducite: ne de uestris manibus elabatur. Matheus. Adhuc loquẽte Iesu cum discipulis suis omnibus undecim. Illos eñi simul surgere & ire monuerat. Ecce iudas uenit & cũ eo turba multa. Vere turba: nam in mente turbati erant imprimis Romani milites uano terrore: quo ad arma capienda illos excitauerant pontifices & scribæ: quasi per uim grandeq; certamen capturi essent hominem per noctem quem luce cape non possent. Turbati ministri pontificũ minis: & ꝓmissis dominorum cum gladiis & fustibus. i. armis astatis: quando in fustibus mucrones habebant. Cum armis ad iustum præliũ. Hæc ferebat cohors Romanorum militum. Et fustibus. Hos gestabãt calones & agasones illi uiles põtificũ phariseorũq; ministri. Qui qm̃ arma tractare nesciebãt: & fortasse uetiti erant: pro armis fustes accepant: Vt quacunq; rõne possent: inocentẽ opprimerẽt. Missi a principibus sacerdotũ.

X Y Z A B C

Ordinauerat ab initio deus per Moysen unũ sacerdotũ principẽ: quem pontificẽ dixerat. Eteni multitudo principantiũ mala: sed auaritia simul & ambitio plures fecerat inter iudeos sacerdotũ principes. Cũ.n.eoꝝ nemo bñ ꝑesse sciret: & simul oẽs bñ subesse nollẽt/iflati supbia summũ sacerdotiũ qđ munus ex lege ppetuũ fieri oportebat/ad annuũ reduxerãt magistratũ/Vt singuli pro sua ambitione ꝑessent. Ita q iã sũmi sacerdotis offõ functi erãt: sacerdotũ pricipes/ac põtifices dicti sunt. Hæc uero nomina in plurali sacris in lr̃is apud Moysen nõ iuenies/qa neq; usus erat principũ sacerdotum/apud ueteres legis obseruatores. Q uibus satis fuerat unũ hr̃e principẽ sacerdotũ. Cũ & ille bñ ꝑesse: & cæteri bñ obtempar̃ studerẽt. Et senioribus populi. Regebãt populũ a principio duces cũ põtifice: dehinc reges. Sed qm̃ & regiam maiestatẽ iã amiserãt: & sacerdotii auctoritatẽ post habuerãt iudei: per plures de populo hoĩes: res iudeorũ regebanť/quasi exẽplo Moysi. Q ui septuaginta uiros prudẽtes ad regi-
D men populi secũ asciuerat. Hi sũt quos nũc euãgelista dicit seniores/nõ quidẽ ius dñi attingẽtes/qđ totũ ad alienigenas dudũ transierat/sed tm̃ ciuicas utilitates curæ hñtes. Hi itaq; ciuilis utilitatis curatores/seniores populi dicebanť. Q ui & ipsi a pontificibus & scribis & phariseis uocati
E fuerant ad capiendũ Iesum. Tria ergo ꝑsidentiũ genera secundũ tres præsidentiæ gradus quibus tunc Hierusalem aut regebať aut occupabať/capi decreuere Iesum. Ita præses pro Romanis imperãs cohortem armatã. Pontifices uero præsidentes sacerdotibus/& seniores populi moderatores/cum iuda fustuarios suos misere ministros.

Prophetia Dauit de captura domini Iesu.

Ræuidit ista Dauit qñ dixit. Q uare fremuerunt gẽtes. Roma-
P noꝝ gentiles cohortes/& populi seniores/eorũq; ministri meditati sunt inania. Q uæ.s.exitum habitura non sunt ab illis præmeditatũ. Q uare astiterũt reges terræ/ꝑses.s.romanus: & populi seniores qui regebant Hierusalẽ/& principes.s.sacerdotũ quare cõuenerũt in unum cũ illis regibus. Immo ipsi principes quare cõuenerũt.i.cõuenire fecerunt in unũ ipsos reges/præsidem & seniores/Aduersus dominum & aduersus Christũ eius filium mittẽdo qui eũ capent cum iuda ꝓditore. Q uare inq̃ principes cõuenerũt in unum ad emendũ pecunia iustũ: ut illum pdant. Q uare conuenerunt in unũ dicẽtes. Dirumpamus uincula eoꝝ dñi.s.dei & Christi eius: ne subiiciamur legibus sãctis quas prædicat Christus eius/& proiiciamus a nobis iugum obedientiæ ipsoꝝ dñi & dei Christi eius. Q ui habitat in cœlis irridebit eos: & dominus Iesus subsannabit eos. Derisit & subsannauit quando surrexit a mortuis.

Figura

Figura studii capiendi dominum Iesum.

deus destruet te in finē: euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo &c.
Quæ plane ad litteram locūtur iudeorum supplicia a Romanis illata.

Figura de cauillis & accusatione iudeorum contra Iesum.

Iguraueruut istos accusatores Hiezoelite homines: qui ut mo-
f rē gererēt impie Hiezabeli: in iudiciū traxere Naboth: Illi plus
colentes impiam reginam q̄ dei iustitiam: iustum in iudicium
pro falsis criminibus adducere: & damnari poscere non sunt ueriti. Pon
tifices: scribæ & pharisei: Reginæ superbiæ: & inuidiæ famulantes: cōtra
Iesum quid aliud faciunt.

Quarti secundum ordinem examinis declaratio quod secū
dum est a iudice Pilato factum.

Terū ergo introiuit in p̄toriū Pilatus: & uocauit Iesū & dixit ei.
i Tu es rex iudeoꝝ? Cōstabat Pilato hæc oīa crimina eē meras nu
gas: & nequitias ípudētissimas. Nouerat Christū nil nisi mores

componentia prædicasse. Videbat qui illũ consulebant: qui eius monita sequebant/leges patrias custodire. Meminerat illũ dixisse palã: non ueni soluere legẽ sed adimplere. Audiuerat quia populũ admõuerat scribarũ & pharisæoꝝ seruare præcepta. Hæc porro oĩa uidebat nõ esse subuerten
F tis populũ gesta. Tñ ut aliquid egisse uideretur/de tertio accusationis ca pite quod reliqua cõprehẽdebat: & in qd' duo priora tendere uidebant/ Iesum interrogat. Discãt hic iudices absentibus accusatoribus reos iterro gare. Iteꝝ Pilatus intrat prætoriũ/sepatus ab accusatoribus. Discãt reum
G non terrere minis/non uoce horrisona/nõ toruo aspectu. Vocat Pilatus Iesum/nõ trahi iubet: aut præconio citat: uocat mãsuete. Discant aperta mendacia pro criminibus nõ recipe: discãt non grandẽ telã iudicii de ni hilo cõtexere. De tribus accusãt Iesum pontifices: & de uno tm̃ Pilatus examinat. Reiicit quæ scit falsa notorie. Hoc de tertio pro offõ examiat: & ut aliqd perditis pro eoꝝ dignitate ĩpendat: ut iudices discant pro suo offõ: etiã pditos hoĩes qñqꝫ non penitus aspernari. Sapiẽtibus & isipien-
H tibus debẽt ẽt modestis & discolis. Et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Accusa-tores tui tria tibi crimina obiiciunt (ut audire potuisti) obmitto duo: ut ad rei summã maturius accedamus. Accusãt te ꝙ dicis te regẽ: nõ quæro quid dicas: quæro qd facias: quis sis: pro quo te geras. Es ne tu rex iudeo rum? O Pilate magnã questionẽ ꝓposuisti. Quid sit regẽ eẽ existimo te persuasum hre. Quid aũt sit eẽ regem iudeoꝝ fortasse non ĩtelligis. Iu-deus laudans aut cõfitẽs interpretat'. Esse ergo regẽ iudeorũ est esse regẽ laudantiũ aut confitentiũ: aut utrunqꝫ simul. Iudei quibus tu præsides: nõ laudant adulant': nõ confitẽtur ueritatem sed illã celãt: fallaciã & fal sitatem amplexi sũt. In magna uocis equocatiõe o Pilate uersaris: & (pa ce tua dixerĩ) nescis qd interroges. Quæris de iudeis: quos iudeos existi mas: sunt iudei uoce: nominis aũt rõne iudei nõ sunt: & tñ de uera noĩs significatione ĩterrogare te credis. Nõ ergo mireris si sapientiæ magr̃ eq-uocam ꝓpositionẽ & ĩcerti noĩs questionem: ad aliqd certum redigi stu dens: non rñdet: sed pro ĩterrogatiõe tua aliam ꝓponit interrogatiõem.
I Ambigue nanqꝫ ꝓponẽti necesse est pro rñsione ĩterrogationẽ proponi: ut ad certũ aliquid interrogatio redigat'. Quærit ergo Iesus. A temetipo hoc dicis? Queris an sim rex iudeorum: quæris ne tuo sensũ loquens? Quæris ut uerba tuis auribus sonãt: an regnem uel regnare studeã iter accusatores meos? An alii hoc tibi dixerũt de me? An alii qui sciunt quid sibi uelit hæc dignitas eẽ regem iudeorũ: qui messiam expectãt: qui de re ge messia pro ueritate ꝓfessa: calũniam mihi statuunt: hoc ꝙ ego sim rex messias: rex laudantiũ & cõfitentiũ: tibi dixerũt de me? Vtcunqꝫ quæras

rñdere tibi paratus sum: si mõ de quo quæras prius declaraueris. Rñdit Pilatus. Nunquid ego iudeus sum? ut sciam huius nois uerum significatum? Vt libet rñde. Gens tua & põtifices tui tradiderunt te mihi. Scire ueli/Quid fecisti: cur capi & í iudiciũ duci debueris/Quid fecisti/mihi dicito/ut sciã qd tibi facere debeã. Nolo Pilate existimes recusare me tuis oíbus íterrogationibus rñdere: nũc q̃ digeste sunt/seriatim rñdebo. Si quæris de regno huius sublunaris regiõis/& eius partis quæ iudea dr̃. Si quæris inq̃ de principe huius angustæ patriæ. Si quæris de rege præsidente his hoibus duræ ceruicis. Regnũ meũ non est de hoc mũdo. Non sum rex taliũ gẽtium. Vis scire me uerũ dicere? res ipsa se cõprobat. Si ex hoc mũdo eẽt regnum meũ/si uel natura rex essem: uel regnũ íuasissem/hac í angusta regiõe/uel natiuo studio: uel factiõis affectu fautores habe rẽ: nemo tale regnũ ꝓfitet' inermis. Ministri mei affectu natiuo: uel ptiũ studio: armati. s. milites: aut saltem plebs íconditа: uel satellites mihi ministrãtes. Vtiq̃ omni qua possent rõne/decertarẽt ut nõ traderer iudeis. Non dixit ut nõ traderer tibi aut Romanis: quia se iudeis tradẽdum tandem nouerat: & a fine traditionẽ uoluit noíare. Nũc aũt ut tibi uno nomine rñdeam. Regnũ meum nõ est hic. Nõ est in ista sublunari tam angusta regione. Regnũ meũ non est hic. Non sum caput hoꝝ qui sua duritie caput totiẽs hr̃e respuerunt: qui tot de suo sanguine reges absorbuerunt: qui exteros reges ferre nesciẽrũt: qui Romanũ regnum q̃tumlibet mite sunt recusaturi. Regnũ meũ non est hic q̃tum ad nominis supficiẽ/de qua fortasse interrogare uoluisti. Dixit ergo Pilatus. Ergo rex es tu? Si tu nõ es rex in hac noís significatiõe quã supficialẽ dicis: & me de illa interrogare existimas: Es ne ergo rex tu? In nominis uero significatum: Es ne tu rex laudantiũ & cõfitẽtium re nõ umbra. Tu dicis qa rex sum ego. Ego in hoc natus sum: & ad hoc ueni in mũdũ/ut testimoniũ phibeam ueritati. Oís qui est ex ueritate audit uocẽ meã. O Pilate q̃ esses fœlix: si huius rñsionis uerba pcipe studuisses. Qui uere laudare & confiteri uolunt: añ oía ueritati studere necesse est. Laus. n. si nõ est uera: adulatio ẽ. Confessio si nõ est uera/mendacium/uel (ut ita dixerim) mẽtitio ẽ. Est certe mẽtiri. Qui futurus est rex laudantiũ & cõfitentium uerax sit necesse est. Ego natiuitatis meæ ratione uerax sum. Aeterna nanq̃ natiuitate qua sum dei filius/in hoc natus sum ut testimoniũ phibeam ueritati. Qñ meæ rõne natiuitatis/imago sum & speculũ primæ ueritatis: & in me relucent oẽs ideæ. Quicqd uere est/in me natiuitatis æternæ ratiõe resplendet. Pro rõne itaq̃ generatiõis æternæ. Ego ad hoc natus sum ut testimoniũ phibeã ueritati. Perhibere testimoniũ ueritati: est ueritatem

comprobare:roborare:declarare:pro æternæ geniture merito:oẽs ueritates increatæ & creatæ cõprobantur in uerbo. Sicut.n.mensura cõprobat mẽsuratum. Sicut inq̃ pfectissimum cuiusq; generis:mẽsurat omnia quæ sunt suæ rationis:ita uerbũ prima & icreata ueritas:oẽs ueritates cõprobat mẽsurando. Et sicut pticipantia aliquã naturã:in illa roborãtur: illaq; pficiuntur. Sic qm̃ omnis creata ueritas:scintillã quandã sapit increatæ ueritatis & inde pficitur. Oẽs etiã ueritates increatæ per dei sapientiã quæ filius est/uere sunt. Vtreq; ueritates creatæ.s.& icreatæ oẽs & singulæ in dei filio roborant᷑: & per illũ declarantur. Principia nanq; cõclusionum sensum distincte ĩtelligibilẽ reddere solent. Prima igitur sapiẽtia omniũ ueritatũ est declaratiua quia oibus est essendi pricipium & finis.

Q uare ꝓ æternæ generatiõis rõne/melius nihil potuisset dicere dñs Iesus xp̃s q̃ ego ad hoc natus sũ ut testimoniũ phibeã ueritati. Pro tẽporaneæ generatiõis modulo qd dicat nũc audiamus, Et ad hoc ueni in mũ-

S dum hũc sublunarem. Ad hoc ueni in mũdũ. Veni in hoĩem factus hõ: qui minor est mũdus/Vt testimoniũ phibeam ueritati. Pro æternæ geniture uigore erat de me ueritas munitissima:eritq; ppetuo. Sed qa hõ cũ in honore eẽt non ĩtellexit:unde compatus est iumẽtis insipiẽtibus:& similis factus est illis:ueritatem ĩcreatã natã sine tpe nasci secundũ tempus oportuit:ut tpaneo hoĩs errori, finẽ iponeret. Et ille ad lumen rectitudinis iustitiæ/relictis cõmodoꝝ nugis:per ueritatem quã sensu conciperet reparari posset/& si uellet reparetur. Ego ad hoc ueni in mũdũ sublunarẽ: ut qui in superiori mũdo ueritatem contineo/in iferiori illam reparem: ut hõ qui minor est mũdus/illã me docente capescat. Meã æterna natiuitas ueritatẽ solidam facit. Mea natiuitas tpanea hoĩbus bonæ uoluntatis soliditatẽ ueritatis oñdit:ad illam cõsequẽdam uiã instruit:se ducẽ exhibet ad illã puenire uolentibus. Ergo secundũ utranq; meã natiuitatẽ/na-

T tus sum ut testimoniũ phibeã ueritati. Itaq; oĩs qui est ex ueritate:audit uocem meã. Ex ueritate sunt angeli boni in gr̃a cõfirmati/audiunt uocẽ meam:ordinẽ a me decretũ æterna sapientia:quẽ mentibus eoꝝ indidi/ Audiũt:obseruant:in nullo trãsgrediunt᷑. Audire nanq; obedire est. Angeli uero mali qui in ueritate nõ steterunt:hãc meam uocẽ:hunc ordinẽ diuinæ sapientiæ nõ seruauerunt:& si possent rũperent/Rumpe.n.conãtur illum q̃tũ in eis est:quem si seruãt:inuiti seruãt nõ per obedientiam spõtaneã:sed per uiolentiã qua arctãtur ut serui. Hoĩes bonæ uolũtatis audiunt sensibus meã uocẽ.i.doctrinam meã:meas prædicationes:mea monita:pcepta mea pro uiribus seruant/meã uocem/bonas ĩspiratiões/ audiũt:sequũtur:obtemperãt illis. Peruersi uero hoĩes:qui sicut maligni spiritus

ſpiritus nō ſteterunt in ueritate: ſed falſitatē amplexi ſunt: quorū cor inſipiens obſcuratū eſt: non audiūt meam uocē: ſpernūt meam doctrinam. Sed quā uocem ſponte non audiūt qñq expiuntur inuiti: expientur in ſempiternū poſt generale iudiciū. Quia uiuentes nō bonas inſpirationes ſuſcipe uoluerūt. Quod dixi: mox in te ipſo comprobabit᷑. Collige nunc Pilate rñſionē ſi potes. Videbis Chriſtum regē eſſe iudeorū. i. laudātium & confitentiū/rex eſt angelorū: qui in ueritate pdurant: qui nō ceſſant laudare deū canentes. Sctūs. ſ. s. dñs deus ſabaoth. Rex eſt hominū bonæ uoluntatis. Regi maxime debet᷑ obediētia. Oēs qui ſunt ex ueritate: dñm Ieſum audiunt: illi obediunt. Rex eſt ergo laudantiū & cōfitentium: qui ſunt ex ueritate: qui ī ueritate fundati quaſi in ſolida petra/cōcuti non poſſunt. Habes o Pilate quid Ieſus fecerit. Teſtimonium phibuit ueritati. Pulcherrima ſunt quæ de regno tuo dixiſti bone Ieſu: ſed illa Pilatus nō capit: pulſat ut intelligat: ſed non bene pulſat: ideo ei non aperietur. Pulſantem tamen audiamus.

De ueritate interrogāti Pilato cur ueritas non reſponderit.

d Icit illi Pilatus. Quid eſt ueritas? Rem ſcitu pulcherrimam Pilatus īterrogat: cuius rōnem ſi audiret: & intelligeret a tanto taliq magro: illū nunq̄ morte dānaret. Ita ne audiat uxor: illi īpedimento fit. Nanq illo iuxta Matheū pro tribunali ſedēte/miſit ad eum uxor eius nunciū dicens/nuncii miniſterio. Nihil tibi & iuſto illi. Multa enim hodie paſſa ſum per uiſum ꝓpter eū. Magnū ni fallor hic latitat ſacramentū. Pilatus qui præſidis fungit᷑ offō: quid ſit ueritas a ueritate requirit. Ab ea inq̄ ueritate quæ uenit illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis ſedēt: ab ea quæ uiam dei in ueritate docet. Cur ergo non diſcit? cur nō docet illū magr̄ optimus/docēdiq ſtudio flagrātiſſimus? Duo potiſſimū fuiſſe in cā comperio. Sedet. n. in tribunali/& uxoris nūcium audit. Pilatus præſes apex eſt mentis humanæ: portio. ſ. ſupior rōnis: quæ præſidet in toto aīæ regno: & illud pro offō moderari tenetur/ hoc inq̄ rōnis culmē ſuapte natura fertur in primas ſinceraſq ueritates: ut ex illis quaſi ex fontibus riuulos trahat ueritatū inferiorū/& ad diem cōtingentiū: iuxtaq illas regni ſui officinas/ſenſus. ſ. & artes. i. ſtudia hominum moderet᷑. Ergo Pilatum p̄ſidem a Ieſu fonte ſapiētiæ percunctari: quid eſt ueritas: nihil eſt aliud q̄ ſindereſim ferri in primas ueritates & de illis inqrere. Sed pcunctari nō eſt ſatis. Sedet Pilatus qui debuiſſet aſſurgere: & totis neruis ad diſcendū imcūbere. q ſi forte debilitate peccati originalis uel actualis ſindereſis recta ſtare & omni ſtudio intenta ad illa eſſe nō pōt/ſaltem in tribunali ne ſedeat/ſi diſcere uult diſcipuli pſonam

debet iduere/Qui sedet in tribunali/magistri iam locū tenet. Tribunal sedes est fastus atq; tumultus. Si sedere uult(sedēdo.n.& quiescēdo fit animus prudens)sedere debuisset in terra humilis:sedere debuisset solitarius:curis tumultuantis mundi uacuus.q; si pro offō uitā actiuam deserere nō pōt hic rōnis præses/si illi in tribunali pro statu reip.aut domestico cōseruādo sedendū est:& illic pōt aliqñ ad ueritatē aspicere/& dicere dño Iesu cum Pilato. Quid est ueritas/uxoris nūcios ne recipiat/omnino necesse est/si secus fecerit exibit statim foras:& sapientiæ rñsionem pro ueritatis rōne dignoscēda obtinere non poterit. Vxor hæc est appetitus cōcupiscibilis:siue affectio cōmodi:affectioni iustitiæ quasi inseparabiliter sociatus. Ita q uitā actiuā agere uolūt:& ueritatē a Christo pdiscere/quid illa sit īterrogent illū/& affectionē iustitiæ(quæ tribunalis ē basis) semp studeant imitari:affectioni cōmodi nullatenus inhærere/Secus si egerit/Quid illi suadeat hæc uxor audiamus. Nil tibi & iusto illi/seque re cōmoda nō iusta. Quid ita? Multa passa sum in somnis hodie ꝓpter eum. Mulier.i.semp uana cōmodi affectio/quid aliud seqtur q̄ ueri umbras & somniatas nugas? In suis nempe somniatis affectuū motibus:affectio cōmodi molestatᷣ:& multa patitur a zelo iustitiæ illā affectata prosequi prohibente. Ita Pilatus ad uxoris nuncium se conuertēs:studium ueritatis egressus. Quare non fuit culpa Iesu:si quid esset ueritas interrogatus non respondit. Pro sua sapientia respondere non debuit audiēti nuncium mulieris loquentem ad aurem.

Concentus ex dissonis.

X a Dam ob uxoris suæ leuitatem in ueritate non stetit. Pilatus suæ uxoris somniis quid sit ueritas nō itelligit. Eua secuta est mēdacium. Vxor Pilati secuta est somniū/utraq; certe diabolū secuta est. Expulerat diabolus Adam ab initio de paradiso delitiaꝝ/uxoris Euæ ministerio. Nunc qm̄ maiori ex parte prophetias:de restituēdo in pristinum hoiem per Messiam uidit īpletas/cæpit addubitare ne pauca restantia in Christo finē accipent. Restabat aūt illū uerberari:morte damnari: in cruce hæc oia cōsumari:& per gloriosam mortui crucifixi resurectionem tartara spoliari:quæ impedire cōstituēs princeps tenebraꝝ & luctus

Y sperauit/quēadmodū ab initio per uxorē fregerat Adam. Nunc quoq; p uxorem Pilatū frangere. Eam igiᷣ somniis aggreditur:horribiles dormienti ingerit uisiōes/si Pilatus Christū mori decernat:fortunaꝝ iacturas/morbos/& oium illi horribilissimū irā Cæsaris per somniū ciet. Euigilat illa curis anxia:terrore plena:neq; pōt per somnum uisa a mente reicere. Obdormit iterum fessa terroribus:peiora prioribus uidet. Sic tota nocte

iactata

iactata nesciens quorsum hæc tenderent: ne leuitatis arguatur subticet/ ubi uirũ audit die festo pter morẽ intrasse prætorium: põtifices ius dicere solitos/scribas & phariseos iam reorũ defensores, nunc accusatores factos itelligit: & populum cõcitatum pro uno Iesu: quẽ fama pclamante bonũ uirum: grãdiumq; operũ patratorẽ audiuerat/percunctata fortasse hois lineamenta/en inquit qđ sibi uolunt somnia mea. Concordat Iesu effigies simulachro per somniũ oñso. Hic est uere pro cuius dãnatione familiam meã: uirum meũ: me ipsam pati tanta uisa sum. Eus tu/perge ad præsidem/dic meo noie: ne iusto illi aliqd molestiæ inferri decernat/ Et qm̃ p tribunali iam sedet: cito curre festinus/rem paucis absolue: dic inq̃ meo noie, Charissime uir & unica spes salutis meæ/miserere mei: miserere tui. Multa horribilia oĩq; plena tristitia: enim: certe nõ uano somno uel insomnio: sed certe per uisum: per uerã uisionẽ passa sum hodie: nocte, prima quæ pars fuit hodiernæ diei ppter eũ: quem examías quasi reum: oppressum iniuste. Nil tibi: si me: si te amas: & iusto illi iferas incõmodum. Oẽ qđ illi intuleris: in te redundabit. Nil ages illi quod nõ patiaris. Sed non obtinebis pessime draco qđ per mulierem extorquere studes. Restituet homo in itegrũ per grãm saluatoris. Tuus carcer franget: apietur: euacuabitur: Captiuos reddes inuitus. Non est tibi lucta cũ Adã primo qui se mulieri penitus adiiciat. Nõ est tibi lucta cũ Pilato qui mulieris monita secutus exiuit foras. Luctaris cũ rege iustitiæ: accincto sup fœmur suũ gladio bicipiti acutissimo quo tua discindet retia: teq; confodiet. Et quoniam potẽtissimus est cõtra æternæ suæ sapientiæ decreta nihil aget omnino Pilatus quem tu foras emittis ut illum excuset & liberet. Satius tibi fuerat in ueritate persistere in qua te creauerat ut plene ab eo disceres & teneres quid est ueritas. Z

Præfatio in tractatũ de ueritate extra cãm habitũ sed non sine causa.



QVID Est ueritas si discere uolebas o Pilate foras egredi nõ debebas & deserta ueritatis origine ad erroris fontẽ & fomitẽ turbam inuidia auaritia & ambitu plenam te cõuertere: substinere hic & uigilare ubi tecum loquitur ueritas satius fuerat. Nos ergo fratres q cũ illa hactenus uigilauimus & substinuimus pseueremus & dũ meticulosus & uxori addictus Pilatus foras egreditur: discamus a ueritate extra cãm si pos-

A sumus quid ē ueritas:ne dum Pilatus aliud agit nos frustra uigilemus.
Tantus est fulgor ueritatis:tantus uigor:tanta maiestas:ut creata omnia illam ex toto cape non possint. Neq; si plures mundos quis eē cōstituat: totam in illis locare poterit ueritatē. Res est quæ non habet principium: quæ finē hr̄e nō pōt:oībus lucet:illuminat uniuersa. Sol illi compatus tenuis est scintilla fulgoris. Et ꝑfecto sicut oīs oculus per solē uidet:nullus tñ solem ītegrū perfert:sed illū fere oīs oculus sub umbra & per umbram intuet̄. Ita cū oīs creatæ mentis ratio per ueritatē discernat uniuersa:ipsam totā penetrare:suscipe continere nō pōt. Desinet hoc admirari qui uiderit finitū uigorem solis a finito oculo cōtineri non posse. Sunt qdē creatæ mentes:& ꝑsertim bñ īstitutæ:ueritatis amore flagrātissimæ. Sed qm̄ debiles sunt:ista ē robustissima. Q m̄ uascula sunt paruula. Illa
B pelagus est infinitū:nec totam cape:neq; eius uigorē integrū ferre sufficiūt. Volēti igit̄ ad ueritatē accedere:ante oīa opus est ꝓprias uires agnoscere:& secundū illas opi insistere. Docuit natura sub umbra:atq; p umbram solē nos intueri. Q ui secus faciūt excæcantur. Lucē solis nō penitus puram hac rōne natura oculis īmisit animantiū:sed illā aeris obscuritate & umbra terræ contempauit:nedū uidere quis uult:uisum amittat. Ita si ueritatis rōnem intelligere uoluerimus:umbra illi admiscēda erit: ne labor irritus & pnitiosus euadat. Et nihilominus pticulas aliquas ueritatis pro uiribus attigisse sufficiat. Totum qui attēptauerit:onus ferre nō poterit. Scrutator nempe tātæ maiestatis opprimet̄ a gloria. Sed qua hanc rem umbra cōtempabimus? falsitatis. Accipiemus inq̄ falsitatis rōnem:& qñ itellexerimus qd sit falsitas:tum demū qd sit ueritas aliqua ex parte itelligemus. Falsitatem insup rem nimiū tenebrosam:nō statim aggredi præsumamus. Merget nos in ꝓfundā ignorantiā:Si illam solam & nudā fuerimus amplexati. Miscebimus ergo hæc duo extrema ueritatem.s.& falsitatē:& quæ nascuntur ex his uerū & falsum accipientes:pedetentim ad ueritatis limina adeunda uiā apiemus/Et ut ueritas ipsa ꝓstiterit quid illa sit:& quomodo se habeat tandem ostendemus.

Q uid sit uerum.

Erum quid sit nunc & qd falsum accipiamus. Illud est uer̄ qd̄ tale se dignoscendū exhibet quale est. Dicimus illud eē uerum: quod/colore/pondere/uitute/aurū præfert. Si colorem hēat pōdus uero non hēat/Si utrunq; hēat colorem & pōdus. Igni aūt non resistat:ferro nō cædat/nō extendat̄ amplissime/non est aurū uerū/falsum est ergo. Si qua mulier colore fucata: falsis redimita capillis: altis aucta sandaliis/pulchritudinē præferat/sit tñ ficto rubore pallor:sub mentito capillo:

capillo caluicies:ſuper addito ſandalio/breuis ſtatura corpuſculi:nõ eſt
hæc uere pulchra:falſo pulcherrimã dicẽt oẽs qui hæc ab ea ſimulata di-
gnouerint.Si quis horrida ueſte:pallida facie:humili uoce:miti inceſſu:
bonum uirũ pferat:& mundi ſe contemptorẽ oñdat:ferueat tñ ambitu
gloriæ.Gulæ & tactus delectatiões ardeat:& latẽter exerceat:ſtudeat aua
ritiæ:Vt hæc ſua ſtudia nutriat:erit ne uir bonus?Erit uere malus : falſo
bonus.Tria ſunt animatoꝝ genera.Vegetantia tñ. Vegetantia ſimul &
ſentiẽtia. Vtrunq; & his melius mentẽ.i.intellectum & uolũtatẽ hñtia.
Illa uegetãtia uera ſunt:ut ex primo exẽplo dignoſcitur:quæ talia ſe ſen-
ſibus & rationi per ſenſus offerunt:qualia ſunt in re.Hinc eſt q archimi
ſtarum miſturas:falſa metalla dicimus:hñt unde oculis ſatiſfaciant:nõ
hñt unde ſatiſfaciant operi.Quanto porro minus ſunt palliata:hoc eſt
q̃to minus fallere pñt:minus ſunt falſa.Quanto inq̃ plus de natura ue
ri metalli quam præferunt:retinent:minus falſa eſſe probantur.Quan
to itẽ de eius natura minus hřẽ ſe mõſtrant:minus itẽ falſa exiſtimant.
Qñ aũt multum præferũt:uel penitus uerũ metallum oñdunt:ſuntq;
ab eius natura alieniſſima:tũc falſiſſima eẽ probãtur.Habet ergo uegeta
bilium reꝝ natura ueritatẽ per cõcinnitatẽ:& ut ita dixerim correſpõdẽ- C
tiam ꝓprietatũ intus inhærentium ad ſubſtantiam cui cõueniũt:& ãbo-
rum ad exterã apparentiã.Qñ igitur plene cõcordant naturæ uegetabi-
li ꝓprietates intimæ:& apparentia externa:uerum eſt plene uegetabile in
quo illa cõueniunt.Vbi ex aliqua parte diſſentiunt:illic ueri ratio nõ ple
ne cõſtat.Dicimus argentũ omnino defecatũ:purũ & uerum argẽtum.
Si aliqd æris:cupriue admiſceas:nõ eſt purũ:non eſt uerũ argentũ.Tan-
tum de ueritate argenti pdidit:q̃tum de ĩpuritate æris aut cupri acquiſi-
uit:tantũdemq; falſitatis illi eſt ſup inductũ. De rerum quoq; ſenſibiliũ D
ueritate idẽ per omnia ſtatuendũ eſt. Niſi q uegetabiliũ ueritas eſt ex cõ
cinnitate ꝓprietatum ad ſolã uegetandi uirtutẽ pro ſpecie quã præferũt.
Senſibilia aũt hñt ueritatẽ ex armonia ꝓprietatum exterioris apparẽtiæ:
ad uegetandi ſentiẽdiq; rõnem:pro natura quã oñdunt.Si equũ habeas
languentẽ uel alicunde debilitatũ:& artificio defectum contegas ut illũ
uendas:falſum equũ uendere uis.Oñdit.n.qđ non eſt ſecundũ uegetã-
di ſeq; mouendi rõnem.Sed & qui uẽdit eſt equo longe falſior atq; fal-
lacior.Licet.n.equus falſus ſit:ille tñ non fallit:ut infra mõſtrabitur:fal
lit aũt uenditor:qui cũ ſciat non talẽ eſſe qualẽ ſua arte cõfinxit:aliter ſe
credere ſimulat:& integrũ uir ille prædicat.Cõſtet igitur hic nobis in ſen
tientibus rebus duas poſſe falſitates inueniri:iuxta duas ueritates conſtã
tes in illis:Cõcinnitatem.ſ.& cõcordiã proprietatũ ad naturã:& ad appa

rentiā uegetandi & sentiendi:ut præferūt pro suæ ratione naturæ. Rerū
E uero mentem hñtium multiplex est falsitas:multiplex & ueritatis ratio.
Mentem hñt angeli & hoïes. Deus magis est mens:q̄ habens mentē.Est
enim deus qcquid habet excepto eo qđ relatiue dr̃. Vnde ueri:unde fal
si sint angeli primo dicamus.Illi ueri sunt angeli quoꝗ natura ītimis ui-
ribus cōcinit:& tales se exhibent agnoscēdos:qualis est cōcentus siue cō
cordia naturæ cū uiribus & uirium inter se.Natura angeloꝝ ītellectu cō-
stat & uolūtate.Vires hñt igitur ut uelint & ītelligāt. Intellectus pro sua
ui est errorē fugere:dubiis nō acqescere:sectari ueritatē:certis adherere:
Voluntatis est mala respuere:odisse iniusta:capescere bona:iustis acquie
scere.Angeli ergo quos bonos dicimus:ueri angeli:ueræqꝫ intelligentiæ
sunt.Regulas nanqꝫ æternæ sapientiæ ītellectu cœperūt ab initio:& uo-
lūtate illis adhæserūt:atqꝫ per grām in hoc studio cōfirmati:se tales sem-
per exhibēt agnoscendos:quales natura sunt:& qualiter intimis uiribus
F operant̃.Cōtra mali angeli quos dæmones aut diabolos Christiano uo
cabulo appellamus:falsi sunt oēs.Q ñ intellectū a primæ sapiētiæ lumi
ne auerterunt:& se ipsos potius contemplati sunt:Vñ iustitiam cōmodi
tatibus post hñtes:sibi prius bene eē uoluerunt:q̄ deo creatori suo:non
amantes illū quia optimus est:& oīum quæ sunt integra bonitas in illo
cōcluditur/Sed se ipsos magis q̄ illū amantes/creatorē ac creaturam uni
uersam pro propriis cōmodis dimensi sunt.Et nihilominus se maleface
re his tam puersis ītellectus & uoluntatis studiis:nulla ratione fateri uo-
lunt:sed ut bene fecisse uideant̃/cū obstinate in malo ꝓposito durent:se
bonos & bñficos omni qua pñt machinatione cōfingūt.Itaqꝫ nihil me-
lius dicere poterat de lucifero sermonē faciens qui dixit. Ille neq̄ fuit ab
initio:& in ueritate nō stetit.Et certe oēs luciferi sequaces neq̄ fuerūt ab
initio.Q ñ ut primū creati sunt:uolūtatem suā nequitia:intellectū erro
re repleuerūt.Vnde in ueritate nō steterunt:in illa creati. Non.n.nō ste-
tisse dicerent̃:nisi inde discederēt. Falsi ergo sunt:quia bonā naturā de-
prauauerunt:uires naturæ alibi q̄ oportuit affixerūt:alios q̄ sint:aliterq̄
G ex intimis opentur/se præferre conantur.Sed nunqd sancti angeli mul-
ta cōfingunt/dū se humana effigie contegūt:loquuntur:inambulāt:co-
medunt quasi hoïes/& tñ uere hoïes non sunt?Nunqd mortes & exerci
tuū deuastationes/in sacris lr̃is(quæ mala sunt)per angelos legimus eē
confectas?Falsi ergo sunt & boni angeli/dum se tales offerunt apparen-
tiæ/quales non sunt.Dum insup cū boni sint:malum opantur/& opera
non bona bonæ naturæ:bonis uiribus & in bono cōfirmatis nō pñt fal
sis cōcordare. Maligni quoqꝫ spūs licet natura & proposito nō sint ueri/
uera tamen

uera tñ quandoq; responsa dedisse(apud non paucos rer gestarum scri ptores: & miracula bona fecisse ut promittunt)legimus. Veri ergo & isti aliqñ dici potuerũt. Q ñ ut præferunt faciunt: uel ut oñdunt aliquãdo futurũ/fieri cõtingit. Si a fine(quod philosophi in humanis opibus fie ri debere cõstituerũt)rem pẽsitauerimus: apparebit certo certius/bonos angelos nunq̃ a ueritate discedere. Non.n. qui alienã figurã accipit sem per fallit: uel falsus est: neq; oẽ figmentũ secũ retinet falsitatẽ. Sæpe prophetæ in sacris lr̃is uarias oñdere psonas: & non ueris enigmatibus/ueritatem locuti sunt: neq; tñ falsi dici potuerunt: qñ per sermonum rerũq; figmẽta ueritatẽ oñderunt. Ita sancti angeli humanã effigiẽ induentes/ueri rõnem non deserũt/qñ ut ueritatẽ ostendãt id faciunt. Illud figmẽtum falsum factorẽ reddit: quod qualis sit nunq̃ oñdit: immo ne agnoscatur/qualis sit factor ab eo figmentũ fabricatur. Sed qñ figmentũ pro re manifestãda cõteritur: & qui finxit quid egerit/& quis egerit manifestat: falsus dici nõ debet: qm̃ in fine ueros: uerarq; suo figmẽto maxime cõprobat᷑. Sic dñs Iesus ueritatis origo/finxit se longius ire: neq; in hoc falsus inuentus est. Finxit etiã se peregrinum: neq; mẽtitus est: qñ ĩ peregrini specie quis eẽt & suam rõnem manifestauit. Q ñ longioris itineris comento charitatẽ discipulorꝫ expertus: sui amoris apuit ueritatẽ. Et ut me intelligas si dñs Iesus peregrini formam nõ deposuisset: ut neq; illum resuscitatũ: neq; refocillatorẽ aĩarum in panis fractione cognouissent/uere falsus: &(qd᷑ abhorret calamus)mẽtiẽs dici potuisset. Sed rei exitus apuit ueritatem. Sic sancti angeli si se usq̃ homines oñderũt/qui essent: quibus se ostenderãt suo tpe indicauerunt. Abraam cum tres uidisset sua opinione uiros: ab illis audiuit angelos esse: & quo pergerẽt intellexit. Manue cum procerum iuuenem colloquentem uxori de Sansone filio generando mortalem existimaret: in cibi oblatione angelũ tãdẽ recognouit. Vterq; Thobias existimantes: Raphaelẽ hominem uiatorẽ: reuertente filio: pr̃ simul & filius dei angelũ agnouerunt. Sed & Maria mater dñi in humana effigie Gabrielẽ audiens: spũm illum excellentissimum eẽ intellexit. Non ergo falsi dici pñt his effectibus sancti angeli: p quos non nisi angelos in fine se esse demõstrant. Mortes & exercituũ uastationes quæ per angelos sacris in lr̃is cõtigisse narrant᷑: possem dicere p malos executas. Q uorꝫ.n.ẽ in ĩferno se ipsos & hoĩum aĩas cruciare(ut eorum ministerio cõmutatiua dei iustitia nõ sit uacua)Etiã eorũ debet esse hoĩes eadem iustitia decernẽte in hoc mũdo necare: & mala quæ hominibus ĩfligunt᷑ efficere: nõ est absurdũ asserere. Si tñ ptinaciter ĩsistas: bonos angelos ista cõficere: ne sim cõtẽtiosus: dicã ista: mala nõ eẽ cum

usta sint/Iusta aũt negari non pñt: quæ dei imperio uel ad uindictã iniquitatis: uel ad uirtutis exercitiũ fieri decernunt. Sũt quidẽ ista molesta
I tollerantibus: sed mala non sunt: nisi patiẽtes sua culpa hæc mala sibi faciant per impatientiã. Quæ ut bona essent a deo illis euenerunt. Adde ꝙ si mala molestaue sunt tollerãtibus: bona tñ sunt ad uniuersi rationẽ mensurata. Et sicut non malefacit qui brachiũ ferienti inimico/ut caput saluet opponit. Ita bonus angelus quẽpiam percutiẽs/ut decus uniuersi maneat: & dei decretum locũ habeat: malefecisse dici nõ põt. Leges nempe humanæ quæ ad temporaneam pacẽ cõditæ sunt: pœnam mortis male meritis statuerunt: nec icc irco bone esse desierũt/Legum præsides torqueri iubent & interfici. Præsidũ executores torquent: interficiunt: neqꝫ tñ male fecisse dicunt. Qm̃ per rei pœnam illi soli acerbam reip. pacem seruant. Ita per oĩa de sanctoꝝ angeloꝝ ministerio dixerim. Vnde nobis constet semp illos ueros eẽ & falsos esse nõ posse. Quia a prima ueritate stabiliti sunt: & penitus in ueritate cõfirmati. Contra maligni spiritus: si hominis effigiem induũt: semper hoĩes aut boni angeli (qđ non sunt) haberi uolũt. Ita apparendo semp falsi sunt: dũ nõ se in fine quales sint: uel cuius rei gratia aduenerint: manifestant: cõfingunt: prædicant uenisse ad bonum pagendum: uenerũt ad bonum subuertendũ. Et si qd boni operati sunt: malum inde exitum expetierunt. Itaqꝫ ex fine quẽ intenderunt & contexerunt falsi sunt. Mentiti sunt etiam uera prædicẽtes: qñ ideo uerum prædixerunt: ut in errorem falsitatemqꝫ deducerent uel detinerent iam deceptos quos subuertere conant: aut ut opprimerent iam
K submersos. Homines inter angelos & mundi sublunaris creaturas quasi medii cõstituti/habẽt cum terræ nascẽtibus uegetare: sentire cũ animãtibus: cum angelis mentẽ: cum bonis angelis motũ ad iustitiam: cũ malis ad cõmoda spreta iustitia se cõuertunt. Iuxta hæc oĩa non imerito ueri & falsi dici pñt. De uegetatiua & sensitiua hominũ ratiõe: iã per exempla dictum sit satis. Secundũ mẽtem modis innumeris: uiri ac mulieres
L a uiro discedunt: falso se contaminant. Iste timidus mentitur audaciam. Ille insanus mentitur prudentiam. Ille idiota mentitur doctrinã. Et (qđ est stultissimũ falsitatis genus) membranis ac bullis doctrinã sibi adesse credi confidit. Quid ita? A multis approbatũ est esse doctorem qui nesciuit: aut noluit esse discipulus. Sed non a multis ueris: falsi sunt qui approbauerunt: mentitiqꝫ sunt approbando. Non quia doctorem asserãt: doctum efficiunt. Res est doctrina quæ decretis uel assertiõibus dari nõ potest. Venditur quottidie doctoris nomen a nugatoribus: & auri plusquam ueritatis studiosis uenditoribus. Emunt stolidi: emunt inquam auro

auro inanem uocis sonum: & chirographum plenum somniis mēdacibus: procq signata cæra: uel plumbo/dant argentū aurūq signatum. Doctoris inq̄ nomen emūt stulti: falsi uendunt. Doctrina nō emitur: neqt pecunia compari: uigiliis/usu/solerti acquiritur studio. Redeamus unī discessimus/quo plura habet quis doctrinæ testimonia: quo magis idumentis apparatuq librorū doctrinam præfert: si nō uere habeat: magis est falsus: plus a uero discedit: quo pluribus uestigiis suam cōtegit ignorātiam. Alius hispida ueste: pallida facie: uoce cōposita: incessu miti: bonum se uirū ostendit: & tñ intrinsecus lupus est rapax/hic pessimus est/oīumq falsissimus. Vt. n. qui per archimiam mentit aurum: & fictos aureos nūmos de non auro conflat/grauius lædit remp. q̄ argentū/aliaue metalla arte cōtaminat & falsificat. Ita qm̄ uoluntas est in hoīe optimū: qm̄ secundū illam solā boni maliue hoīes dicendi sunt/qui mētiuntur bonū uirū. i. bonā in omnibus uoluntatem/pessimi sunt: eoq pnicīosiores quo studiosius & cautius illud faciunt. Sed nunquid occulta peccata mea: aut alioꝝ quæ noui/nō occultabo? & pro uiribus bonā opinionē de me: deq proximo seruabo? facies si sapies/nec iō falsus eris: q errores tuos nō detegas. Falsus est qui apparenti studet bonitati/existentē odit. Non est falsum argentū qd' aliquid æris habet admixtū. Sed quod æs cū sit impurū: purū apparet argentū. Ita si qs bonitati studeat: & ut uere bonus sit totis uiribus annitat: humana tñ fragilitate ex oī pte bonus semper eē non pōt/bonitatem præferendo/falsus dici non debet/habet enī bonā uoluntatē quæ bonū efficit uirū. At si quis cum sit sepulchrū/mortuorū ossibus plenū: fex criminum & sentina flagitiorū: soli apparentiæ & hoīum opinioni studēs/per ea quæ diximus bonus uideri nititur: uere falsus & oīum pditissimus: similis uere diabolo: qui malo semper studens: bono se inniti & bonum simulat suadere. Qui in ueritate nō stetit: quæ non in opinione hominū: non in oñsione: sed in rei natura consistit. Vt per ea quæ diximus plene liquet. Ita si secūdū mētem bonos angelos homines fuerint imitati: sicut illi in ueritate confirmati sunt: quia ueritati ab initio adhæserūt: Ita hoīes in uia. i. dum in fragili corpore uiuunt: ueritatem retinentes: illi penitus adhæreant: in uiæ extremo idest in mortis articulo confirmabuntur in illa. Si malos angelos & pessimos dæmones secuti fuerint: erunt falsi post hanc uitam in perpetuum. Sed quantis falsitatibus falsitas hominis uiam struat: quæ lingua dicere: uel quis intellectus capere sufficiat? Falsis attestationibus: falsis testamētis: falsis cuiuslibet generis publicis & priuatis litteris: quis causam dat? falsus & fallax hominū animus: scelestus commodi appetitus: amor sui:

M

N

Mechanicarũ itẽ artiũ falſa põdera:mẽſuras falſas quis machinatus eſt?
Falſus & fallax hoĩs aĩus lucra captans/plus cõmoda quærẽs q̃ iuſta.Fal
ſas monetas/falſa aromata/denicꝫ oĩum quæ manu fiunt falſitates/i pa
nis/in cæreis/in lignis/in terræ naſcentibus mixturas/ut rem aliã pro alia
uendat/Q uis machinatus eſt? Falſus hoĩs animus/auerſus a iuſto:con
uerſus ad cõmoda.Q uotus eſt/qui artis ſuæ regulas ſeruet? Q ui talia
uẽdat qualia præfert? Corrupti ſunt oẽs falſitatis ſtudio:& amore cõcu
piſcẽtiæ.Vt falſi eẽ deſineremus:uenit Ieſus in mundũ ut teſtimonium
phiberet ueritati.Audiamus eũ.Ego ad hoc natus ſum & ad hoc ueni in
mundũ ut teſtimoniũ phibeã ueritati.Eſt alia ueri rõ in cognoſcẽte repo
ſita:qñ.ſ.ita cognoſcit:Sicut res in ſe uera eſt.i.pro ſui natura &.ꝑprieta
P te ſe exhibet cognoſcibilẽ.Hæc ueritatis rõ a duabus quaſi radicibus in
unũ ſtipitẽ pulcherrimæ plãtæ cõſurgit. Prima radix eſt(quã diximus)
ueri nõ in re cognoſcẽda perſiſtẽs:ut.ſ.illa ſe talẽ exhibeat cognoſcendã
qualis eſt/ſecũdũ naturæ intimas & exteras.ꝑprietates.Alia ẽ ut itellectus
illã apprehẽdere ſufficiat:& in apphendẽdo nõ erret.Sæpe.n.cõtingit rẽ
ſe oñdere ſicuti eſt:& itellectũ illã nõ apprehẽdere ut oñdit᷑. Q uid ita?
Q m̃ noſter intellectus nihil intelligit dũ in hac fragili carne uerſamur:
Q niſi ſenſuũ adminiculo ſuffulciat᷑. Senſus aũt ſæpe fallunt᷑: non qdẽ ex
teriores ſi res ſe pñtet ſicuti eſt.Illi.n.aliter apprehẽdere nequũt/q̃ ſe offe
rant ipſa ſenſata.Si uero offerant᷑ res ſenſibus aliter q̃ ſint:adhuc exteri
or ſenſus minime decipit᷑:ſed interior.Hæc exẽplis apiamus.Si remum
extra aquã:aut aliam rẽ longã offeras oculis:ſentiet illã qualis ẽ. Si recta
eſt rectã iudicabit ſenſus ĩterior:curuã itẽ iudicabit/ſi curua fuerit.Si ue
ro in aqua præſertim mota & fluctu tumẽti eandẽ rem oñdas ut ps mer
ſa ſit:parſcꝫ ſupnatet extenſa(quaſi remi ad remigandũ mouentes mari
nas aquas)apparebit fracta/cõtorta.Si penitus hæc ſubmergat᷑/& aqua
ſit clara(ut uidere ſinat quæ merſa ſunt)apparet longe groſſior q̃ ſit. Si
aqua moueat᷑ apparent illa quæ merſa ſunt nutantia & uacillãtia: cũ tñ
maneant.Hoc loco oculus nõ fallitur.Q m̃ quod ad oculũ puenit:uel
ad quod oculus tẽdit/fractum eſt.Aqua.n.per quã uidet infrangitur:&
illã efficit in ſe ipſa fracti figurã quã oculus intuetur. Ita qm̃ craſſior eſt
aqua/craſſiorẽ figurã rei uidẽdæ cõponit:Q uoniã mouetur aqua:figu
ra rei uiſæ quæ in illa eſt uere mouetur:fluctuat atcꝫ nutat. Nõ igit᷑ errat
oculus:qui talem ſuſcipit uiſionẽ:qualem rei uiſæ ſpeciẽ efficit in ſe me
dium per quod uidet.Errat aũt ſenſus interior qui exiſtimat fracturam/
groſſitiẽ:motũ eẽ in ligno q eſt in aqua.Intellectus porro q ſenſus iterio
ris adminiculo itelligit:niſi caute aduertat:& ſepare didicerit:aberrabit.
Hinc

Hinc est q̃ nauigantibus pueris & mulieribus/urbes terræq; recedũt. Videnť inq̃ illis terræ raptissimæ moueri:quia nauis a uẽto aut a flumĩe rapitur uelocissime. Maturi aũt hoĩes/errorẽ apprehẽdentes p imaginationẽ falsã nõ decipiũť/aduertũt moueri nauẽ:terrã solide pmanere. Si cui colerica febre laborãti uinũ offeras q̃tũlibet dulce gustuiq; delectabile/illud iudicabit amarũ & ẽ uere amaꝝ qđ pcipit gustꝰ:quẽ colericus hũor (qui amarus est)p saliuã ita cõtaminat/ut uerã amaritudinẽ pro dulcore gustus inhauriat. Ita ille nõ fallitř/sed iterior sensus:qui amaritudinẽ iudicat eẽ in uino:quæ est in saliua per quã uinũ uenit ad gustũ. Q uaſi puerũ sic se hñtem de sapore uini iterroges:semp affirmabit uinũ amarum:neq; illi aliter psuadere poteris. Si uinũ sic affectũ moneas uinũ eẽ dulce:sed saliuã p colerã tollere saporẽ uerũ:facile credet amaritudinem nõ eẽ in uino:sed in se ipso. Existimo nũc satis apparere sensum exteriorẽ/circa ppria sensata nõ decipi:& nihilominus circa eadẽ interiorẽ sẽsũ errare q̃nq; cõponẽdo.s.quæ simul nõ sunt/aut sepando quæ iũcta pdurant. Hẽt post hæc itellectus:aut adhærere imaginatis:aut dissentire. Ad hærẽs affirmatiue enũciat. Dicit.n.hoc ẽ tale:puta remus est fractus/terra recedit:uinũ est amarũ:ne a ppositis digrediamur exẽplis. Resiliens orõnẽ efficit negatiuã/Dicit.n.hoc nõ ẽ tale/puta remus nõ ẽ fractus:terræ nõ abeũt:nõ mouenť:uinũ amarũ nõ est. Igiť si cõtingat itellectũ adhærerĩ falsæ imaginatiõi erit falsus. Nõ.n.ex nr̃o affirmãdi aut negãdi mõr sed ex eo q̃ res ẽ uel nõ ẽ/orõ dr̃ uera uel falsa. Ita si itellectus affirmauerit/hoc ẽ cũ illo/puta fracturã eẽ simul cũ remo:quæ cũ remo nõ est/sed cũ aqua:erit ppõ falsa. Si negauerit.i.si dixerit/remus nõ ẽ fractus.s.fractura nõ ẽ in remo:sed in aq̃ p exẽpla quæ diximus erit ppõ uera. Iã satis cõstat ueritatẽ:quã intellectus assequiť:a gemina radice cõsurgere:& primã eẽ/rem se recte oñdere:imaginationẽq; nõ fallere/secũdã eẽ itellectũ rẽ illã ut se hẽt accipe/imagĩatiõisq; uicio nõ decipi. Hæc cũ sic se hẽant/facile ẽ uidere nos hoĩes ĩ hac fragili carne purã rerũ ueritatẽ naturæ bñficio asseq nõ posse. Q .ñ nr̃i itellectus suo solo naturali uigore freti nihil itelligũt/nisi p sensus qui sola accidẽtia oñdere pñt:sbam reꝝ attingere nequeunt. Q đ.n.uides color est. Q uod audis:sonus. Q đ odoras: odor. Q đ gustas:sapor. Q đ tãgis supficies. Accidẽtia sũt hæc:nõ sba. Q uis uꝝum aliquo sẽsu dixerit se sbam pcepisse? Q uis inq̃ uꝝum sbæ rõnẽ sẽsu exptus ẽ? Autumamus illã potius q̃ itelligamus. Si sbam rei intellectu assequeremur:accidẽtia nos fallere nõ possẽt. Cur auꝝ existimamus cui p archimiã auri accidẽtia sunt sup ĩducta? Q uia sbæ auri rõnẽ nõ hẽmus:& substantiam rei alienis spẽbus palliatam non agnoscimus.

Hanc si cognosceremus/archimistæ nos nõ falleret. Si duas nuces: duo item oua/magnitudine/figura/colore non distantia manibus teneam: & nunc unum tibi ondam: nunc alium/cur nõ discernes quod prius oñ derim? Si illa successiue palpanda tradidero: & palpata simul iũxero: qđ prius palpaueris/cur dicere non poteris? Quia similitudo accidentium substãtiæ contegit uarietatẽ. Si sbam illoꝝ agnosceres: non te fugeret rñ

T dendi ratio. Illa.n. longe melius q̃ accidẽtia uarietatem indicaret. Nemo iam Socratem condemnet/q̃ dixerit se nihil scire. Corpus nempe quod est corruptibile/aggrauat animam: ut per solos sensus accedens ad intelligendum: ad rei substantiã dignoscendam nõ plene pueniat. Professus est Socrates se nihil scire. i. nullam ueritatem certe: plene/& ĩmediate/per ueras,ppriasq̃ causas & sciendi principia intelligere/a qua sententia non dissentit Ari. qui rerum scientias super oẽs tradidit. Confitetur & ipse rerum ultimas differẽtias esse nobis ignotas. Vltimæ autem differẽtiæ primæ & certissimæ sunt causæ sciendi/quia solidum rei cuiuslibet põdus/numerũ & mensuram oñdunt. Quorsum hæc? Vt intelligamus quantum ueritatis sit in nobis/dum sumus ĩ corpore. Nulla est ueritas quam plene sciamus. Immo neq̃ nos ipsos esse scimus plene. Id.n. si plene scire mus: põdus numerũ & mensurã illius plene teneremus. Quotus est q̃ suas uires bñ ponderauerit? Audemus oẽs nobis ĩparia: ideoq̃ succũbimus. Quis numerum armoniã atq̃ cõcentum corporis & aiæ (quibus homo uiget) intelligit? Quis organicaꝝ partium sui corpis melodiam nouit? Non tãtis morbis laboraremus/qa illam qualis est a natura instituta cõseruare studeremus. Sed quia illã nõ nouimus/iõ non multi existimamus. Ideo per crapulas/per intempantiam gustus/& tactus/somni & uigiliæ: motus & quietis: nos ipos uexare nõ formidamus. Quis mẽ suram suæ uitæ (quousq̃ inq̃ inter hoĩes futurus sit) scire unq̃ potuit? hoc si nobis cõstaret: receptui caneremus in tpe. Non nos decipet inanis multoꝝ annorũ opinio. Non inopinati & penitus improuidi occideremus. Stolide Pilate quæris quid sit ueritas: quã cape oĩno nõ potes. Melius quæsisses: quis sum? quod mihi pondus in uiribus? quem numerũ armonicũ uiriũ teneo? Quam mẽsurã habeo uitæ? Veritatem Socrates uere nescire ,pfessus est. Aristoteles plene sciri non posse aperte monstrauit. Tu quæris: quid est ueritas? Est qđ tu: quod oẽs simul hoĩes hic omnino capere non possunt. Videmus.n. nunc per speculum in enigmate imaginum sensatarũ. Tũc autem qñ carnea erimus mole alleuiati: uidebimus facie ad faciem rei uisæ. i. ad eius substantiam pro acumine intellectus statim sine medio phantasiæ penetrabimus.

De sciẽ-

De ſcientia angelorum.

Ed nunqd angeli & aíæ beatæ plene uidét totam ueritatem/ut
s Pauli uerba ſonare uidétur. Diximus (dum quid eſt ueritas ex-
planare ſumus aggreſſi) ueritaté í rebus oriri ex cócétu naturæ
& ꝓprietatum ad inuicé & utriſq; ſimul ad apparétiam. Dũ ſe res talé &
taliter exhibet agnoſcendam: qualé habet naturam ĩtus & extra. Omnia X
quæ hoc ſub lunari mundo claudunt̃ ſperis elementoꝝ circũuoluta: ip-
ſiſq; elementis cópaginata/certo certius eſt rotari cótinue: alterari. ſ. auge
ri: minui: per hæc circũferri: tandéq; deficere. Ipſa inſuper elementa licet
ſecundum ſe tota pmaneant: ſecundum ptes tñ deficere. Partem. ſ. terræ
aquam fieri: aquæ partem in aerem uerti: & aeré in igné cõmutari: rur-
ſus igné tráſire in aera: aera in aquá: aquam in terrã/nemo uere philoſo-
phus negauit unq̃. Hæc cũ ſic ſe héant/nequeunt ſublunaria: nequeunt
inq̃ elementa/elemétiſq; conſtantia ſe talia aliqñ offerre noſcéda: qualia
ſunt ſemp. Talia nanq; ſunt hodie/talia ſe mõſtrant/qualia cras nõ erũt.
Talia rurſus cras erunt & ſe ſine fuco monſtrabũt: qualia heri ac pridie:
& uaſta tpis profunditate antea nõ fuerunt. Intellectus itaq; angeloꝝ &
aíarum abſolutaꝝ a corpore/ueritaté de illis integre pmanétem/per illa
aſſequi non pñt. Quia illa nõ permanét. Si quam aſſecunt̃ illa eſt mo-
métanea: ut quod hodie certo ſciuit (Quid hodie dixi) qđ hoc momé
to certe ſciuit: poſt ictũ oculi ſcire deſinet/cum res ſcita mutata ſit. Hoc é
ꝙ ad pticularia deſcédétibus Plato ſilentiũ ipoſuit. Nimirũ qa dũ cogita
mus/ut loquamur: dũ loqmur cogitata: illa ptranſeũt: neq; manet eadé
ſanitas mane & ueſpere. Quare ſi de reꝝ pticulariũ ueritate loquamur:
neq; angeli: neq; aíæ corporis mole ſolutæ: uerũ aliqđ permanés per illa
de illis aſſecũntur: qa res ipſæ id oñdere de ſe minime ſufficiũt. Rurſus ſi
cœlos: & ſidera/angeli/aíæq; cõſiderét/nihil illis uelocius loco mutatur.
Hoꝝ licet ſba maneat: & nouæ ítriſecus q̃litates nõ accedát: neq; illis fi-
at q̃titatis acceſſus: hñt tñ ad noua loca reſpectus nouos: ut nunq̃ uno lo
co pdurãtia ítelligi uere poſſint: neq; ſe nũc: ut prius locata oñdere ſuffi-
ciũt. Quare neq; de iſtis ueꝝ hñt penitus plenũ: qđ oíno pmaneat: ſitq;
hauſtũ ab illis. Si rurſus ãgeli ãgelos & aías: illæ ãgelos & ſe ipas ítelligát: Y
ſũt utriq; ex aliq̃ ſui pte mutabiles. Fœlices náq; ſpś licet í imutabilé deũ
ítellectu ſp & uolũtate uno mõ ferant̃ (qm̃ & ille imutabilis é) qa tñ ipi
mutabiles ſũt & nũc unã creaturã: nũc aliã contéplant̃: ſe ipos totos nũq̃
ſimul aſpiciũt. Ita neq; oí mõ ueꝝ de ſe ipis: & de ſe iuicé p ſe ipſos tenét.
Sed nunqd beatoꝝ ſpũum mẽtes ſalté de ſuo creatore: ueritaté ítegram
aſſecũtur? Ille certe imutabilis eſt: ſtabiliſq; manens dat cuncta moueri. Z

Ille ueracissimus est: nõ se ostẽdit aliter q̃ sit: illi mole corporis nõ grauãtur: sensu nõ egent: aut fantasmate formati sunt ut intelligant: totis uiribus intelligere annitũtur. Hi igitur saltem de suo creatore plenã assequẽtur ueritatem. Creator oíum deus: infinitũ est oís pfectióis pelagus. Spiritus beati uascula sunt tantæ uastitati compata minutissima. Quemadmodũ ueges q̃uis ingẽtissima: oceani aquas cape nõ sufficit: neq; de illo q̃tumlibet plena aliqd ausisse dignoscitur: sed integer maneret oceanus: q̃uis igentẽ numerum magnaꝝ uegetum ide cõpleres: & semp plus est: & quasi ĩfinito plus aquæ ĩ magno oceano: q̃ uegetes numerosissimæ capere possint. Ita per oía q̃uis angeli & aíæ iustorũ de creatoris natura aliquid ĩtelligãt: quo plus ĩtellexerint: plus restare intelligẽt: qđ possit ĩtelligi. Quo plus de illo ĩtellexerint: propriã tenuitatẽ magis agnoscẽt. Si illos interroges an de suo creatore totam ĩtellexerint ueritatẽ: lætabũdi rñdebunt iuxta prophetã: nõ est qui scire possit uias eius: neq; qui requirat semitas eius: Sed qui scit uniuersa nouit illã. Arenam nanq; maris & pluuiæ guttas: dies sæculi qs dinumerauit? Et hæc tñ creata: & mũdi spacio cõcluduntur. Dñm regem creatorẽ cœli: fabricatoremq; terrarũ: si cœlũ cœliq; cœlorum nõ capiũt: maria: terræ: & quæ in illis sunt oía uix guttã uigoris eius cõtinẽt: quomodo nñi ĩtellectus angustiis cõtineri poterit? Maximũ qđ de creatore scimus: minimum est hoꝝ: quæ de eo ĩtelligere nõ sufficimus. Et hoc nobis est optimũ talem eẽ deum: ut de illo plenã ueritatẽ assequi nequeamus. Bonũ est nobis tantæ utcũq; possumus adhærere magnitudini: ac in illa & p illam eẽ fœlices. Habemus q̃tum sat est. Intelligimus q̃tum cape sufficimus. Amamus q̃tum possumus. Intelligere semp & amare desideramus: quia multũ de tanta ueritate & bonitate super eẽ certũ est: ad quã bonum est nobis peruenire nõ posse. Hæc si uera sunt: apparet sanctos angelos hñe quidem de creatore suo ueram notitiã. i. ueritatem nõ errori permixtam: nõ tñ hñe integram ueritatẽ & adæquatam rei cognitæ: adæquatã tñ uiribus cognoscentiũ: ut. s. tãtum
A intelligãt q̃tum capere sufficiũt: sed nõ q̃tum ille se põt oñdere. Hoc soli deo (nolo dicere datũ est) sed cõuenit ex natura/ & a se habet ut se totũ intelligat: & alia oía a se ipo/ in se ipso/ & per se ipsum ĩtelligat. Ita qm̃ immutabilis est: omniũ mutabilitatẽ immutabiliter nouit. Quia nõ p res mutabiles/ sed per suã naturam pmanẽtem in æternũ illa discernit. Sãcti insup angeli & aíæ beatæ si quam notitiã certã/ & immutabilẽ de rebus mutabilibus assequãtur: nõ ab ipsis rebus: quæ id præstare nõ pñt: sed a
B deo creatore suo/ illis p se ipm hæc oñdente/ acquirere dignoscũtur. Nemo me hoc loco existimet oẽm sciẽtiam ꝓrsus euertere. Dico de particu

laribus creaturis queuis creatū intellectū nil perpetuū.i.pmanens & solidum scire posse. Scientiā porro quā de uniuersalibus hr̄e se credunt homines: an sit penitus uera ipsi uiderint qui se scire cōfidunt. Constat Aristoteli in uniuersalibus multas latere æquiuocatiōes. Constat æquiuoca certe sciri nō posse: nisi æquiuocatio.i.ambiguitas tollatur a medio. Cōstat hāc nō tolli: nisi ambigua generū per differētias spērum seriatim habitas manifestētur. Quotus est qui specierū specialissimaꝝ nouerit differētias? Sed & in ipsis spēbus ambiguitates claudi qs uere philosophus nesciat? Non oēs equi: nō oēs canes uno mō se hn̄t: distāt hoies ad inuicem: nec tm̄ morū/opinionū/artium uarietate: sed intelligēdi sentiendi & uegetādi uirtute. Vt difficillimū & penitus sit ipossibile hæc aïo cōplecti. Ista sagaciter examinās Ari. cū de uera sciēdi ratiōe artē tradere aggressus est: nō dixit scimus: sed scire opinamur unūquodq̧ simpliciter & nō sophistico mō qđ est sine accidens/cū cās arbitramur cognoscere. Nō dixit cū causas cognoscimus: sed cognoscere arbitramur. Vidit nempe litteratissimus hō/& sciendi studio exercitatissimus (quod alibi professus ē) causas ꝓprias rerum & īmediatas latere nos: causas cōes atq̧ remotas posse decipere. Ita ubi errorē cōiectauit incidere posse: nō nisi opinionem & quasi arbitramentū haberi cōstituit: ne si plus auderet: mendacii manifesti argueretur aliqn̄. Cur quæso nullam hēmus scientiā præter duas mathematicas/arismetricam inq̄ & geometriā: cuius professores unā uiam teneant? nisi quia nulla certa est: oēs incertæ. Res qdem hn̄t in se suā ueritatem: sed illam hoīum ītellectus creati cape ab eis nō plene sufficiunt. A prima ueritate melius hanc assecunt? Qui dicūt æternas spēs: & mundum eē creatū: nescio quid loquant? nisi species dicāt rōnes æternæ sapientiæ: secundū quas creaturæ ab initio sunt formatæ: hæ porro in deo solo cōsistūt. Ita si uoluerimus de spēbus assequi ueritatē pmanentē & sempiternā/ horū testimonio a deo solo illā hr̄e poterimus: in quo solo sunt spēs æternæ/solidæ & pmanentes. Si uero quis mundū dixerit icreatum: & spēs mundo statuat coæternas/existimo se ipm̄ nō itelligat. Plato mūdum æternū intelligere potuit: increatū non potuit. Discordat nanq̧ rerum unū non eē principiū: & res ordinē seruare inuiolabilē. Ita qm̄ infinita iuxta hos serie sæculoꝝ/determinata rōne moti sūt cœli/& reꝝ causæ cōmunes fœdera seruant: mūdi ordinē saluare nō pn̄t: qui illū increatum dicūt. Hūc porro ordinē ab uno incipe: per unū moderari: in unū tēdere necesse est: & hunc eē oīum primū/qui negat insanit. Ita mundus nō erit penitus increatus: quia cœpit ab uno per unū durat: in unū pgit. Has igitur spēs reꝝ æternas si mūdus sit æternus & creatus ut platonicis

uisum est (si quid sunt) ubi manere cōstituant non hēbunt: nisi illas in creatoris sapiētissima arte reponāt: per quam spēm hñt uniuersa. Q uid enim aliud eē pōt spēs hominis. i. tēperies pōderis numeri/& mensuræ qbus hoīes sumus/q̄ exemplar: & q̄si linea gnomica/ad quā dei sapiētia hoīem formare cōstituit & formauit? Q uæ in creatore formata nō est: sed est penitus increata? Q uod. n. factū est in uniuerso mūdo/in omni creatura: in ipso principio oīum conditore: uita erat: quæ facit: uita erat: qua uiuūt oīa & opantur: & hæc uita erat lux hoīum: immo & lux angelorum: lux oīum mentis oculos hñtium. Sicut. n. per lucē corporeā uident oēs corporis oculi (ut diximus a principio) Ita per īcorporeā lucē per ueritatē primam lumē uerū in quo splendēt oēs species: uident oēs mētes solidā ueritatem: quā ueritatē res ipsæ nō solidā in se ipsis tenent: sed fluxam atq; mutabilē. Existimo ubi sit origo ueritatis: satis eē mōstratū. Et quid uere & cōsumate ueritas sit: iā apte uideri posse. Si declarauero qđ ultio dixi: creata. s. oīa in se ipsis fluxam: in prima cā solidā hr̄e ueritatē.

E Et pfecto quonā modo res in alio melius sit q̄ in se ipsa: non satis apparet itelligibile. Monstremus igit̄ exēplis hanc sn̄īam uerā eē. Imago cæræ īpressa: nonne solidius est in bulla īprimēte q̄ in cæra? Hic fluxa est: qm̄ cæra res est quæ cedit & diu manere nō pōt: liquescit calido: frigido siccatur: tandemq; confrangitur. Illic pdurat: qm̄ bulla ferrea est: ideoq; resistit: & sicut una bulla ferro aliaue solida sba formata: multas efficit imagines: & cū sit una sibiq; nō dissimilis: singulas tn̄ a se inuicē differentes: & in aliquo deficiētes format. Ita ab una spē rei quā in se retinet infinita dei sapiētia: multæ res quasi multæ in cæra figuræ pcedunt: quæ pro materiæ instabilitate: in se ipsis stabiles nō sunt: in deo aūt mutabiles eē nō psit. Addam adhuc aliud exemplū: unī ueritatis originē & naturam: spero pro his quæ diximus: apte licebit intueri. Edo nunc librū: quē ut multis impartiar/impressoribus nouis & ætate mea natis describendorū librorum artificibus/imprimendū tradā. Librū hūc meū/omni quo possū studio examino: lr̄as singulas sigillatim ipse discutio: comis & piodis distiguo sn̄īas: nihil obmitto qđ ad libri & sententiarum eius ueros sensus accipiēdos attineat. Impressor librū a me accipit exactissime castigatū: & in nullo penitus deficiētē. Componit ille iuxta libri tenorē lr̄arum caracteres in syllabas: digerit syllabas in dictiōes: dictiōes extēdit in sn̄īas. Hæc oīa per lr̄as & columnas pro libri forma disponit & paginā perficit. Imprimit illā cartis. Sic ex primo exēplari meo uno tm̄/multos ille libros format. Formatæ lr̄æ & ab artifice cartis impressæ/suū essendi modū habēt a lr̄arum bullis/quas impssor cōpaginauit. Q uarum rectitudo & cōcinnitas

pfectius

perfectius & solidius cōtinetur in bullis q̄ in cartis. Nunq̄.n.ita bene per oīa imprimitur cartis: ut in singulis paginis nō sit aliqua menda: aliqua lrā non bene impressa. Et tñ bullæ ad imprimendū in ordine positæ lrās plenas cōtinēt singulæ suā. Veritas igitur impressæ paginæ quæ nascitur ex bullis: pfectius in bullis q̄ in carta cōtinetur. Adhuc bullæ ipsæ ab impressore in paginā conformatæ: nō ita solidæ continent ueritatē: sicut libri pagina: secundū cuius exemplar inuicem sunt coaptatæ. Nunq̄.n.aut rarissimæ ita exactæ ab impressoribus rediguntur in ordinē: sicut illas bñ castigatū exemplar cōtinet & demōstrat. Vtinā hic a ueritate deficerem. Tot.n.táq̄ mēdosos libros nō haberemus impressos. Veritas igit̃ quā hñt bullæ ad imprimēdum cōpaginatæ: pfectius in exemplari continet̃ q̄ in bullis. Falsitatē si quam hñt caracteres impressi ab imprimētibus habent figuris: illæ a cōponentiū imprimentiūq̄ negligētia falsæ sunt. Ab exemplari (si emendatū sit) nihil hñt falsi. Exemplar ipsam ueritatē hēt a mente dictante sn̄ias: quas scripto digessit in librū. Adhuc pfectior est libri ueritas in mente auctoris: quam in libro quē scripsit. Vacillat enim aliqñ manus. Calamus quoq̄ interdū deficit ab intentione scribētis: ut nonnunq̄ melius certiusq̄ mente cōcipiat: q̄ lrīs tradere possit. Hæc exēplari libri ueritas: uitā non habet nec hr̄e pōt: sic & oēs aliæ ab illa deriuatæ. In auctore qui sua meditata: & inuenta primo conscripsit: uiget uiua sententia oīum ueritatum quas redegit in librū. Quod igitur in exēplari: quod in bullis ad imprimendū dispositis: quod in cartis īpressis factū est: non est uiuum: & est diminutū: In auctore primo uiuū est integrū: & menda nō læsum. Ita eoꝝ ueritas perfectius est in mēte scriptoris: q̄ in lrīs qūolibet scriptis. Satis iā liquet ueritatē rei factæ p artē: in mēte artificis plenius q̄ re ipsa cōtineri: si mō artifex rōnē artis: sit penitus assecutus. Deus creator oīum reꝝ: quasi artifex sapiētissimus: librīq̄ cōscriptor sciētissimus: hūc mūdū q̄si libꝝ edidit. Est certe hic mūdus liber scriptus intus & foris. Intus scriptæ sūt itelligētiæ: angeli & hoīum aīæ. Foris scripta ē uniuersa natura corporea. Illæ scriptoris sapiētiā manifeste loquūtur: qñ & ipsæ sapiunt: deumq̄ certa rōne dignoscūt: & colūt. Quare angeli & hoīes ad imaginē dei esse formati: & eius imaginē continere dicuntur. Sicut ea quæ intus scribunt̃ in libro: imaginationes scriptoris loquuntur: neq̄ tñ plene imagines sunt: Deficiunt.n.a natura uigoreq̄ scriptoris. Mente carentia libro quē adduximus ex Apocalypsi Ioānis scripta sunt foris: qñ dei scribentis sapientiā non agnoscunt nō attingunt: non oñdunt ab intimis: se tm̄ ad extra motorem moderatorēq̄ testant̃. Veritas igitur oīum creaturarū in illis ipsis creaturis diminuta est. Qñ nō ita F

plene cõtinetur ab illis sicut a creatore. Itaq; si quæras quid est integra ue
G ritas/creatũ aliqd id esse rñdere non potero. Q̃ m aliunde creata oĩa ueri
rõnem accipiũt: sicut liber a mẽte. Neq; creatũ aliqd dare potero penitus
uerum. Non. n. in eo tã integra est ueritas eius/sicut est in mẽte creantis.
H Quid est igitur ueritas? Est ratio increata æternæ sapiẽtiæ/ĩmutabiliter:
sine defectu cõtinens oĩa: per quam deus intelligit & uult se ipsum: secũ
dum quã oẽm creaturã constituit & cõseruat. Cuius imitatiõe creaturæ
sunt ueræ. A cuius defectiõe sunt falsæ: quam nulla creatura totã capere
põt: quæ in nullo & nusq̃ est tota: nisi in se ipsa: quæ singulis creaturis ẽ:
est distributa per ptes: penitus permanẽs indiuisa: secũdũ se ipsam ubiq;
tota. Sicut. n. imaginationes: & cogitata mea a me nõ discedunt: & tamẽ
sunt in exemplari: Sicut exempla a primo exẽplari sumpta nõ deserunt
a sapientũ cogitatibus: qui libros ediderunt: & tñ hæc ipsa cogitata quæ
tam multis repiuntur in libris a primo exẽplari sumptis: unã primi exẽ
plaris ueritatẽ nõ diuidunt. Ita æternæ sapiẽtiæ ratio: oĩa cõtinẽs: oĩa mẽ
surans: oĩa perficiens: sine sui diminutione se distribuit in creaturas: & a
se ipsa nullatenus sepatur: neq; in creaturis diuiditur: licet illæ ab inuicẽ
diuisæ permaneant. Et de ueritatis rõne dicta hæc sint. Quæ si rõni pas
sionis Christi nõ erunt accomodata: nemo quæso ĩde me calumnietur.
Rogatus ut ĩterroganti Pilato quid est ueritas rñderem: silere nõ debui:
neq; paucioribus uerbis rñdere potui. Veniã euagatiõis a benignis lecto
ribus & ueritatis amicis spo me ĩpetratuꝝ. Sæuiores meminisse cõueniet
q; iã antea extra cãm dicturũ me ista p̃fatus sũ: dũ Pilatus foras egredit̃.

Secunda Pilati de Iesu sententia liberatoria.

n Vnc quid ille regressus in prætorium finito examine: ad Iesu iu
stificationẽ dicat: audiamus. Ecce adduco eũ uobis foras ut co
gnoscatis quia nullã inuenio in eo cãm. O Iudei examinaui ho
I minem quẽ in prætorium examinandũ adduxistis: ut de criminibus læ
sæ maiestatis cõuictum damnarẽ ad mortẽ. Ego cum oẽm industriã ad
hibuerim examinãdo: nullã in eo cãm inuenio: ꝓpter quã morti debeat
adiudicari. Et profectò si prætorium meũ fuissetis ĩgressi: in illo causam
nullam uestræ accusatiõis: uro examine uerã inuenissetis. Sed quia præ
torium nõ estis ingressi: ne forte a me parum exacte examinatum illum
K fuisse putetis. Adduco eum uobis. i. per uos examinandum foras præto
rium. Quia id ingredi non uultis: dispenso uobis: facultatem dans exa
minandi reum. Dispenso etiam de loco. Rei examinantur in prætorio:
præside pro tribunali sedente: adduco eum foras: examinari a uobis per
mitto extra prætoriũ: ut cognoscatis uestro examĩe: ut cognoscatis expe
rientia

rientia teste: non tantum mea relatione: quia nullam causam unde puniendus sit inuenio diligenter inquirens: in eo: in eius uita: in eius moribus: in eius operibus. Lucas.

Iterata accusatio Iesu a pontificibus corã Pilato.

a T illi inualescebant dicẽtes: cõmouit populum per uniuersam iudeam incipiens a Galilea usq; huc. At illi furore feruidi: & nihilominus astuta malitia pleni quia sciebant præsidẽ uerũ dicere: & sui ipsorum examine cõuinci non dubitabãt: examinare respuẽtes: ne cogantur liberare: quẽ opprimere student: inualescebãt psistẽtes in accusatoris offõ: & ne iudices fierent: uno noĩe accusatiões tres illas simul inculcabant: dicẽtes: Cõmouit populũ per uniuersam iudeã. Verum est q nunc dicitis: si mõ id recte itelligi uultis. Cõmouit certe populũ ad errorum pœnitentiã: cõmouit populum ab impietate ad pietatẽ: a crudelitate & odio ad mutuã charitatẽ. Commouit aũt sancta doctrina: sanctis operibus: miraculis innumeris. Cõmouit uero a Galilea: qđ nomẽ trãsmigrationẽ sonat: usq; huc. Cõmouit ut trãsmigrare faciat ab erroribus impietatũ: ad uiam pacis. Sed non cõmouit ut falso intelligi uultis: non cõmouit per seditiões: per rebelliones: & auariciã retinendi census Cæsari debitos: nõ cõmouit ut se regem faciat per arrogãtiã & ambitionem: cõmouit per deuotionẽ. Pilatus igitur qui hanc iudeoꝝ astutiam & impudentẽ proteruiã accusandi studio inualescẽdi urbanitate qua illos de accusatoribus iudices eẽ inuitauerat: retundere nõ potuit: per astutiã & ipse se uolens ab eorũ importunitate liberare: & uxoris nuncio satisfacere: seq; a periculis & malis per somnium uxori imminere monstratis eximere Iesum alteri iudici remittere machinatus est. T

Tertia Pilati de Iesu sententia remissoria.



AVDIEns itaq; Galileã: interrogauit si galileus esset. Et ut cognouit q de Herodis potestate esset: remisit eum ad Herodem qui & ipse Hierosolimis erat illis diebus. Volui uos iudices cõstituere: renuistis. Gessi me iudicem: nõ acquieuistis iustæ sentẽtiæ. Fortasse non ab re dicto meo stare noluistis. Tuli.n. sententiã contra reum meæ iurisdicioni nõ subditũ. Melius erit suum adire iudicẽ: qui uobis satisfaciat. Hic quẽ accusatis galileus est: & nunc Herodes illi prouinciæ psidens est in Hierusalem: ne de me: de uobis cõqueri possit: remitto Herodi de suo hoĩe

iudicium. Ita se existimauit exoneratum iri/hoc de iudicio. Lucas.

Distributio quinti examinis/qui pro numero iudicum tertius uenit.

Erodes auté uiso Iesu gauisus est ualde. Erat.n.ex multo tpe cu
h piés uidere eum: eo q audisset multa de eo: & sperabat aliqd si
gnum uidere ab eo fieri. Interrogabat aūt eum multis sermoni
bus. At ipse nihil illi rñdebat. Stabant aūt principes sacerdotū constāter accusantes. Spreuit aūt illum Herodes/cum exercitu suo: & illusit indutum ueste alba: & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nā antea inimici erant ad inuicē. Continet hoc examē/ Iudicis lætitiam curiosam: Interrogationes eius extra cām. Taciturnitatē Christi: Pontificū accusationes: Iesum a iudice cōtemptū & derisum. Tādemq ad Pilatū remissiōe cōcludit. Sigillatim nūc singula declaremus. Substinete igit hic ad ista intelligendū & uigilate mecū dū illa declaro.

Erodes aūt nō q occidit pueros: qui inq magos i Bethleem mi
h sit. Hic.n.filius fuit Antipatri idumei ꝓcuratoris regni iudeo
V rum pōtifice Hyrcano. Ille nanq primus Herodes regnauit in iudea: mortuusq narrat in euangelio anteq Christus duodecimū ætatis annum ageret: Reliquit ex se filiū Archelaum & eū post necatū Antipatrum/regē testamento designauit. Reliquit etiā Antipam/quē tetrarchā īstituit Galileæ: & his post mortē pris firmatus in tetrarchia ab Octauiano Herodes noiatus ē. Herodes igitur prioris Herodis filius uiso Iesu
X gauisus est ualde: sed nō sane. Gauisus est fastu & iactantia sui principatus: q remitteret ad eū præses Romanus reos suæ iurisdictionis: & illos non auderet punire uel absoluere: præsertim q remitteret talē reum: ad quem capiendum una cohors Romanoꝝ militū illustriū sane & bellacissimorū arma sumpserat: Cuius retinēdi grā: prīcipes sacerdotum scribæ & pharisei: suos ministros per totā noctem uigilare fecerāt: & ipsi ex magna parte uigilauerāt. Quē illi ipsi summi sacerdotes: scribæ: pharisei: & populi seniores: tanti & tales uiri corā Pilato accusauerāt: & ad accusandum coram se ipso uenerant. Existimans ergo pro sua uirtute & potestate Herodes se tali reo: talibusq accusatoribus iudicē datū: & a tāto uiro romano præside se habitū idoneū ad iudicandū quasi plus iurisdictiōis haberet: aut plus industriæ inter tales actores & talem reū adiudicandū haberet q̄ Romanus præses. Gauisus est ualde: stolide existimans se tanti fieri merito uel industria. Cum tñ iudex factus esset Pilati cautela. Gauisus est etiam per ambitionē curiosam. Quia satisfactū erat suo curioso desiderio: Erat.n.cupiēs ex multo tēpore uidere Iesum: eo q audiuerat multa de illo: quæ nō credebat: & an uera essent: nō ut se emēdaret:

sed ut

sed ut inani curiositati satisfaceret: scire ab eo desiderabat. Spabat aliqd signum uidere fieri: nō discere uolēs: ut bonus fieret: sed nouitate opis oblectari. Interrogabat aūt eum multis sermonibus. Existimo q ad cām non faciebant: ideo ipse Iesus nil illi rūdebat. Fortasse interrogauit qūo in cana Galileæ uocatus ad nuptias aquā uertisset in uinū. Quo super mare Galileæ siccis pedibus ambulasset. Cur legionē dæmonū misisset in porcos. Quid de porcis illis actū eēt. An bis de modico pane tm̄ numerum hoīum saciasset. Quo ductus ad mōtis superciliū ut daretur in præceps. Nusq̄ præter oium opinionē comparens: per medium præcipitare eum uolentiū trāsisset illæsus. Quo nuperrime cū illū lapidare uellent iudei: abscōdisset se: & securus de templo exiuisset. Tāta hominum multitudine delusa. Aliquid hoꝝ pro sua temporanea salute doceri forte postulabat. Aut saltē uidere illū simile aliquid faciētem quærebat. Nō mirū si talibus sermōibus Iesus nō rūdebat. Nihil. n. responsione dignū ab illo quærebat: qui uentosæ curiositati: & momentaneis: aut uolantibus utilitatibus studēs: interrogabat. Princeps aūt sacerdotum & scribæ: qm̄ tempus inutiliter elabi uidebant: & uerebātur ne forte Christus: aut rūdendo: aut opando: se Herodi gratificaret: stabāt. Infœlices qui amabant primos accubitus in cœnis: & primas cathedras in sinagogis: & uocari ab oībus hoībus rabbi: Qui pro offō sedere iter primos sunt soliti: per inuidiā & iracundiæ rabiem: sui ipsorum obliti/stabāt quasi mediæ sortis hoīes: accusatores facti: corā nepote idumæi Antipatri/paulo ante ꝓcuratoris Hyrcani iudeoꝝ pontificis. Habet certe inter cætera mala inuidia hoc pessimū: ut sibi ipsi inuidus ardenter & libēs detrahat/mō inuiso speret eē damnosus. Stabant accusantes eū cōstanter. i. perseuerāter & impudēter. Non. n. cessabant uociferari/ne Iesus Herodi posset rūdere: uel ne rūdens audiret: pseuerāter illi impudētissimeq; clamabant/accusationes cōtexētes somniatas. Ita Herodes hos incessanter clamare accusando pspiciens/& Iesum semper tacentē contuēs/quasi pusillanimē/& horrisonis uocibus præ timore stupidum existimauit/q cū posset euadere fauore iudicis/uti oblata occasione nesciret. Spreuit ergo eū cū exercitu suo. i. cū multitudine qua stipatus erat: tanta quæ ad exercitum sufficeret. Vel cū exercitu suo. i. cū exercitus sui principibus/illic astantibus. Venerat. n. in Hierusalem ad diē festū. Et quia non satis erat Pilato pacatus: & magnā populi affluentiam sciebat frequētare festiuitatem: duxerat secum armatoꝝ ingentem manum: quā circa se stare iussit cum uidit ad se tantam multitudinē uenire iudeoꝝ & sibi non amicoꝝ. Præsertim uero cū uidit pontifices regnare solitos: & phariseos quos sanctitatis opi

Y Z A B C

nióe nouerat in populo oïa posse. Ergo cum exercitu suo/quem uel pro sui tutela: uel ad iudicii festum armauerat/qm̃ & Pilatũ cohortẽ militũ armasse cognouerat/Spreuit eũ & illusit non impie fatigando: sicut fece
D rãt ministri põtificũ: sed urbane iocando/Indutum ueste alba: qua inter Romanos utebantur ad publica officia designari postulantes. Quasi & dñs Iesus per suffragia populi: pro innocẽtia quam alba præferunt uestimenta regnum quæreret. Rem ea ætate sane ridiculã. Q̃ñ nõ suffragiis
E populi iudeo℞: sed impiis Romano℞ magistratus condonabãtur. Et remisit illum ad Pilatũ. Et facti sũt amici Herodes & Pilatus: Nam antea fuerant inimici. Venit dñs Iesus Christus nunciare pacẽ hominibus bonæ uolũtatis. Vis scire q̃ efficaciter hoc adimpleuerit? Per eius dolores & pœnas: per eius derisus & ĩproperia/Herodes & Pilatus amici facti sunt. Gratificatus est Herodi Pilatus: mittẽdo illi suæ iurisdictionis reũ. Gratificatus est Pilato Herodes illũ remittẽdo ad Pilatum. Vñ hic quasi iurisdictionem suam cedens beniuolentiam promeruit. Ille quasi non attingens alienam recõciliationem est assecutus.

Prophetia de sententiis remissoriis & accusatorum iniquitate.

F P Ræuiderat ista ꝓpheta qui dixit in psalmis. Saluum me fac dñe qm̃ defecit sanctus. Saluũ inq̃ fac me in sancto ꝓposito patientiæ: fac me pro tuo decreto ptingere ad mortem crucis. Sed quare id postulas bone Iesu? Quoniam defecit sanctus/Iudex. s. & minister iustitiæ: Pilatus cognoscens innocẽtiam meã cũ de ea monitus ab uxore fuisset: defecit a proposito cõtra me iudicãdi. Defecit Herodes tetrarcha sanctus & ipse pro offõ quod gerit/uolens officio liberatoris in me fungi. Q̃m̃ diminutæ sũt ueritates a filiis hoïum. Interrogauit me Pilatus: quid est ueritas. Secutus est nugas & fallaces astutias/ut p spẽm deferẽdi honorem Herodi me liberaret. Herodes insup qui de faciẽtibus ad causam/ut dãnaret uel absolueret quærere debuisset curioso studio temporaneæ oblectatiõis inutilia quæsiuit. Ita quoniã diminutæ sunt ueritates a Pilato studente tergiuersatiõibus: & ab Herode studẽte curiositatibus atq̧ a iudeis studẽtibus falsis criminibus saluũ me fac in tuo decreto. Vana locuti sunt unusquisq̧ ad ꝓximũ suũ: labia dolosa in corde & corde locuti sunt. Vnusquisq̧ ho℞ trium: & imprimis Pilatus iudex locutus ẽ uana ad ꝓximum suũ Herodẽ: ꝓximum gubernãdi offõ/dum ille Galileam: iste Hierosolimã prouinciam: ambo iudeã gubernarent. Locutus est inq̃ Pilatus Herodi uana. Q̃ñ per spẽm honoris remittit ad eũ me iudicandũ. Cum in ueritate nõ pro honore præstando/sed pro onere deponendo id faciat. Herodes quoq̧ locutus est ad Pilatũ uana. Quãdo Iesum

Iesum remisit Pilato/quasi iam habenti iurisdictionem in reo:pro loco capturæ/ꝓ iure ciuitatis:quæ omnibus iudeis quasi metropolis erat. Cũ in ueritate actores reumq̧ cõtemneret:& iudex esse non dignaretur. Locuti sunt uana iudei Pilato & Herodi uanas accusationes & ueritate penitus uacuas. Ita unusquisq̧ istorum ad proximũ suum/locuti sunt uana. Omnes asserentes aliud:aliud intendentes longe diuersum. Disperdat dominus uniuersa labia dolosa/iudeorum imprimis accusantium. Disperdat inq̃ ut deponant dolum & nequitiam põtifices scribæ & pharisei:& per pœnitentiam loquãtur ueritatem. Disperdat dolosa labia Pilati per astutias Iesum non pro ueritate liberare conantis. Vt postquã inique iudicauerit:per uanum timorem deponat illum:& accipiat solidũ: deponat seruilem/& accipiat filialem:Et linguam magniloquam : Herodis se magnificantis : & spernentis salutis auctorem:linguam inaniter & curiose interrogantis/disperdat etiam dominus. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus. Dixit hoc Pilatus magnificans se de astuto consilio:quo eximi sperauit ab onere iudicandi. Linguam nostram magnificabimus quãdo Romanus præses eum remittet Herodi: ut agnoscat modestiã nostram. Linguã nostram magnificabimus: Qñ uerba magnifica/restituẽdo illi hoĩem suũ accumulabimus. Dixerũt iudei linguam nr̃am magnificabimus/impudenter confingendo magna crimina:quæ magna uoce expõemus. Dixit Herodes. Linguã nostram magnificabimus. Quãdo se magnificatum existimauit a Pilato mittẽte/a iudeis adducentibus:& iudicari ab illo poscentibus. Linguã nostrã magnificabimus:dixit Herodes & eius exercitus:Qñ magnũ aliquod signũ/quod uiderimus loquemur aliqñ his qui uidere non potuerũt:labia nostra a nobis sunt. Dixit Pilatus:Præsidis fungor offõ:potestatem habeo crucifigere te:& ꝓtãtem habeo dimittere te:Mihi nemo præsidet in ciuitate. Dicũt iudei sumus põtifices:supiorem in nostro offõ nõ hñtes:Sumus scribæ:scia legis præcellẽtes. Sumus pharisei hoĩum opiniõe præstãtissimi. Sumus populi seniores qui corã quocũq̧ iudice loq̧ possumus ex offõ. Dixit Herodes. Sum Herodes tetrarcha. Tm̃ mihi tribuitur/ut præses Romanus/de meæ iurisdictionis hoĩbus/iudicare non audeat. Põtifices scribæ & pharisei iudicium meũ extra iurisdictionẽ meã/in eorum metropoli subire cogũtur. Dicunt ergo hi hoĩes. Labia nostra a nobis sunt. Non loqmur iussi:sed nostra uoluntate. Labia nostra a nobis sunt:Verum dicitis si ad quid addideritis. Sunt ad loquendũ uersuta Pilato:iniqua iudeis:stolida Herodi. Vere ad hæc sunt a uobis:a deo sunt : ut loquamini simplicia:pia:solida. Quis noster dominus est. G

&

Nemo tacendi uel loquendi nobis legem imponere potest. Quis noster dominus est? Est ne hæc iudeorum caterua: dominus meus dicit Pilatus: ut propterea indebite condemnem illum pro cuius pœna tot mala passurus sum/quot per somnium uidit uxor mea? Mihi nocere posset hominis huius interitus: cuius salus prodesse potest. Remittam igit illū alio iudici pro mea libertate. Quis noster dominus est id facere prohibens? Dicunt pōtifices scribæ & pharisei. Est ne hic nazarenus dominus noster: ut substinere debeamus tam apertas redargutiōes ab eo? Vera sit hic figura Ioseph? Nunquid rex noster eris: aut subiiciemur ditiōi tuæ? Quis noster dominus est? Hic ne Iesus Fabri & Mariæ filius natus in præsepio? Somniator est. Venite occidamus eum: & uideamus quid illi prosint somnia sua. Herodes quoq; quia quod desiderabat assequi non potuerat a domino Iesu Christo: illum spernens: iudeos fastidio habēs: Pilato par referre uolens: dicit. Quis noster dominus est? Est ne hic Iesus ille quem pater meus Herodes primus huius nominis in iudeorum terra tenens principatum: & rex Hierusalem timuit ne illi regnū auferret? En qualem timuit? Quis noster dominus habitus est opinione paterna? Quis noster dominus est? Hi ne improbi pontifices: scribæ & pharisei? En q̄ importunæ aures nostras obtundunt. Misellum illum suis uerbis stupidum effecerunt: ut loqui non possit: & si loquatur audiri nequeat. Sunt impedimento ne assequar quod affecto. Videre scilicet signum aliquod ab eo fieri. Cur pro tam improbis & importunis hominibus iudicandi onus subibo? Sunt ne ipsi mihi domini? Quis noster dominus est? qui superiorem hac in regione non habeo? Cum Romanus præses hodie professus sit me libere dn̄ari: a quo si talis existimor:
H qualis ille obsequio protestatur. Quis noster dominus est: ut prohibeat uices non repēdi? Remittam ad illum reum & accusatores. Nolo istis morem gerere. Illi nolo debere. Hunc Iesum nolo uideri timuisse. Si eū occidero metuisse uidebor ne me tetrarchia mēdicus spoliaret. Si dimittam nolo uideri fecisse ad gratiam. Cum alia quædam ad rem hanc faciē
I tia profundius intuenti propheta dixisset concludit aperte. In circuitu impii ambulant. Impii inq̄ pontifices: scribæ: & pharisei ambulabant: in circuitu a Pilato ad Herodem: ab Herode ad Pilatum. Herodes tamen & Pilatus ambulantes in suarum circuitu iniquitatum: interuentu tamen domini Iesu ad mutuam redeunt gratiam. Iudei in suæ perfidiæ stimulis circumuoluti: finem sub Herode nullum inuenire potuerunt.

Lucas.

Condemnationis

Condemnationis primæ contra Iesum a Pilato diffinitæ narratio & distributio.



PILAtus aūt cōuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hūc hoiem q̄si auertentē populū. Et ecce ego corā uobis iterrogans/nullam cām inuenio in homine isto: ex his in quibus eum accusatis. Emendatum ergo illum dimittam: qui de crimine ad accusatorum instantiam sentētiam laturi sunt: Ante omnia ad illam audiendam partes uocant. Illis adstātibus merita causæ recensent: ne de incertis & indiscussis iudicare uideant'. Iudicāt tādem q̄ñ de actis in cā cōclusionē elicientes sñiam ꝓferūt. Tria hæc/si bñ ꝓspicias: Pilatū egisse Luca narrāte cōperies: Vbi. n. dicit: cōuocatis nāq; magistratibus & plebe: nōne apertissime oēs accusatores ad sententiā audiendam citatos referre uidet': qm̄ hæc tria hominum genera Iesum accusare iam inotuit? Vbi uero dicit. Obtulistis mihi hoiem hunc. Ipsum reū coram tribunali ad sñiam audiendā nonne luce clarius monstrat adductum. Insup dum dicit quasi auertentē gentē nr̄am &c. causæ merita plane pstrinxisse iudicē nōne cōstat? Emendatū ergo dimittā. Sentētia ē K
condēnatoria partim: & partim absolutoria. Condemnat ut his qui adduxerunt quasi reū Iesum ad iudicium in aliquo morē gerat: eorūq; furorem iusti castigatione cōtemperet. Absoluit quia dānatiōis causam nō inuenit. Vide qūo exactis Pilatus sententiam inferat. Ergo quia tanti ac L
tales uiri: obtulistis hunc hoiem: in iudicio: quasi auertētem populum: Ne leuiter oīno ac iniuste capere: adducere: & accusare uideamini: emendabo eum uerberibus: ut pœna iusti iniustitiam & leuitatē uestram contegat. Quia uero nullam causam in eo inuenio: ergo dimittam eū emēdatum. Bone Iesu: quia Annæ respondisti: de discipulis & de doctrina M
quærenti: es alapa a seruo percussus in faciem. Quia Caiphæ respondisti sub iuramento: esses ne filius dei interroganti: palmis & pugnis contusus es: uelatus: delusus: perq; noctem totam dure uexatus. Quia Pilato satisfecisti pro criminibus obiectis: tractus es ad tribunal Herodis. Quia friuolis & futilibus Herodis interrogationibus nihil respōdisti: deluderis & remitteris ad Pilatum. Si respondendo satisfacis: non relaxaris. Si substinendo taces: iterum iudicio sisteris. Quis tandem finis erit his angustiis? Substinete & uigilate mecum. Matheus.

Vnc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio cõgregaue-
t runt ad eũ uniuersam cohortẽ. Et exuentes eũ/clamidem cocci-
neã circũdederunt ei. Et plectentes coronã de spinis posuerunt
super caput eius: & arundinem in dextera eius: Et genuflexo añ eũ illu-
debant eũ dicentes. Aue rex iudeorũ/ Et expuentes in eum accepunt arũ
dinẽ & pcutiebant caput eius. Ioannes. Exiuit iterũ foras Pilatus & dicit
eis. Ecce adduco eum uobis foras: Vt cognoscatis quia nullam in eo in-
uenio cãm. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronã: & purpureũ uesti
mentum. Et dixit eis: Ecce homo. Continet huic sententiæ executio: fla-
gella in corpore: puncturas & percussiones in capite: derisus in habitu:
sputa in facie. Q uorum declarationem attendite.

Executionis distributæ declaratio.

Ta fatigatus tandẽ fessis carnificibus: cõminutisq; flagellis: ces-
i sant uerbera: qa neq; locus erat in corpore: qui ĩteger illa posset
excipe. Soluit᷑/induiturq; a carnificibus Iesus: & dũ lacere carni
panni nõ nimis delicati incõdite/& duriter applicant᷑: nouus dolor acce
dit. Neq; tñ hic maloꝝ finis: Caput hactenus intactũ excruciat᷑. Matheũ
(si hæc scire uolumus) audiamus. Tũc cum uirgis laniassent carnifices
saluatorẽ/& ĩduissent ueste alba/illa. s. qua ab Herode p derisum ĩdutus
N fuerat: Milites pſidis suscipientes Iesum in ꝑtorio: ubi fuerat uerberibus
laceratus. Cõgregauerũt ad eũ irridendũ uexãdũq; uniuersam cohortẽ:
quæ ad illũ capiẽdũ in armis steterat: Vt uideãt pro quali cã põtifices scri
bæ & pharisei tot arma mouissent. Deridẽtes igit᷑ iudeoꝝ timorẽ & stulti
tiã: p obprobria quæ ĩferũt saluatori: tãto apparatu p tales uiros capi ius-
O so. Exuẽtes eũ/Albã ueste ab Herode traditã: quasi cãdidato & magistra
tũ affectanti: Clamidẽ coccineã circũdederũt ei: & plectẽtes coronam de
spinis posuerũt sup caput eius & arundinẽ in dextera eius. Alludũt mili-
tes Romani Herodis derisiõi. Ille quasi cãdidatũ & magistratũ more rõ
mano deposcẽtẽ Iesum: albis uestimẽtis ĩduerat. Isti per derisũ regalibus
ornãt: & iuxta regis ĩstitutionẽ oĩa faciũt. Dant uestẽ regiã. Audi Mathe-
um. Clamidẽ coccineã circumdederũt ei. Coccus est quo tingit᷑ lana in
roseum suborẽ uiuacissimũ: quem nos rosatum dicimus/qui redactus
in clamidem principatus habitũ præferebat. Dant coronã. Et plectentes
coronam de spinis posuerunt sup caput eius. Dant sceptrum/& arundi-
P nem in dextera eius. Talem dant coronam: tale sceptrũ: quale existimãt
esse regnũ. Sed dum quid agant nõ intelligunt: magnũ indicãt sacramẽ-
tũ. Q ui oẽs peccatoꝝ spinas cõfringere uenit: spinas in capite portat: ut
peccata mundi in suo corpore se ferre demõstret. Arundo in sceptrũ re-

dacta

dacta timorē pōt incutere: sed non frangere: sed non multū nocere: neq͡ʒ duriter uexare pcussos. Frangitur. n. arundo si durius feriat. Iugū Christi suaue est & leue/ qm̄ & ipse Iesus nō uulnerat: neq͡ʒ frangit. Dat pro multis aīam suā/ moritur ꝓ iustitia: ut peccatores iustificet. Sed quos uiator rexit arundine: quos nunc aduocatus & patronus per lenitatē moderat̄ & tollerat. In fine mūdi iudex reget in uirga ferrea: & tanq̄ uas figuli cōfringet ingratos: pro qbus hic leniter regēdis: arundinē ipse sumpsit ī dextera. Pro qbus quasi arūdo cōfractus est uerberibus/ ligatus ad palū: & quasi arūdo uētis agitata: delusionibus leuissimoꝝ hoīum infestatus ē. Et genuflexo añ eū illudebāt ei dicētes. Aue rex iudeoꝝ. Mos ē creatos reges & regalibus insignibus decoratos salutari a subditis/ & corā obedientiā ꝑfiteri. Ne qd igit̄ deesset qd̄ ad regni derisam imaginē faceret/ Flectunt milites genua añ Iesum obediētiæ p derisū ꝑstitæ. Et illudētes ei dicunt. Aue rex iudeoꝝ/ Rex spinis coronate/ Rex arūdine decorate. Si uere rex eēt iudeoꝝ: de qbus loqmini o milites: certe nō mentiremini. Spinæ sunt illi oēs: pūgunt & lacerant/ Ciuilibus odiis deuastāt terrā suam. Arundines sunt uēto agitatæ supbiæ: cōtortæ inuidia: fractæ ira: uacuæ charitate. Nō satis fuerat spinis & arundine delusisse in Christo imaginē regiā. Expuentes in eū pro maiori uilipēdio/ acceperūt arundinē: quam pro sceptro dederant. Et pcutiebant caput eius. Flagella corpus uexauerant: & lacerauerant. Corona spinea caput excruciat: & derisui tradit afflictum. O bone Iesu quanta est tibi animi constantia? In tot cruciatibus taces: dolorē contines. Quis hæc te iubet silentio præterire? Obediētiæ studium quo deo patri uis eē morigerus. Zelus iustitiæ: cui pro peccatis hominū satisfacis. Charitas ad fratres: quos per tā duros cruciatus eripis a pœnis. Quis nr̄um igit̄ tecū non substineat & uigilet. Q ñ pro nobis tam acerba tu substines? Vere nūc uidemus oēs ꝙ tristis est usq͡ʒ ad mortem aīa tua. Fac nos domine tanti amoris: tanti laboris non imemores: non ingratos. Exiuit iterum foras Pilatus & dixit eis. Ecce adduco eum uobis foras: ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum uestimentum. Et dixit eis. Ecce homo in quo executa est castigationis sententia. Melius dixisses o Pilate. Ecce homo iniuste captus: inique accusatus: ignominiose circūductus: indigne delusus: crudeliter uerberatus: & spinis coronatus. Ecce homo. Dic o Pilate quem dānare iuste non potui. Quem nō castigare: sed cogente iustitia debui liberare. Ecce hō/ in quo prima tua diffinitiua sñia a te ipso frustrabit̄ o Pilate. Nō. n. dimittes quē dimittēdū ꝓ sua īnocētia dclarauisti. Cōtētiōe nāq͡ʒ īproba & horrisōa iudeoꝝ sñiam

tuã a qua nemo prouocauit: quæ te iubente & adhuc pro tribunali sedẽte executioni mãdari iussa/est reuocabilis. Insontem opprimes & quem iniustis laniasti uerberibus/tandem morte múlctabis. Ita una die de hominis uita innocẽtissima absolutoriã prius: deinde ad durissimũ genus mortis cõdẽnatoriã sententiam ꝓtulisse: æterna infamia laborabis. Substinete uos hic & uigilate mecũ: eoq; mentis studio audire ne pigeat secũdam Pilati contra Iesum sñiam/quo primam uigilantissime percepistis.

Secunda Pilati contra Iesum sententia.



IVDEOrum gentis efrontem efferatamq; superbiã: Pilati inconstantiam. Amborum tergiuersationes intermixtas. Amborũ etiã iniquitatẽ/huius in damnãdo ad crucẽ Iesum: Illorum inextorquẽda damnatione. Euangelistæ nunc nobis referãt. Ioannes incipiet: Reliqui (ut cuiq; locus fuerit) prosequentur. Ioãnes. Cum ergo uidissent eũ põtifices & ministri: clamãbãt dicẽtes. Crucifige crucifige eũ. Dicit eis Pilatus. Accipite eũ uos & crucifigite. Ego. n. nõ inuenio in eo cãm. Rñderunt ei iudei. Nos legẽ hẽmus & secũdũ legẽ nrãm debet mori. Quia filiũ dei se fecit. Cũ ergo audisset Pilatus hũc sermonẽ magis timuit. Et igressus ẽ ꝑtoriũ iterum & dixit ad Iesum. Vñ es tu? Iesus aũt rñsum non dedit. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia ptãtem habeo crucifigere te: & potestatẽ habeo dimittere te? Rñdit Iesus. Non haberes potestatẽ aduersum me ullã: nisi tibi datũ eẽt desup. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Matheus. Per diẽ aũt solẽnẽ consueuerat præses populo dimittere unũ uinctũ quẽ uoluissent. Habebat aũt unũ uinctũ isignem qui dicebat᷑ Barrabas: qui iuxta Ioãnem erat latro: iuxta Matheũ & Lucam in seditione fecerat homicidiũ. Congregatis ergo illis dixit Pilatus. Quẽ uultis dimittã uobis: Barrabam: an Iesum qui dr̃ Christus? Sciebat. n. q̇ p inuidiã tradidissent eũ: Principes aũt sacerdotũ & seniores psuaserũt populis ut peterent Barrabam: Iesum uero pderent. Rñdens aũt præses dixit: Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt Barrabam. Dixit illis Pilatus. Quid igitur faciã de Iesu qui dicit᷑ Christus? Dicũt oẽs crucifigatur. Ait illis ꝓses. Quid. n. mali fecit? At illi magis clamabant crucifigatur. Ioannes. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Oĩs. n. qui se regẽ facit contradicit Cæsari. Pilatus aũt cum audisset hos sermões adduxit foras Iesum/

Et sedit

Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur Licostratos. Hebraice aũt Gab
batha. Erat aũt parasceuæ pascæ hora quasi sexta. Et dixit iudeis. Ecce rex
uester. Illi aũt clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Ait illis Pilatus. Re-
gem uestrum crucifigã? Responderunt pontifices. Non habemus regẽ
nisi Cæsarem. Matheus. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret: sed
magis tumultus fieret/accepta aqua lauit manus coram populo dicens.
Innocẽs ego sum a sanguine iusti huius/uos uideritis. Et rñdens uniuer
sus populus dixit. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Lucas.
Tunc Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ eorum. Matheus. Tunc dimisit
eis Barrabam: Iesum uero flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Sigilla-
tim nunc singula examinemus.

Crudelis iudeoꝝ proteruiæ declaratio.

Vm ergo uidissent eum põtifices & ministri clamabãt dicẽtes/
c Crucifige crucifige eũ. Nõ satis est nobis hũc laceratũ eẽ uerberi
bus/Volumus ẽt uita priuari. Dixit illis Pilatus. Q m̃ illi estis ĩ-
placabiles: neq; castigatio tã dura hoĩs innocẽtis uos ad clementiã flecte-
re potest. Accipite eum uos adiudicandum: & crucifigite & cruci adiudi-
cate. Ego. n. in eo non inuenio cãm/Vnde illum ne dum cruci/sed neq;
mitiori morti adiudicare possim. Rñderunt ei iudei. Nos legẽ habemus
a Cæsare/ne iudicemus ad mortẽ. Tuũ est ex officio hoc facere. Secundũ
uero legem nr̃am/quã tu inter nos iudicans seruare teneris. Debet mori
quia filiũ dei se fecit. Apparet hic crimina de quibus eũ accusauerãt fuis- R
se conficta. Q ñ non perseuerant in eisdẽ accusatores. Nihil. n. hactenus
corã Pilato uel Herode q; se filium dei dixerit accusando/dixerunt. Pila
tus aũt auditis his sermonibus magis timuit. Nuncii ab uxore iam missi S
uerba aĩum pulsant. Vñ nunc audiẽs Iesum asseri filiũ dei/magis timet/
si illũ damnauerit quas uxor per somnũ uiderat pœnas dare. Insup quia
audit iudeos lege agere: & ne Romanos uiolẽt/nolle iudicare: se uero da
tũ a romanis iudicem offõ iuxta legẽ fungi debere: magis timuit: Si illũ
liberaret: ne rebellioni aliquã præstaret occasionẽ: & de iustitia denegata
corã romano impatore reus fieret. Itaq; pauore anxius reuertit͛ in ꝑtoriũ
cogniturus si possit/an filius dei sit hic reus/qui tã obstinatæ morti adiu
dicari deposcit͛. Et ingressus est ꝑtoriũ iteꝝ: & dixit Iesu: unde es tu? Au-
diuerat eũ esse galileũ: sed locũ certũ non audiuerat. Iesus aũt rñsum non
dedit ei. Iam enim abunde huic interrogationi responderat: qñ dixerat T
regnum suũ non eẽ de hoc mundo. Q uando dixerat se ad hoc natũ: &
ad hoc in mundũ uenisse: ut testimonium perhiberet ueritati: quãdo di
xerat oẽm qui est ex ueritate eius uocẽ audire. Hæc si Pilatus intelligere

uoluisset:aperte uidisset unde esset Iesus. Sed quia cæcus erat & surdus
animo(Vbi uero nō est auditus:sermo fundi nō debet:præsertim cū se
mel satis dictū sit)ideo nō rńdit Iesus. Expertus ēt erat Iesus Pilati pusil
lanimitatē:qui non pro iustitia sed pro assentatiōe:ut morem gessisse iu
deis & aliqd illis ĭpartitus uideretur/eū tam acerbe flagellis cædi iusserat.
Sciebat certissime ꝙ timore uano illū eēt cruci adiudicaturus.Iō Iesus rń
sum non dedit ei.Dixit ergo Pilatus.Mihi nō loqueris? Nescis quia po
testatē habeo solus in prouincia crucifigere te si uolo assentiri accusatori
bus tuis:Et ptātem habeo dimittere te/uiuū liberū/& impunitum cōtra
accusatorū uoluntatē?Cur igitur taces?quasi ignorās potestatē meā?aut
quasi negligens illā?Non me in hoc negligis:neqꝫ meæ potestati detra
his:sed tuā salutem pdlitaris.Satius est te rńdere saluti tuæ studentem:q̄
V tacere negligentē.Rńdit Iesus.Nō hr̄es in me ptātē ullā nisi tibi datū eēt
desup:ꝑpterea maius peccatum habet qui me tradidit tibi.Ambigi non
potest oēm potestatē a dño deo esse:& hoc sensu ueritatē non eē menti
tam/Q ñ dixit non hr̄e Pilatū in se ptātem nisi datam desup.i.a deo su
per oia ꝑsidente.Sed quæ addidit dñs Iesus ex hoc sensu sequi non pńt.
Non.n.quia deus dedit Pilato iudicandi potestatē:ut dator uniuersalis
uel specialis.Ideo minus peccat Pilatus iudicando q̄ iudei ad iudiciū ad
ducendo:& dānari petendo:hńt & ipsi a deo adducendi & trahendi po
testatē/qñ ea nō facerēt:nisi deus ea fieri:& p illos fieri uoluisset:iōqꝫ mi
nus nōpeccāt:qa habēt a deo opis potestatē. Q m̄ non iō peccāt ut deo
obediant:sed ut suæ impietati satisfaciant. Deus ēt potestatē opis distri
buit nō ad abusum:sed ad publicā utilitatem:secundū rectæ rōnis regu
lam exercendā.Licet igitur ille sensus uerus sit:nō tñ satis accōmodatus
esse uidet᷑.Q ñ illi sequentia nō concordant. Existimo igitur saluatorē
nr̄um per suam ineffabilē sapientiā hoc dicere uoluisse. O Pilate tu qdē
habes in me ptātem necis & uitæ:sed nō es supmus iudex:habes ab alio
superiori te:ptās tua est desup:non solū a præsidēte in uniuersa republi
ca mundi:non solū pro offō subditus es deo/es sub impatore Romano
rum hic præses missus.Ita potestas quā super me hēs/data est tibi a Cæsa
re monarcha reip.cui seruis.Neqꝫ ab illo solo hanc habes. Hēs etiā ami
coꝝ Cæsaris fauore:& senatus interuētu:quos uereris:apud quos times
accusari a iudeis:si te qualē uolūt iudicē nō exibueris. Scio in me nō spō
taneum geris iudicis officiū:sed a qbus accepisti iudiciariā potestatē for
midans iudicem te gerere cōpelleris. Itaqꝫ quia nō affectate:neqꝫ sponte
sed quasi inuitus ex offō mecū agis/& peccas timore/minus peccas q̄ qui
sponte per inuidiā peccant.Iudeoꝝ conuentus:qui me tradidit tibi/tu si

posses nō iudicares iniuste: & oīa facis ne iudices. Contra illi oīa faciunt ut te per iniustā sniam opprimere me cōpellant. Cognoscant hic iudicū X
subornatores: & iustorum iudiciorum puersores: dum hæc agūt/grauius se peccare q̄ iudices. Non mea hoc sed sapiētissimi Iesu uoce sancitum est. Maius peccatum habet qui me tradidit tibi inique iudicandum q̄ tu qui tātum pro officio iniuste iudicare compelleris/aut aliunde q̄ propria uoluntate es adductus ut iudices.

Pilati inconstantia siue leuitas & pusillanimitas.

T exinde ex modesta rñsione dñi Iesu quæ alio sensu supba redderetur & inepta/Quærebat occasionē: per quā dimittere eū/ e
& se cōseruare quasi functū offō posset. Recurrit ergo ad ius cōsuetudinis: ut saltē per illud sine iniuria iudeorum Iesum liberaret. Instabat pascha & azimorum solēnitas: qua nullā præstantiorē habebant. Et qa Y
hæc erat solēnitas & gaudiū ac grarum actio pro liberatione hebreorum de seruitute regis Aegypti. Ipsi quoq; liberabāt unū q̄tumlibet reū ēt dānatum & reseruatum ut moreret: hoc est quod dicit Matheus. Per diem aūt solēnem/diem pascæ oīum solēnissimū: consueuerat præses populo dimittere liberū a pœna unum uinctū carceratum & cōpeditum & morti damnatū quem uoluissent. Pro quacūq; culpa: pro quouis scelere mori meritus esset. Hāc existimauit uiam ad liberandū Iesum: quā nō sua: Z
sed populi electione uideret ingressus. Cum multos haberet morte dānatos in carcere & cōpedibus uinctos: oiumq; scelestissimū & odiosum maxime parti populi: Barrabam simul cōstituit cū Iesu optione populi pponere liberandū: sperans cū infamia criminū: cum turpitudine uitæ: cū morum detestatione: tum odio factiōis/Barrabam a populo post haberi: & Iesum eligi liberandū/Saltē ab ea factione: de qua in seditiōe Barrabas hoīem occiderat: hoc est quod dicit euāgelista. Habebat autē tunc A
uinctum insignē/sceleribus & infamia uitæ detestabilis: qui dicebat Barrabas. i. filius magistri: quasi oīum scelerū disciplinam tenēs: filius magistri diaboli: oīum flagitiorum magistri sagacissimi. Hic porro Barrabas iuxta Marcū & Lucam in seditione fecerat homicidiū. Secundū Ioannem. Erat aūt Barrabas latro. Vide qualia crimina: Vere hic adimpletū est de dño Iesu illud ppheticū: & cum iniquis deputatus est. Potuisti Pilate: dū nescis: adimplere pphetiam: nō potuisti iudeorum peruertere nequitiam. Forte pro romana modestia non absurde sperauisti a iudeis Iesum eligi: & Barrabæ præferri. Ita de se ipso argumētū sumens/cōgregatis illis principibus sacerdotū scribis & phariseis/cū populis: quos pro fauore secum duxerant. Dixit Pilatus. Quē uultis dimittā uobis/Barrabam an Iesum B

qui dicitur Christus? Artificiosa præsidis oratio: Barrabam prætulit: ut odio nois: & uitæ infamia: illo exploso Iesus acceptaret. Iesum uero ꝑpo nens secundo loco addidit: qui dr̃ Christus: quasi dicat Barrabas qualis sit oẽs norunt: nihil de illo dico amplius: nisi Barrabas. Iesus aũt dr̃ Christus: nõ maleficus: non Barrabas qui cõuictus est seditiosus homicida & latro. Q uẽ uultis uobis dimittã? Penitus ne & suo ipso noie infamem? An hoiem genere moribus & multorũ uoce religiosum? Falleris Pilate. Opinioni nanq̨ tuæ nõ suffragabit artificiosa ꝑponẽdi rõ. Errasti: simi lia se inuicem eligũt. Applaudit iniquus iniquo. Iudei iniquitate pleni: malunt Barrabã sui similẽ uiuere: q̃ iesum. Hic illis impropat peccata le gis: Barrabas ad peccãdum se ducẽ: aut saltẽ signiferũ exhibebit: Q uare principes sacerdotũ & seniores ꝑsuaserũt populis ut peterent Barrabam

C Iesum uero ꝑderẽt. Mare sine uento nemini nocet: utq̨ libet sese exhibet remigabile: Vento ꝑcinctũ remis attingi nõ põt. Velis agendũ est pro uẽ torũ arbitrio: q̨ si magis desæuierit: uela discindũt. Temonẽ loco dimo uet fluctus. Ita pro impetu tẽpestatis: uiq̨ uentorũ: mare extollitur: con uoluit: rapit: atq̨ submergit. Plebs quoq̨ sibi dimissa placabilis ẽ ad pro sequendũ: iustũ & æquũ facile persuasibilis: hanc primores pro auctori tate suis affectibus quasi uentis inquietãt: rapiuntq̨ spẽ cõsilii quocũq̨ uolunt: & sæpe in furias ꝑniciemq̨ sui trahũt. Pontifices itaq̨ addubitã tes ne populi iesum dimitti postularẽt: quoꝝ pro die festo maxima erat in ciuitate frequẽtia: & magna ex ꝑte ad prætorium (spectãdæ nouitatis grã) uenerant: ꝑsuasionibus inter turbas cœperũt agere. Hos terrent: il lis promittũt: blãdiuntur istis: interminant aliis: pro cuiusq̨ natura ple bẽ alloquũtur. Ita ꝑsuaserũt ut peterẽt Barrabam: iesum uero ꝑderẽt. At illi. s. põtifices scribæ & pharisei ac populi seniores: dixerũt Barrabã. Postulamus populi noie & nr̃o dimitti. Dixit illis Pilatus. De tanta crudeli

D tate & ĩpudentia ĩdignabũdus. Q uid igitur faciam de iesu qui dr̃ Christus? Q ñ illi præfertis Barrabã: qui nõ dr̃ sed est plane latro: homicida: seditiosus. A principio accusauistis iesum seditiõis: neq̨ tñ crimen ꝓbare potuistis: nunc aũt de latrocinio homicidio & seditiõe cõuictũ petitis liberari? Si Barrabam scelestũ plane hoiem absoluero: quõ iesum crucifi gere potero? Q uid igitur uestra opiniõe faciã de iesu qui dr̃ Christus? Erit certe absoluendus: Q uando Barrabas: qui non dicitur Christus: sed latro homicida seditiosus atq̨ scelestus per uos absoluit. Confundimini & erubescite pro tanta incõstantia & apta nequitia. Dicunt oẽs crucifigat. Oẽs dicunt: ut singuli minus cõfusi uiderent. Oẽs: & populum hoc dicere fecerũt: suam neqtiã cõtegere ut cunq̨ uolẽtes. Ait illis ꝓses.

Q uid

Quid.n.mali fecit? Oēs dicitis incondita plebs: neq; uestrū qſpiā quid dicat/aut qua rōne dicere debeat intelligit/uel dicti causam pōt afferre. Quid.n.mali fecit? Ego pro delicti mensura pœnam statuā. At illi magis clamabant crucifigat. Cām afferre nequeunt. Ita qđ ratione obtinere diffidunt: clamoribus impetuosis: furore plenis extorquere conant. Est E
hoc apud tribunalia cōe malum: ut cui minus iustitia suffragat: ipetuosius uoce tumultuans iudiciū subuertere aut turbare conet. Et sæpe quo F
magis diffidentiā tegere existimat/eo magis apiat. Ioannes. Si hūc dimittis non es amicus Cæsaris. Extra cām est quod nunc dicitis o insani: imo penitus contra cām. Nescitis oportere/iudicem eē affectione penitus uacuū: ut non amore: odio: spe: aut timore diiudicet. Quid habet ad cām Cæsaris amicitia. Crimina adducite cōtra reū: fauore nequitiæ uestræ de principis gr̄a captare desinite. Omnis.n. qui se regē facit contradicit Cæsari. hoc est aliqd/Lædere maiestatē est certe pœna dignissimū. Sed quid ad cām? Vñ ꝓbatū est dñm iesū Christū se gessisse regē/aut ī Cæsaris piudiciū fuisse aliqd aggressū? tertio corā Pilato: Id ꝓponētes: & corā Herode cōstāter accusantes: ꝓbare nō potuistis. Adducitis rōnē igentis criminis: sed criminosum nō ꝓbatis quē petitis crucifigi. Pilatus aūt cū audis- G
set hos sermones: adduxit foras Iesum. Quos uerbis mollire nequerat: sperauit rebus sub oculis positis mitigare. Plus.n. mouēt uisa q̄ audita. Adduxit ergo iesum flagellis durissime cæsum: facie liuidū: spinis coronatū: & sedit pro tribunali: quasi mox iudicaturus: si reqrerent. Sedit aūt in loco q dr̄ Licostrates: hebraice aūt gabbatha. Licostrates sublimitatē H
uel ꝑcliuū. Gabbatha collis altus: uel ꝑcliuū sublime significare Hieronymus atteſtat. Eiusdē uero loci noīa eē ābo nobis cōstet. Sedit Pilatus ī loco situ sublimi: positūq; decliuo: ut uideret ab oibus. Ita nō sine magna rōne: euāgelista retulit binomiū locū in quo Pilatus ad iudicādū sedit. Et dixit iudeis. Ecce rex ur̄: Videte qualis illi corona sit: qualis en gloria regni. Ecce rex ur̄: bñ a me ꝓ sui regni decore: hītus dignitatis suæ/& expectatiōi uestræ satisfactū existimo. Illi aūt clamabāt. Tolle tolle crucifige eū. Tolle illū ab oculis nr̄is: da pœnis: da cruci: da morti. Ait illis Pilatus. Regē uestrum crucifigā? Quātulibet illum oderitis: infame uobis fuerit: regem uestrū (ēt noīe solo regem) fuisse crucifixū. Rñderunt pōtifices. Non hēmus regē nisi Cæsarē. Iam diximus. Si hūc dimittis: nō es amicus Cæsaris. Si illi esses amicus: nō studeres tantis artibus hunc illi rebellem in uita seruare. Si quid tumultus & rebellionis suboriri cōtingat per hoiem istū non erimus imunes: qui seditiōis radicē quærimus extirpare. Tu ap̄ Cæsarē excusari nō poteris: q nob renitētibus hūc libaueris.

Vltimus conatus Pilati pro liberando Ieſu: & ultima contra Ieſum ſententia. Matheus.



VIDEns autẽ Pilatus quia nihil ꝓficeret:
ſed magis tumultus fieret accepta aqua la
uit manus corã populo dicens. Innocens
ego ſum a ſanguine iuſti huius/uos uide-
ritis. Et rñdens uniuerſus populus dixit.
Sanguis eius ſup nos & ſuper filios nr̃os.
Lucas. Tunc Pilatus iudicauit fieri petitio
nem eoꝝ. Matheus. Tunc Pilatus dimiſit
illis Barrabam: Ieſum aũt flagellatũ tradi-
K dit illis ut crucifigeret. Hoc ultimo conſi
io/annixus eſt Pilatus liberare Ieſum. Callebat iudeoꝝ leges & cerimo-
nias: inter quas ſancitum meminerat a Moyſe/ꝙ in agro mortuo p uim
homine repto/Si de homicida nõ conſtaret: oĩs induſtria ad illum inue
niendũ: puniendũqꝫ adhiberetur. Eo aũt non inuento/ſeniores ꝓpinqo
ris ciuitatis/loco ubi mortuus iacuiſſet: uaccam adducere & inde in ual-
lem ad ſterilem locũ cũ cadauere occiſi ducere tenerent/illaqꝫ etruncata/
ſuper caput abſciſum ſacerdotes/leuitas/ac ſeniores ciuitatis/manus ab-
luerent magna uoce cõteſtantes mundos ſe ab homicidio/neqꝫ illi præ-
ſtitiſſe conſenſum. Iccirco ſibi ſupplicarẽt propitiũ deũ: & a terra ſua pœ-
nas & damna pro huiuſmodi delictis reddi debitas orarent procul fieri.
Huius legis cerimonia fretus Pilatus ſpauit mollire iudeos: ſi iuxta eoꝝ
ritum declararet neci Ieſu ſpontaneum ſe nullũ præſtare cõſenſum. Et ic
circo culpam ac pœnã tanto ſceleri debitã a ſe procul fieri: & ad ſpõtane-
L os auctores tranſire imprecaret. Itaqꝫ accepta aqua iuxta legem quã attu
limus: ſecundũ illam conteſtatus eſt dicẽs. Innocẽs ego ſum a ſanguine
iuſti huius: Quia cõpulſus pro tumultu & ſeditionis piculo auertẽdo
permitto (ut uultis) illum crucifigi. Vos uideritis hãc meã ꝓteſtationẽ/
uideritis: Quia pro legis ueſtræ fauore culpã & pœnam a me dimoue-
ro. Sum. n. inuoluntarius: per uiolentiã quã mihi infertis. Sicut p igno-
rantiam inuoluntarii ſunt illi: qui ſup iuuencæ caput manus lauant pro
homine occiſo: in cuius morte nil penitus ſunt machinati. Mihi par eſt
cũ illis cauſa. Illi ignorãt: ego coarctor. Vtriqꝫ nolumus. Vos uideritis: qa
culpam & pœnã in uos trãſferri deprecor: ſi illũ crucifigere a uobis coa-
M ctus fuero. Et rñdens uniuerſus populus dixit. Sanguis eius ſup nos &
ſup filios nr̃os ſit totus/tu ut poſtulas/ut legis noſtræ fauore teſtaris/ſis
immunis. Neſciens Pilatus qd ultra faceret pro liberando Ieſu/& princi
pum ſa-

pum sacerdotũ: ac populi pertinaciam/tam dura imprecatiõe ꝑpendẽs: promptã esse ad omne scelus: oẽꝗ subire periculũ multitudinẽ incẽsam contuens. Q ñ liberos suos tam dire deuouerent: timuit ne si Iesum liberaret/grande discrimen cõtra se surgeret: Q uare satius duxit unũ hominem/q̃uis iustũ: præsertim iã seminecem ꝑmittere crucifigi q̃ turbari publicam pacẽ. Itaꝗ ut tumultui inualescenti neruos amputaret: Iudicauit fieri petionem illoꝝ: secundũ Lucam: quæ qualis eẽt Matheus exponit. N
Dimisit illis Barrabam. Iesum aũt flagellatũ tradidit illis ut crucifigeret͏̃. Extorserũt a meticuloso & iniusto iudice iniqui accusatores sententiam quã uolebãt. Innocẽs dñs morti adiudicatus est instãtibus seruis neq̃: & impio iudice timore supato ferente sñiam. O bone Iesu non solũ cũ iniquis nunc deputatus es: sed iniquorum pessimo Barrabæ post habitus. Aequanimiter tñ & cõstanter substines omnia: & nos tecũ substinere inuitas cũ dicis: Tristis est anima mea usꝗ ad mortem: ad quã Pilatus adiudicauit me. Substinete & uos hic & uigilate mecum.

Figura liberationis Barrabæ: & damnationis dñi Iesu.

Iguraueras hoc dudũ dñe/in duobus hædis quos ꝓ peccato po
f puli offerri iusseras. Occidebat͏̃ unus dño: dimittebat͏̃ alius sor
titus capro emissario. Q uẽ qui dimittebat: fiebat immundus: neꝗ ingrediebat͏̃ castra nisi lotus aqua. De occisi porro cruore interius: & exterius sanctuariũ ac altare digito sacerdotis aspgebat͏̃ septies. Ita populis noxa remittebatur. Tu dñe futurus eras retentũ animal pro peccatis totius populi imolandum: Q m̃ tuo sanguine pro peccatis hominũ fuso: & septies aspersa per manus sacerdotis aĩa (quæ interius sanctuariũ est) septẽ ecclesiæ sacramentis: asꝑso etiam eisdẽ corpore quasi exteriori sanctuario: dilutaꝗ hoĩs uita (quæ quasi altare est) septẽ peccata mortalia relaxant͏̃: dantur septem dona spũs sancti: septemꝗ uirtutes mũdam aĩam cõseruãt. Barrabam uero qui tecũ pñtatur & liberatur: alter hædus præsignabat capro sortitus emissario: Nam lucifero expulso de cœlis: & in horridam inferni regionẽ: omni amenitate desertã/sua nequitia addictus erat Barrabas. Q ui uero illum adduxerunt in libertatẽ iudei suis iniquitatibus immundi: & fetidi pseuerant: & ad ecclesiæ castra nequaq̃ admittendi sunt: nisi baptismatis aqua purgati. O

Prophetia de iniquitate Pilati Herodis & iudeoꝝ in dãnatiõe dñi Iesu.

Xamina Pilati: Herodis derisus: & uerbera dñi Iesu: lõge antea
e Dauit cõquestus est iterum dicens. Dixit insipiens in corde suo
non est deus. Q uæ sapiẽtissimus rex nequaq̃ iterasset nisi plenus spũ sancto: præuidisset dñm Iesum Christũ quæ cantando deflebat: P

similia itez fuisse passurũ. Tu uide psalmũ. Vt uero intelligerẽt hoĩes de quibus insipiẽtibus secundã lametationẽ texeret: sequẽti psalmo manifestat dicens. Q m alieni insurrexerũt aduersum me. Q ui alii hi pñt intelligi nisi Romani? Alieni tunc prsus a cultu uere religionis. Et fortes quæsierunt aĩam meã. Principes sacerdotum: scribæ pharisei & populi seniores. Fortes inq̃ duri: crudelesq; contra me. Cum Romani uerberibus & obprobriis surexissent aduersum me: nõ saciati his malis: fortes. i. crũdeles quæsierunt aĩam meam/clamantes crucifigat. Hoc aũt fecerũt qa non proposuerunt deũ ante conspectũ suũ. Q ñ me deũ illis astantem. qui aperte dixeram: me filium dei in eoz cõsilio nunq̃ agnoscere uoluerunt. De eisdem uexationibus & uexatoribus quasi durioribus q̃ primi/ sequenti adhuc psalmo conqueritur. Cõtristatus sum inquit in exercitatione mea/ Exercitationẽ suam dicit pro sua modestia & fortitudine incredibili: accusationes falsas: derisiones indignas: circũductiões ignominiosas: uerbera durissima. Q ui exercentur sudãt. Tu dñe totus sanguĩe fluis: & tñ exerceris/ roboraris: & qđ in magnis certaminibus faciũt agonistæ/non uinceris: sed pbaris/ut post has exercitationes iusto prælio in cruce confligas: mortẽq; moriendo deuincas. Bene ergo dicis. Cõtristatus sum in exercitatiõe mea: quia tristis est anima mea usq; ad mortem. Et conturbatus sum non per impatientiã: sed per cõpassionẽ/ A uoce inimici populi clamantis crucifige: crucifige. Conturbor illis cõpatiens qui nesciunt quid faciunt. Plus me afficit eoz nequitia/ q̃ mea pœna/ hac. n. cõtristor/ sed exerceor/ illa cõturbor. Q uia pro ingratis & ab ĩgratis hæc patior. Cõturbor/ quia pro illis & ab illis patiens eis nõ prodero. Conturbor q acrius punient/ unde pœnam effugere debuissent. Et a tribulatione peccatoris/ Romani militis tribulãtis me: Romani me tribulãt flagellis & spinis/ sed tñ peccatores sunt: peccant per ignorantiam excusabilẽ: non per odium. Legem dei nõ nouerunt/ pphetas nõ intelligunt/ Iudei peccant per odiũ. H ñt leges & prophetas de me loquẽtes: nolunt eos intelligere ut bene agant: ideo sunt inimici. Romani tantum sunt peccatores. Q uoniam declinauerunt in me iniquitates: falsæ accusationes: horrisonæ uoces: crucifige clamantes. Declinauerunt a recto iudicio/ in me/ contra me. Q uando per iniquitatem odium & iracundiam petierunt Barrabam liberari: me autẽ crucifigi: Et in ira sua. De sua inuidia & auaritia molesti erant mihi. Q uando quærente Pilato/ quid igitur faciã de Iesu qui dicitur Christus? Clamabant iracundia pleni crucifigatur. Volũtarie in cruce suspẽdor: neq; mihi molestum est quod petitur: sed ira per quam petitut mihi est molestissima. Propter hanc tristis est aĩa mea usq; ad mortem.

ad mortem. Substinete hic & uigilate mecũ. Superest ut sententia Pilati executioni mandetur/quæ ad ipsam mortem me in crucem conducet.

Executio sententiæ ultimæ contra dominum Iesum latæ.



NVNC q traditus est dñs Iesus ab iniquo iudice impiis accusatoribus morte mulctãdus/Substinete hic & uigilate mecũ: dũ ex euangelio refero/crudelẽ eius eductiõem. Intereundũ piam cõmiserationẽ/& societatem indignã: & cruci affixionẽ durissimã/& inusitatã. Ioannes. Illi aũt susceperunt Iesum: & eduxerunt eũ/& baiulãs sibi crucẽ: exiuit in eum qui dicit Caluariæ locũ. Lucas. Et cum ducerent eũ/apprehenderũt Simonem quendã Cirenensem ueniẽtem de uilla. Et imposuerũt illi portare crucẽ post Iesum. Sequebatur aũt illum multa turba populi ac mulierũ: quæ plangebãt & lamentabant eũ. Et cõuersus ad illas dixit Iesus. Filiæ Hierusalem nolite flere sup me: sed super uos ipsas flete: & sup filios uestros: Q m ecce uenient dies in qbus dicent beatæ steriles quæ nõ genuerũt: & ubera quæ non lactauerunt. Tunc dicent montibus: cadite super nos: & collibus opite nos. Q uia si in uiridi hoc faciunt: in arido quid fiet? Ducebant aũt cum illo & alii duo neq̃ ut interficerentur. Et postq̃ uenerũt in eũ qui dr Caluariæ locũ/ibi crucifixerunt eũ: & latrões unũ a dextris: & unum a sinistris. Eductionẽ nũc incipiamus exponere. Illi aũt. s. accusatores uoti compotes pro assecuta snia. Susceperunt Iesum: sicut ꝓpheta prædixerat. Susceperũt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis. Leo assecutus ꝑdam: mox illam asportat/ne itercipiat. Catuli leonũ prædæ portionẽ quã genitores ad cubilia afferunt: mox deuorant/ne de eoꝝ unguibus a concatulis eripiat. Ita pontifices scribæ & pharisei: ut primum Iesus morti adiudicatus illis traditus est/de Pilati cõspectu frendentes quasi Leones/illum eduxerũt/quem ne Pilatus liberaret: crucem ad hoc ipsum iã ante paratam humeris eius imponunt. Et baiulans sibi crucẽ Caluariam uersus educit festinanter. Vbi uero a Pilati tribunalibus elongatus est: accelerandi itineris grã: crux alteri post eum imponit baiulãda. Ita exiuit in eum qui dr Caluarie locũ. Hædus qui pro peccato imolabatur in ciuitate: cremabat extra castra: cũ prius sanguis eius fusus esset tribus in locis (semp in tẽplo) aspgendo. s. sanctuariũ interius: sanctuariũ exterius & altare. Iesus quoq̃ pro peccatis oĩum diluẽdis: spsit sanguinẽ per uerbera in ciuitate tribus

R

S

T

in locis/in domo Cayphæ/extra prætoriũ Pilati ligatus ad palum: & in prætorio spinis coronatus: nũc per charitatem cremãdus in cruce ducit' extra ciuitatem in eũ qui dr' Caluariæ locũ. Lucas. Et cum ducerẽt eũ apprehenderũt Simonem quẽdã Cirenensem uenientem de uilla & iposuerunt illi portare crucẽ post Iesum. Portabat a principio Iesus sibi crucẽ ut scribit Ioannes: Sed quia multis uerberibus fatigatus: multoq; sanguine fuso: & coronæ spineæ tormẽto uires illũ defecerant: neq; ut uoluissent impii poterat gressus accelerare/Timebãt iudei ne Pilatus reuocaret illos & Iesum liberaret: iõ alleuiauerunt illũ: ut si ire nõ posset: ipelleret & traherent. Ita cũ ducerẽt eum: & ipse tardius nimia debilitate incederet: intereundũ apprehẽderunt Simonẽ quendã Cireneum alienigenã & uenientẽ de uilla/iposuerũt illi portare crucẽ post Iesũ: Præfigurauit Iesũ crucẽ sibi portaturũ Isaac portãs in humeris ligna: sup qbus cremãdus erat.

Commiseratio pia.

Equebatur aũt illũ multa turba populi ac mulierũ. Diuersis stu
8 . diis sequebant'/Alii curiositate allecti: alii crudelitate impulsi:
alii cõpassione ducti. Inter hos erant mulieres quæ plãgebant &
V lamentabant' eũ. Plangere est manibus nũc ad pectus: nunc ad se inuicẽ cõplosis siue pcussis consonare mœrorẽ. Plangebãt manibus/& lamẽtabantur uoce/eũ/eius pœnas. Et cõuersus ad illas Iesus dixit: Filiæ Hierusalem nolite flere sup me: super meis pñtibus pœnis: Patior. n. libẽs sciẽs & prudens patior. Patior pro uestra: proq; omnium salute mortalium: sed sup uos ipsas flete. Flete sup peccatis uestris pro qbus hæc patior: nisi enim hoĩum primi parẽtes peccauissent: nisi uos uestriq; pgenitores peccatis miseros: plangendos: atq; deflendos fecissetis: ego ista non paterer. O christiani si substinetis: si uigilatis: si Iesum iam tristitiis redundantem attẽditis: audite quid dicat. Filiæ Hierusalẽ: aĩæ fideles: filiæ uisiõis bea
X tæ pacis: nolite flere super me tm̃: Est qdem laudabile compati angustiis meis. Sed quæ mihi compatimini urĩ memores estote: flete: lamẽtamini peccata urã: & pro illis lachrimas fundite. Plus illa mihi molesta sunt: q̃ mea pœna. Ita si mihi cõpatimini: uobis potius cõpassionẽ habete: & p peccatis urĩs quæ me ad has pduxerũt angustias flete. Iudei pœnarũ mearũ instrumenta sunt: uos cãæ. Si pro peccatis urĩs uos una mecũ fueritis tristes: si sup uos ipsas nunc flebitis: sicut nunc ego pro uobis tristis sum: mecũ postea exultabitis resuscitati ad iustitiã. Si aũt sup me tm̃ planxeritis: & non super uos ipsas: & super filios urõs: sup peccata uestra: quæ ut filios cõcepistis: peperistis: nutristis: confouistis: amauistis: ue uobis: qm̃ ecce uenient dies ultionis in qbus dicent aĩæ quæ molliter & inutiliter

tantum

tm̃ super me fleuerunt: & non super se ipsas & super peccata sua: Beatæ steriles. Steriles sunt illæ animæ quæ solo peccato originali labefactæ ab hac luce migrauerũt: quæ. s. ante discretionis annos exutæ sunt corpore: Steriles dictæ quia nullam segetem tritici: uel zizaniæ penitus attulerũt. Istas damnati & impœnitentes/ suæ comparatione miseriæ fœlices existimabunt: quia nullo extrinsecus tormẽto cruciatæ pro solo damno mœrent ob amissam fœlicitatem: Beatæ etiam quæ non genuerũt. Istæ sunt animæ quæ mente sola peccauerunt: non opere: Conceperunt enim peccatum: sed non plene genuerunt. Quia licet potuerint & aliquãdo uoluerint: non tamen operatæ sunt malum: & ubera quæ non lactauerũt. Istæ quoq; sunt animæ: quæ licet peccauerint ope: tamen in peccato nõ perseuerantes: neq; illo diutius delectatæ: quasi non lactantes peccatum suum illud protinus extinxerunt. Has omnes animas damnati: & Christi passionem inutiliter flentes: uere dicent esse beatas: si cum baptismi gratia ab hac luce discesserint. Si uero baptizatæ non fuerint: adhuc cõparatione pessimorum beatas dicent. Quando non tam acerbe punientur: quæ sine lege in hoc mũdo uixerunt: q̃ illæ quæ olim per mosaicãt nunc per Christianam legem filiæ fuerãt Hierusalem: & super se: supq; filios suos malas uolũtates suas cum domino iesu flere neglexerunt: tũc ultionis tempore: hæ dicent montibus obstinationis cadite super nos: non enim a malo proposito resilient: nisi cadendo: nisi pro affectione commodi: Quando eas peccauisse & sua peccata non defleuisse pro iustitia minime pigebit: sed propter cõmodi priuationem: & incommodorum inundantiam compunctionis lachrymas non dedisse dolebunt: & collibus desperationis operite nos/ Quando desperatione operietur rectum iudicium: & ideo obstinatæ manebunt: quoniam ueniam sperare non confident: neq; confidere uolent: & iccirco despatæ penitus in submersionis studio perseuerabunt: Quia si in uiridi hoc faciunt in arido quid fiet? Si dum hic sunt in uiridi uita: qua per pœnitentiam transplãtari & inseri possunt: ut fructus afferant misericordia dignos & gr̃a hoc faciunt: monte obstinationis obrui: & collibus desperationis operiri studentes, in arido mundo futuro, quid fiet? Quando mœrendi locus non erit: Quando nullum erit spacium pœnitentiæ: Quando neq; transponi: neq; inseri poterunt.

Societas data domino iesu eunti ad crucem.

Vcebantur autem cum illo & alii duo: neq̃ ut interficerentur. B

d Non dicit Euangelista alii duo nequã: neq; sic debet scribi uel intelligi. Q m̃ sonaret iesum (quód scribere formido) fuisse

unum neq̄. Neq₃.n.dicimus duos alios hoies aduenisse: ubi præter illos unus homo non uenit: sed distingui scribendo sic debet: alii duo.s.crucifigendi. Ita q₃ alii referatur ad pœnam non ad causam. Hac ratione dicit sepatim euangelista: Neq̄ ut interficerentur.i.pro sua nequitia crucifigendi. Non mirum qui humilitatis studio: nascens inter bouem laboriosum/ & asinum durum animal: & uerberibus natum reclinari passus est/ moriēs pro iustitia & redimendoꝝ peccatorum grā inter peccatores
C notorios uoluit crucifigi. Vt ille qui a dextris erat/ boue: qui a sinistris asino fuerit natiuitatis tempore designatus.

Domini Iesu cruci affixio dura & inusitata.



ET POsteaq̄ uenerūt in eum qui dicitur Caluariæ locum: ibi crucifixerunt eum: & latrones unū a dextris & unum a sinistris.
D Nemo miretur si hic non adduxero ingentem crucis magnitudinem & altitudinem non maior fuit: non longior: q̄ homo nō lente ambulans portare potuerit. Et ipse Iesus pœnis exhaustus: uiribusq₃ deficiens portauit illam: quā puto usq₃ ad caluariā portauisset: nisi accelerandi studio iudei Simonem cireneum sufficere studuissent. Neq₃ hanc crucem extendam in terra: & Iesum trahi nunc brachiis: nunc uno pede: nunc altero: dum extenditur deplorabo. Non confingam clauos ad laniādos neruos studio crudelitatis obtusos: non foramina crucis plus distātia plangā: q̄ palmæ attingere potuissent. Rationi ista non cōsentiunt. Q ui tāto ardore illū crucifigi postulauerant. Q uid dixi postulauerant: procurauerāt: extorserant. Q ui tanta rabie illum ardebant crucifixū intueri: Q ui timebāt illū liberari: oia accelerauisse: & suæ ardētissimæ rabiei: quæ sine ipedimēto & cito satisfacerēt in ꝓmptu habuisse credēdi sunt. Existimo pro brachioꝝ longitudine crucē ad palmas manuū clauis configendis per idoneæ iā ante foratam: & pro mēsura pedū nihil penitus defuisse. Q ū dum Christus exuitur: oia ad mensuram fieri potuerunt. Figūt ergo crucem in terra: & illam q̄ pñt solidissime firmant. Substinete: uigilate: attēdite. Nudant uestibus saluatorē: Q uod pauxillum pellis reliquū fuerat interiori tunica per sanguinem adhuc recentem dum induitur: eundo quasi coagulatum dhærebat. Ita dum exuitur interula: pellis abraditur lacerata

ditur lacerata: fluit undiq; de corpore sanguis: quod nudum apponitur cruci. Adhæret dorsum stipiti/Caput eminet iuncturæ. Extenduntur a carnificibus ad crucis latera brachia simul ābo. Singulæ uolæ crucis foraminibus iam ad hoc factis applicantur/Singuli carnifices acutissimos clauos uolis admouent/locū tentant qui respondeat destinato/Comperiunt: uno cōtextu ponderosis malleis ingeminant ictus/Quisq; citius & expeditius cōfixisse satagit gloriari. Neq; pedes interea dolore uacant. Tertius carnifex duobus celeritate & ministerii promptitudīe cedere nō uult. Pedes cōponit ad ictus/Quartus grossiore clauo illos simul & ambos ad crucem configit. Ita quatuor satellites crudelissimi simul crucifigunt saluatorem: & dum inter se promptitudinis studio præualere nitūtur: uno cōtextu ictibus triplicatis cruci cōfixum relinquūt dn̄m Iesum Christum. Pendet ille/& dum nimietate doloris caput mouere cōpellitur: noua pœna & crucifixis penitus insolita/uexatur accerrime. Pungit caput spinis. Si pedes remittat/pœna manibus ingeminatur. Si manus releuare uelit pedibus innitens: dolor illis augetur intollerabilis. O uos qui transitis per uiā: aspicite & uidete: si est dolor similis sicut dolor meus. Duo neq̄ mecū crucifixi sunt: sed nō antea uerberibus lacerati. Pēdēt illi restibus alligati: ego clauis cōfixus. ide laceror/unde substētor. & unī me oportuit substineri inde pendeo. Citius. n. clauis q̄ restibus me posse crucifigi iudei cognouerūt/Latrōes mecū crucifixi caput libere mouēt: corona spinea me sine durissima pœna moueri nō sinit. Fluit de capite p spinas: de manibus de pedibus per clauos sanguis/corpus omne liuet & rubet: manat & madet sanguine: non tn̄ super me: sed super uos ipsas o animæ filiæ Hierusalem flete/Substinete & uigilate mecum.

De titulo supra domini Iesu caput in cruce posito.



PILAtus quia sine causæ seriosa cognitione iniuste contra Iesum tulisse sentētiam stimulis cōsciētiæ urgebatur interius: ubi illum uidit in cruce leuatū: & præter morē clauis affixum: existimauit operepræcium aliquam prætendere excusationem: unde sui animi leuitatem & impietatem palliaret. Itaq; cur Iesum sic punisset paucis aperuit. Est igitur hic actus quasi redditio causæ: & male sententiati ac executi palliatio. Vbi Pilatus cur sic egerit cām reddit. Iudei cām nō bene redditā emendari studēt. Pilatus declaratum mutare recusat. Hæc nobis euāgelistæ demōstrent. Ioannes. Scripsit aūt

& titulum Pilatus: & posuit super crucem. Iesus nazarenus rex iudeorū.
Hunc ergo titulū multi iudeorū legerunt: quia prope ciuitatem erat lo-
cus ubi crucifixus est. Et erat scriptum græce: hebraice: & latine. Dixerūt
ergo Pilato pontifices iudeorū: Sed quia ipse dixit: rex sum iudeorū. Rñ-
dit Pilatus. Quod scripsi scripsi: Redditionē causæ quam ꝓlata & execu
E ta sententia scripsit Ioannes: iam examinemus. Erat lege Romana sanci-
tum: quod & deus per Moysen dudum antea decreuerat: neminē publi
ce occidi: nisi per leges fuisset urgētibus demeritis cōdemnatus. Hoc in
Iesu crucifigendo Pilatus obmiserat: uiro certe celebratæ famæ (si Iose-
F pho iudeo credere uolumus: de illo ista scribenti) Fuit aūt illis tempori-
bus Iesus sapiens uir: si tñ uirum nominare fas est: erat. n. mirabiliū ope-
rum effector: & doctor omnium eorum: qui libenter quæ uera sunt au-
diunt: & multos quidem iudeorū: multos etiam ex gentibus sibi adiun-
xit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorū nostræ gentis uirorum
cum Pilatus in cruce agendū esse decreuisset: non deseruerūt hi q ab ini-
tio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertio die iterum uiuus: secūdum
ꝙ diuinitus inspirati prophetæ: uel hæc: uel alia de eo innumera futura
miracula esse prædixerunt. Sed & in hodiernum diem Christianorū ab
ipso nuncupatorum: nomen restat & genus. Itaqꝫ fama cognitum Ro-
mæ Iesum Pilatus esse considerans: dubitauit apud Cæsarem accusari: ꝙ
tantum ac talem uirum non dicta causa dedisset auaritiæ & inuidiæ iu-
deorum crucifigendum. Vt igitur iuste & pro magna causa extra ordi-
nem Iesum ostenderet crucifixum. Quia inter acta curiæ sententia nō
extabat: titulum. i. causam solam necis: palam facere constituit. Quod
& hac tempestate in extra ordinem punitis fieri sæpe contingit. Vbi infi
mæ sortis & incogniti neq̄ homines: sine titulo enecantur. Qui autem
uel genere uel fortunis: uel nequitia īsigniores sunt: breui cedula aut in
strumentis scelerum super patibulis eorum appensis: cur puniti sint eti-
am mortui contestantur: ut qui præter legem necati sunt: non sine cau-
sa interiisse uideantur. Hac inq̄ ratione fretus ipse Pilatus: quia per te-
stes Iesum non conuicerat: & iudicii formam in damnando eum peni-
tus obmiserat: titulum scripsit: quasi confessionis argumentum: in quo
sibi mentiri coactus est: quod iuste iudicantibus sæpe: immo sēp cōtin
gere solet. Qñ ad iniustitiā palliandam non cām pro cā suæ iniustitiæ:
aut sectari: aut machinari coguntur. Quāuis ergo Iesus nō se dixisset re
gem iudeorū: illorum. s. quibus Pilatus a Romanis præses datus fuerat:
& aperte dixisset regnum suum non esse de hoc mundo: tamen nullum
atrociorem titulum Pilatus inueniens: unde magis tutari posset præter
ordinem

ordinē crucifixi pmisisse Iesum: pro nulla causa: pro nulla sententia: pro nullo iuris ordine in uiri iusti damnatione seruato: falsum sua opiniōe titulū & plane mentitum/ Scripsit super crucem eius/ iam crucifixi/ scriptum affigi mādauit. Iesus nazarenus/ rex iudeoꝝ/ super duos latrones/ nihil penitus scripsisse legitur. Quorū de eorum damnatione in actis prætorii plene cōstabat. Iesus nazarenus rex iudeoꝝ eē constituens. Punitus est ita: ut cæteris regnū affectantibus transeat in exemplū. Hæc est tituli ratio/ secundum quam Pilatus se apud Cæsarem/ tutari posse confidit. G

Improbatio tituli.

Hunc ergo titulum multi iudeorū legerunt: quia prope ciuitatē erat locus ubi crucifixus est. Et erat scriptum græce/ hebraice/ & latine. Puduit iudeos & alienigenas hūc titulū legi & intelligi: uerentes nequando illis exprobraretur (& a græcis imprimis quibus erát odio) regē habuisse crucifixū. Et quod erat infamius illis instantibus & magna uoce a Romano præside postulātibus crucifixum. Hāc infamiā apud exteros timētes insani: mutatione tituli euitare tētauerūt. Dixerūt ergo Pilato. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed quia dixit: rex iudeorum sum. Ita. n. non uidebimur crucifixisse uerū regē: sed regē assertū: neq; a multis sed a se ipso: Ideo addunt. Sed quia dixit: rex sum iudeorū. At præses qui non eoꝝ infamiæ: sed suæ cautelæ: in tituli appositiōe rōnem hre cōstituit: tutius duxit titulū pmanere. Quod. n. se dixisset regē: iscitiæ & simplicitati (quā Herodes se deridere putauit) ascribi poterat: & iustū non erat: simplicē & semifatuū pro uerbo penitus ridiculo crucifigi: psertim quod ope nō esset aggressus implere. Ita perseuerans in suæ excusationis occasione robusta/ Rñdit Pilatus/ quod scripsi scripsi: ut pmaneat: Quod scripsi scripsi & publicaui: iā mutari nō expedit/ Quod scripsi scripsi: sciens & prudens scripsi certa rōne penes me constante: quā uobis non habeo reddere: neq; ab illa uolo recedere. Et certe Pilate hoc unum īter tot mala pusillanimitatis & inconstantiæ tuæ bene agis: q; perstas/ & titulū non mutas. Credis te mentiri & nescius ueritatem scribis. Nullus uerior titulus cruci nostri saluatoris potuit iscribi: qua de re alias fortasse copiosius/ nunc per summarium differamus. Iesus saluator interpretatur. Hic quem crucifigis: saluum facit populum suum a peccatis eorum. Saluat autem per mortem crucis: quod dudum Moyses figurauit. Quādo serpentem æneum suspendit in ligno. Populus tunc in solitudine positus qui mordebatur a serpentibus uenenosis/ attendebat serpētem in ligno pendentem & sanabatur. Homines qui a dæmonibus in hac solitudine & silua condēsa humanoꝝ affectuū per uarias suggestiōes peccatorum

H

I

uenenati sunt: Christi crucifixiõe: morteq; absoluũtur a culpa: liberant a pœna: præseruãtur in grã: Si modo illũ intueantur per fidem rectã. Intuere Iesum o Pilate: intuere saluatorem tuũ: & uos o fratres aduertite titulum. Hic cũ quo mecum substinetis: & uigilatis. Hic quẽ pendentem in cruce uidetis: qui tristis est usq; ad mortẽ: & non multo post pœnarũ nimietate moriturũ: Pilati. i. gentilis hominis testimonio: uiri certe pro
K officio quod gerit nõ spernẽdi. Est Iesus. i. saluator: liberator: redẽptor. Estis captiui: seruiq; peccati: affixus est cruci ut nos redimeret. Gratis uenundati estis: uestra uolũtate: nulla necessitate: nulla mercede: sed malo uestro ꝓposito uenũdati estis pyratæ efferatissimo diabolo. Sine argento redimemini. Sanguinẽ & uitã uendidistis: & qđ plus est aĩam: quæ argẽto nequit cõpensari. Iesus sanguine suo hodie uos redimit: neq; parcus ẽ hanc monetam pro uobis expẽdere. Iam apuit quinq; portas ærarii sui. Vnde quaq; ꝑcium exponit: mõ illud uelitis expẽdere. Fuisti supbus: accipe de sanguine: qui p coronã exit a capite: humiliaberis. Vide quia pro tua supbia Iesus in cruce caput leuare nõ põt. Deprimit illud corona spinaꝝ. Si erigitur pũgitur accutissimis spinis. Accipe o supbe de hac ærarii huius sacratissimi & ditissimi porta unde te redimas. Es auarus aut inuidus? Perge ad aliam ærarii ianuam. Manum dexteram crucifixi Iesu sanguis inde profluit abundãter: aperta est ad errogandũ pro te: non metallum: sed sanguinẽ proprium. O auare cur pro eius amore pecuniam nõ eroges: qui pro te redimendo: largissime sanguinẽ de manu sua dextera fundit? Extensa est ad amplexãdum. Audies paulo post q̃ sit beneficus. Amat omnes: omnibus gaudentibus cõgaudet: non cum omnibus tm̃: sed pro oibus dolentibus dolet. Cur tu non deponis inuidiã? qui Iesum omnes homines amplexantẽ: & pro illis omnibus manu dextera sanguinem ꝓpriũ abundantissime dantem uides? Es luxuriosus aut gulæ uẽditus? Iesus sinistra manu ꝑ tuis culpis mercedẽ soluit. Tu mollibus delectaris: illa ferro accutissimo pforata: ligno affixa pro te laceratᷣ: sanguinẽ copiose spgit per multã amaritudinẽ ĩdicibileq; dolorẽ: ut totas in sanas delectatiões modereᷣ: sistat: frenet: & pro illis satisfaciat. Es ne iracũdus? Curris ad uindictã: hinc quoq; captiuus effectus inferno? Apta est pro te in Iesu ærario alia porta. Pes dexter affixus est cruci: ut ĩpetus iræ te non rapiat: fluit sanguine: ut pro sanguine quem fudisti: uel fundere decreuisti satisfaciat. Laboras accidia: & illa te captiuũ detinet? Alia ærarii porta pro te quoq; in Iesu corpore aperta est. Pes sinister est accutissimo clauo perforatus: ut stimulis pungẽtibus deponas accidiam. Dominus Iesus totus erectus: & animi plenus q̃tũlibet pœnis exacerbatus stat: & pedibus

& pedibus substentatur: ut spe te discas subleuare: & ad bñ operandũ eri gere. His igitur qnq portis in Christi corpore: Quasi in ærario apertis: Quia per quinq sésus septé peccatis mortalibus uenũdati sumus: gtis sine argéto: sed nõ sine pcio redimimur sanguine dñi Iesu Christi. Titulo ergo in saluatoris cruce ponédo: nullũ melius poterat dari principiũ q̃ Iesus nazarenus/a Nazareth deriuat͛. Est eni a loco originis deductũ: Multa significás. Iuxta Hieronymũ nempe nazareus: seu nazarenus/uirgultum/uel floridũ/siue custodiés aut sepatus: mũdus: sanctus: unctus: aut cõsecratus nobis sonat. Quæ oĩa significata titulo crucis Christi ita cõcinunt: ut nullibi melius possint resonare. Obmitto iam præsagitũ saluatoré nrũm oriri sicut uirgultũ de terra sitiéti. Sileo de illo pdictũ. Flos de radice ascédet in uirga Iesse: Et reliqua huius nõis significata: a pphetis de Iesu copiosissime & aptissime cõscripta ptranseo. Custodientis rõnem silere hic nõ debeo. Custodis est stare in specula: oĩa circũspicere. Iesus qui nos saluat: altus residet in monte caluario: & eleuatus in cruce: attentus ad oĩa picula gregis: præsto est ea omnia propulsare. Rex iudeorum. Hoc sufficiat explanasse superius.

Improperatio.



MILItes ergo cũ crucifixissent eum acceperunt uestimenta eius. Et fecerũt quatuor partes unicuiq militi parté: & tunicam: Erat aũt tunica incõsutilis desup cõtexta per totũ. Dixerunt ergo: nõ scindamus eam: sed sortiamur de illa: cuius sit: Vt scriptura impleret͛ dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi: & in uesté meã miserunt sorté. Et milites quidem hæc fecerunt. Matheus. Prætereũtes aũt blasfemabant eũ mouentes capita sua & dicentes: Vath qui destruis téplum dei: & in triduo illud reædificas: salua temetipsum. Si filius dei es descende de cruce. Similiter principes sacerdotũ illudentes cũ scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit: se ipsum nõ põt saluũ facere. Si rex israel est: descendat nunc de cruce: Confidit in deo: liberet eum nũc si uult. Dixit enim quia filius dei sum: Id ipsum autem latrones dicebant.

Improperationis declaratio: & primo a carnificibus illata.

Os est pro humanitatis necessitudie: reis damnatis dũ puniunt͛ compati q̃tumlibet iuste uexentur: aliquid refrigerii impartiri: saltem uerbis consolatoriis eorum pœnam reddere mitiorem.

Cædunt pro Iesu crucifixo omnia in contrarium. Pilatus crucifixum tituli appositione derisit: & ad sui excusationẽ erroris: falsã crucifixo cãm mortis se putat inscribere. Carnifices ante crucifixi oculos uestimenta diripiunt: & super tunicam eius præciosissimo sanguine madentẽ/sortem mittũt. Prætereuntes illũ iracunde blasfemãt. Pontifices/scribæ/& pharisei deridẽt: cauillis/salibus iniuriose aggrediuntur. Latro cõmunem pœnam qua iuste tenetur inuitus: spõnte cruciato impropat. Continet igiẽ hic improperatiõis actus/Direptionẽ uestium a carnificibus/Blasfemias a prætereũtibus: Sales & cauillos a põtificibus/a latrone exprobrationẽ pœnæ. Sigillatim hæc inspiciamus quæ simul ab euãgelistis accepimus.
L Carnifices ab euãgelista hic milites dicti sunt: quia Romanã fortasse militiã sequebãtur: qñ a Romanis lictores dabantur ducibus exercituũ: & præsidibus ciuitatũ. Est igitur rationi cõsentaneũ Pilato præsidi aliquot fuisse lictores sequẽtes exercitum, puinciæ iudex: & ciuitati Hierusalem
M custodiæ deputatũ. Quatuor ergo lictores: quatuor inq̃ carnifices/romanæ militiæ ascripti/cruci cõfixerũt dñm Iesum. Vnus dexterã manũ: unus sinistram pforauit: atq; cõfixit. Tertius pedes cõposuit & cõtinuit: dum alter clauo utrũq; cruci cõfigeret. Non est.n.rõni cõsentaneũ milites Romanos/uiros gloriosos tale ministerium executos: neq; ad tam tenuem prædam diuidendam descendisse. Ita pro suo numero carnifices pdam tenuẽ in quatuor diuidũt ptes/Vnicuiq; militi uel potius lictori: siue carnifici/partẽ/cõi concordia distribuẽtes. Et tunicã accepunt hi carnifices in pdam. Erat aũt incõsutilis tunica desup cõtexta per totũ. Hãc existimo fuisse interiorẽ tunicam: carnẽ Christi tangentẽ ad nudũ: de cuius dignitate: & cur incõsutilis: cur desup cõtexta per totũ: Cur illam nõ diuiserunt carnifices: sed sortiti sunt: pro tenuitate nostra scripsimus: dũ dignitatem instrumẽtoꝝ passionis Christi examinaremus. Hanc tunicã lictores penitus integrã sortiti sunt: Q m̃ per suturas diuidi nõ posse uidebant: Q m̃ insuper eẽt angusta. Existimauerũt.n.si diuideret: in frustra reddi penitus inutilẽ: dũ quarta pars eius/ad cõtegendũ corpus minime sufficeret: & panno alteri componẽda/eẽt inutilis: quoniam non
N ut pãnus texta liciis sed maculis erat. Dixerunt ergo non scindamus eã: sed sortiamur de illa cuius sit. Integra enim erit uni usui: diuisa erit singulis penitus inutilis: sicq; sortem illos misisse euangelista confirmat: quando illud propheticum dicit impletum. Partiti sunt uestimenta mea sibi: & super uestem meã miserunt sortem. Qui me in cruce laniauerunt clauis: uestimenta quoq; mea sine iniuria esse noluerunt. Lacerant per quattuor partes superiores tunicas: interiorẽ sibi sortiuntur.
Iniuriam

niuriam passus fueram ab Herode per derisum purpura idutus nouā iniuriam patior a carnificibus:qui per auaritiā uestimenta lacerāt quatri farie. Sed utinā a malis Christianis hæc ipsa uestimēta peius nō distrahe rentur. Illi supiora tantum indumenta:per auaritiā lacerant:interiorem partiri non audent:quæ nunc in minuta frustula cōciditur ad horā. Sed redeamus unde discessimus. Super uestem meam interiorē inconsutilē: miserunt sortem: Venditus sum triginta argenteis a principio passionis: Vestes meas lacerari:& sortis.i.ludi præcium uideo fieri in fine. Et milites qui hæc fecerūt:carnifices qui me crucifixerunt:quia suæ crudelitatis mercedē:ob meam pauptatem nulla numerata pecunia assequi potuerunt: Vestimēta mea in meæ sortis præcium sibi diuiserunt. Et certe hæc fecerunt quæ prophetata iam fuerant. Diuiserunt quæ diuidi poterant: quæ nō poterant sortiti sunt. Sed non eorum auaritiæ:aut impudentiæ rationem hr̄e me conuenit. Sum Iesus:etiam teste Pilato: Quare iuxta titulum quem inscripsit:iuxta.s.mei nominis rōnem:me agere cōdecet: saluare illos præsto sum. Statim hoc omnibus notum faciam. Substine te & uigilate mecum. Pro custodis officio aspexi iam crucifixores & carnifices:nunc alios pro custodia aspiciam.

Declaratio blassemiaꝝ a ꝑtereūtibus cōtra crucifixū Iesum dictarū.

P Rætereūtes aūt blassemabant eū mouentes capita sua dicentes: Vat qui destruis templū dei:& in triduo illud reædificas: salua temetipsum:si filius dei es descende de cruce. Magna incōditæ plebis frequētia ad spectaculū crucis cōfluxerat:horum plurimi pontificum gratiam aucupantes. Prætereuntes.i.nunc hac:nunc illac discurrentes circum crucem:mouentes capita ad ire & odii indicium indignabundi. Vat.n.interiectio indignātis:& feruidi animi affectum indicans est blassemabant. Vt ex animo facere monstrarent:indignationē præferebant acerbissimam. Blassemare est uerbis iniuriā inferre. Iniuria aūt fit: uel debitum subtrahēdo:uel adducendo nō debitū. Debuissent isti agere gr̄as saluatori Iesu:& redemptori humiles se oñdere. Compati debuissent angustiis eoꝝ gr̄a supportatis/indignationē & iram præferētes blassemabāt nutibus capitis furibūdi dicētes. Vat q destruis tēplū dei/& in triduo illud reædificas. Mentiebanť apte Iesum aliqn̄ dixisse se uelle destruere aut destruxisse templū dei/ut in tribus diebus illud reædificaret: possum destruere si dixisset/ut testes ultimi asseruerūt:minime mentitus eēt. Mētimini uos. Nō destruxisset ut reædificaret tm̄: Stultū.n.hoc erat/ uentosum & ꝑstigiosum fecisset/ut tali opē nō creaturā/sed creatorē uestrum illū eē agnosceretis. Mentimini blassemātes:quia non factum nō

dictum asseritis: quasi uel dixisset: uel agere fuisset aggressus. Mentimini qñ ueram cãm rei si fieret: si diceret non adducitis. Ita blassemantes nutu capitis: & interiectiõe uocis indignabunda falsam calumniã struunt. Blassemãt adhuc peius qñ dicũt: Salua temetipsum: quasi se saluare nõ possit deridẽtes. O fatui aspicite titulũ/Iesus est pría tituli dictio. Quid est aliud Iesus nisi saluator? Ipse salus est oium: saluari nõ eget: uexat ad modicũ sed non piclitatur/nõ frangitur/moritur: sed mors illi nõ dominabitur. Si filius dei es: descende de cruce. Satis sit stultitiæ uestræ blassemasse hoiem Christũ: nolite quæso attigere deũ. Est uere dei filius qd res indicabit: sed suo tpe. Plus erit resurgere a mortuis: de ĩfimo limbi tenebrisq; sepulchri/ad lucẽ solis ascendere intuendã: & in empyreum cœlũ se sua uirtute trãsferre: q̃ descẽdere de cruce. Quia filius dei est: & per nimiã charitatem nascẽdo descendit in hoiem: ultimam qdem creaturã rõne pollentẽ: nõ debet amplius descẽdere nisi ad inferos ut hoĩes ascendere faciat ad supos. Huius rei grã ascendit in crucẽ: descendere inde non uult: sed pro urã salute deponit. Non descẽdit de cruce: ne uos descẽdatis in infernũ: cruce illic perpetua puniẽdi. Desinite infœlices: deponite amentiã: contraq; propria cõmoda laborare desistite. Si descẽdat de cruce: uos in inferno cruciabimini semp. Custos Iesus asperit ad uos: inconsultã multitudinẽ: cõtra propriã cõmoda (ut semp soletis) stolide laborantem. Melius faceretis substinere hic & uigilare cum illo qui uobis datus est custos & saluator.

Illusionum & blassemiarum pontificum & sacerdotũ declaratio.

Imiliter & principes sacerdotũ illudẽtes cũ scribis & senioribus populi dicebãt: ut mali reip. moderatores: populi furorẽ in malum augeant/applaudũt insaniæ atq; blassemiæ uulgi cui peiora adiiciunt/ne frustra præesse uideant. Alios saluos fecit: se ipsum non põt saluũ facere. Quid sibi uolũt insanæ hæ uestræ blassemiæ? Loquimur per ironiã. Alios saluos fecit? Minime. Quia neq; se ipsum põt saluum facere. Falsa sunt quæ de illo dicunt saluasse alios: & uaria sanitatũ dona tribuisse saluando. Hæc si fecit: non ex auctoritate: nõ sua uirtute id fecit: põsset & se eadem rõne saluum facere: sed quia alios uel nõ uere saluos fecit: uel arte & dæmonio suffragante id fecit: nunc q; ars illũ defecit: estq; dæmonio destitutus. Ideo nõ põt se ipsum saluũ facere. Si rex israel est: descẽdat nunc de cruce: & credimus ei. Alia ironia peior priore. Regum israel nemo hactenus est crucifixus: hic nũc pendet in cruce: nõ est ergo rex israel: qui si rex est: & a crucis pœna se liberare nõ potuit: liberet se descẽdens de illa. Reges.n. si qñ capiuntur ab hostibus: aut saluant

a suis liberati/aut se redimũt. Agat secundũ ut rex: quia primum ut deus euitare non potuit. De cruce descendat: uel liberatus/uel redẽptus a suis: & credimus ei. Vtinam hoc ultimũ diceretis: ex corde: sed mẽtimini. Nẽpe quia saluator custos est crucifixus Iesus/& ꝓ custodis offõ cordiũ secreta rimatur ex alto/ Si uos ex corde uideret hæc ultima dicere: sanus & illesus de cruce descẽderet: neq illũ pigeret iterũ crucifigi. Plus fuit super mare siccis pedibus ambulare/per quadraginta dies & totidẽ noctes cibũ non sumere. Ex pauculo pane tot hoium milia bis saciare: donare tot sanitates: natis cæcis uisum præstare: resuscitare mortuos ad funeris pompam iã cõpositos/iam elatos/iamq sepultos/iam fœtidos & resolutos/q̃ de cruce descẽdere: plus erit spoliare infernũ: & inde tantã secum aĩarum ducere multitudinẽ/de sepulchro exire/q̃tumlibet custodito/q̃ de cruce descendere. Vos aũt quia prioribus miraculis nõ credidistis: neq futuris uirtutibus credere ꝓposuistis/etiã si de cruce descenderet non crederetis. Sequens blassemia ꝓpositum uestrũ apit: & an credere uelitis monstrat euidentissime. Pergite loqui pro uestra nequitia. Cõfidit in deo: liberet eum nunc si uult: O puerisi & totius plebis uestræ longe stultissimi: quæ est hæc rabies? Cũ legẽ plene noueritis: ideoq certũ teneatis: nihil g̃uius puniri præcepto legis q̃ blassemiã in deũ/tñ aperte non uos pudet blassemare deũ? Nõ ueremini eius iudicia? Manifestũ est quia legem ore tenetis/nõ corde. Alligatis per illã onera grauia & importabilia/super humeros simpliciũ: uos aũt neq digito tenere lege aut uultis: aut creditis. Satis erat derisisse Iesum: & iam moribũdũ hoiẽm: salibus cauillisq afflixisse. Satis erat uestræ cõsciẽtiæ testimonio uos impudẽtissime esse mentitos. Cur cõtra deum prẽm tam supbæ nunc blassemãdo cõsurgitis? Nonne deus si uelit illũ poterit liberare? Liberauit prẽs uestros ab exercitu ægyptioꝝ. Quibus mari: mõtibusq cõclusis: uiã inter aquas apuit: & quasi pro muris undas solidauit. Aquã de petra largissimã illis eduxit. Solem pro illis cõtra Gabaonitas stare fecit. Diuisit diuertitq Iordanẽ. Exercitũ ualidissimũ uni Ionate ꝓfligandũ dedit: Goliã gigantem armis exercitatissimũ per inermẽ Dauit (nil nisi pastoritiã exptum) singulari certamine detrũcauit. Armatos hoies sine nũmero: quos in malum uestrũ uexerat Senecarib: sine urõ labore fudit: fugauit: deleuit. Tot magnalia urĩ gratia fecit: quot nusq̃ lr̃is traditum pro aliis fecisse inuenit? Cur nũc illi hãc uicem redditis: quasi deridẽtes uirtutẽ eius: ut etiã si uelit: nõ possit liberare iesum? Quid est quæso aliud dicere? Confidit in deo: liberet eũ nunc si uult: nisi per derisum insurgere cõtra deũ? Quid sibi uolũt hæc uestræ uerba blassemiæ? Supauimus aduersariũ nostrũ: sic illum affeci-

mus:eo adduximus:ut deus si uult eum liberare non possit:Si secus est q̃ dicimus:faciat deus quod fieri posse negamus.Scimus quia confidentia crucifixo non deerit. Fide Noe in archa saluatus est. Fide Abraam sine iniuria peregrinatiōem compleuit:filium in senectute genuit:quem imolare deo non dubitabat. Filii liberationem obtinuit:promissiones est assecutus.Fide Iacob manus euasit Esau. Fide Ioseph liberatur a carcere:Aegypto præficitur:pascit patrē & fratres. Fides Moyses accessit ad rubum:suscepit signa quæ ostendit Pharaoni. Aegyptios mersit in mare:Populum per quadraginta annos pauit in deserto atq; protexit. Fide Iosue muros Hiericontæ tubarum clangore diuulsit:Iordanem diuisit: solemq; firmauit.Fide Ieptæ paucis cum hominibus fugauit ingentem exercitum. Iste confidit in deo:sed nihil iam proderit ei : liberet eum si uult.Certe non poterit:quia nos iam illi restitimus. Acta res est. Pendet in cruce iam penitus exanguis:Laceratus est totus. Manus laniate sunt clauis. Ferrum pedes confodit.Liberet eum si uult:Liberatus erit inutilis.Vita in sanguine est:hunc exhausimus flagellis : corona & clauis absumpsimus:non diu uiuet:Non potest etiam si uelit:deus eum liberare a morte sanguine iam defecto. Q uod si fecerit saltem a debilitate liberare non poterit clauis manus pedesq; confossum.Nos enim tanto sagacitatis & solertiæ studio præualuimus:ut uolens deus illi esse auxilio nō possit. Liberet eum si uult.Si etiam esset eius filius:eum non sufficeret liberare. Enim certe quia dixit filius dei sum : Vt hoc sit uerum liberet eum deus si uult.Sicut pater filium liberare studet:certe nō poterit. Vobis parum est o impii(ut uideo)molestos esse hominibus:molesti estis & deo pro blassemia tam execranda:ut præsumatis tātam in angustiam traxisse dominum Iesum/q; etiam si plena fide speret in deo: & illum uelit deus liberare: & eo studio uelit:quo pater filium in tantis malis constitutum liberare studeret non tamen possit. Iactabundi ad inuicem ridetis & plauditis de crudelitate & impietate tam dira:latronum alter crucifixus illis fauet:sed de eo apertius paulo post dicam. Redeamus ad Iesum nazarenum custodem in specula. Non sic facit Iesus custos(si modo uultis)saluator uester.Audite illum qui pro custodis officio de cruce carnifices/plebem/uos malorum omnium auctores cōtuetur:auscultat uos/maledicitis & blassematis/Ille benedicit uobis : orat pro uobis: excusat uos audite eum.

Codicillus domini Iesu Christi prima particula.

Iesus autem



IESVS autē dicebat pater dimitte illis qa nesciunt quid faciūt. Anteq̄ Iesus ad hortum accederet: ut se illic capiendū exponeret: testamentū cōdidit: cuius supra tenorem inspeximus. Nunc ꝙ sibi mortē iminere cōspicit/codicillum ordinat. Et q dixerat si exurierit inimicus tuus ciba illū: si sitit: potum da illi. Ope cōprobat doctrinam suā. Inimicos.n.sibi constituerant se carnifices crucifigentes. Populi eū deridētes/cōminātes & maledicētes eidem principes sacerdotū: scribæ & seniores lætantes ꝙ malefecerint: & in rebus pessimis suæ blasfemiæ gloriātes. Non reddit illis Iesus maledictū pro maledicto: sed e cōtrario benedicit. Pater mi inquiēs ne iudices pro carnificū/populi/principūq; demeritis. Ignosce eis pr̄. Ego libēs condono iniuriā meā: nolo uindictā: sed remissionē. Inimici isti nr̄i exuriūt per auaritiā: quæ eos obcæcauit/& traxit in rabiē carnes meas deuorari pœnis. Sitiūt sanguinē meū totum effundi: cibemus illos charitate: potemus clemētia. Dedi iā carnē in cibū: sanguinem in potū sumere uolētibus a qua refectione Iudā nō exclusi. Aspice pater titulū capiti meo supra positū. Non discordat a legatione tuo noīe per Gabrielem angelū mr̄i meæ exposita. Dixit ille/uocabis nomen eius Iesum: qd' significat saluatorē. Nolo pr̄ si possum inani uocis & nois pōpa iactari. Rem uolo nomini cōgruentē. Alienigenæ & tui nois gloriam nesciētes: me Iesum nazarenū īscripserūt: Sim quæso pr̄ custos ouilis tui sim saluator. Ne pdas pater ꝑ meis pœnis hos peccatores: ne punias eos. Vindictā ne sumas de peccatis eoꝝ. Dixit angelus hic erit magnus. Mi pr̄ magnifica me. Nihil ego magnanimius īuenio q̄ donare iniurias. Si qd maius est: nihil esse iam pōt/nisi sanguinē donare cū uita. Inspice pr̄ q̄tū sanguinis sparserim. Vide caput sanguine cruentū. Vide corpus oī pelle nudatū & cruore uestitū. Vide laceras manus sanguine manātes. Vide discerptos pedes: riuos sanguinis factos. Hæc pro animi magnitudine dono iustitiæ tuæ ut hoīum peccata dimittas. Magnū me demonstra: remittendo quæ peto. Dixit idē angelus. Filius altissimi uocabit᷑. Cōsentaneū est pr̄/si sum tibi filius/me tui eē simillimū. Tu solem oriri facis sup bonos & malos/pluis sup iustos & iniustos. Gr̄am qua me repleuisti/& p quam me eē uoluisti lucē quæ illuminat oēm hoīem uenlētem in hunc mūdū: lucere iube bonis & malis. Pluuiā sanguinis de meo corpe quasi aquam de nube manantē/pluere decerne super iustos & iniustos. Ista pr̄

sine causa non peto. Peto ex titulo passiōis meæ. Vñ sũ Iesus nazarenus: saluator & custodiēs. Sum ēt rex iudeoꝝ. Meũ est regni consulere utilitatibus. Nulla maior in regno utilitas q̃ hoium salus. Per nomen meũ: per agnomē: p regni titulũ maiestate plenum rogo pr̃ dimitte eis. Quid dimittā fili? Dimitte iniurias mihi illatas: non dāna sola: sed emēdas dāni. Dimitte oia & singula quæ mihi tu rex regũ posses ut filio reseruar: quæ ut dñs dñantiũ repetere posses. Sed qbus dimittā fili? Illis. Quibꝰ illis? Illis carnificibus qui me crucifixerũt: & pro funibus clauis ad me crucifigendũ usi sunt. hi pr̃ penitus/nesciũt qd faciunt. Accipiũt uestimenta in necis p̄cium: & p̄miũ crudelitatis: existimātes nihil plus meæ mortis merito cōsequi posse. Purũ hoiem credũt interimere: q illis amplius usui eē non possit. Credũt pro ministerio lictoris & carnificis nihil aliud sibi incũbere: nisi qd' præses iusserit: nesciunt iure an iniuria crucifixus pēdeā.
Y
Istis pr̃ in meo codicillo dimitto: & cōdono damnũ laceratæqꝫ uestiũ. Dimitto crucifixionis iniuriā. Tu idem facito pro fidei cōmissarii munere: quo fungeris: pro amore quo me filiũ tuũ amplecteris. Dimitte eis. Debes hoc facilius agere: quia ignorātia istos excusat/nesciũt qd faciũt. Vis
Z
ne aliis dimittā fili? Dimitte incōsultæ multitudini circũstanti: circũ concursanti: nutu capitis: incōditis & horrisonis uocibus cōtra me surgenti/ deridēti & blasfemāti. Quid dimittā & istis? Damnũ & offensam. Consenserunt in mortē meā: Barrabam mihi p̄tulerũt/astiterunt crucifigētibus carnificibus/applaudũt pōtificibus scribis & pharise s: meaꝝ pœnarum primis auctoribus: sed ab eis seducti sunt. Nesciũt qd faciũt. Illi etiā uere p ignorātiā peccāt. Dimitte ergo & istis : qtũ prioribus dimitti roga
A
ui. Qum & in codicillo meo: his dono culpaꝝ oium remissionē/ut hæreditariam pacē assequātur. Dimittā & istis o fili: pro qbus ne dũ postulas? sed rōne plenā excusationē adducis. Pontificibus, scribis/phariseis/& populi senioribus qui teste Pilato nō per ignorantiā: sed per inuidiā te tradiderũt/qui sciētes legē & p̄phetas interpretātes: nũc te meqꝫ blasfemāt/ uis ne dimittā? Mi pr̃ dimitte illis. Scis pr̃: qm̃ ubi sup abundat delictũ: gloriosius est principis grām sup abũdare. Non decet magnitudinē nostrā: neqꝫ clementiā tuā/horũ malignitate superari. Si solis oino ignorātibus dimiserimus: nō erit multa gloria remissionis. Pueris & furiosis humanæ leges peccata dimittũt: qa ignorantia illos excusat. Dimitte & istis ut misericordia tua iudiciũ hoium excessisse noscatur. Isti qdē pr̃ mi (ut
B
Pilatus attestatus est) p inuidiā me tradiderũt. Sed hæc ipsa inuidia illos reddidit ignorātes. Tũ pr̃ nosti qm̃ obcæcauit eos malitia eoꝝ: cæci sunt culpa qdē sua: sed ideo miserabiliores: qa ipsi sibi cæcitatē adduxerunt.

Dimitte

Dimitte pr̄ eis/q̄m q̄tūlibet sint humana sapiētia pleni: humanā tn̄ fragilitate supati rōnis apicē sensui subdiderūt: & iō nesciunt qd faciunt. Pro istis pr̄: qui te tā atrociter blassamauerūt: nō solū peto remissionē: sed excusationē affero. Nesciūt qd faciunt. Quia scire nolūt. Priores nesciūt: quia indocti sunt. Isti nesciunt quia a scīa per malitiā seipsos auerterunt. Didicerunt qdem: sed intelligere noluerūt. Didicerūt/sed obliti sunt iudicioꝝ iustoꝝ. Q̄m ad iustitiā sunt spōte cōuersi. A principio testamēti mei/reliqui iure hæreditario pacē hoibus bonæ uoluntatis: puersis eam donaui. Vt si quasi hæredes iusti hanc hr̄e nō p̄nt: hēant q̄uis neq̄ serui/ tn̄ clemētia liberalissimi dn̄i & testatoris. Dimitte & istis oēm iniuriam: oēm pœnam: oēm recōpensam/ut possint si uelint pace frui: quā iter te & hoies me firmare misisti. Nolo pr̄ amplius interroges qbus dimitti uelim. Si tam iniuriosis tibi & mihi molestis supplico dimitti: cōsentaneū est me oibus hoibus dimitti quæ iā dixi uelle. Pr̄ dimitte eis: qui usq; in p̄sens peccauerūt: qui nūc peccant: & qui peccabūt in posterū. Sint peccata q̄tūlibet grauia/turpia/iniuriosa/dānosa. Quia nesciunt qd faciunt. C

Hæc est prima pticula codicilli dn̄i Iesu Christi pēdētis in cruce: iniuriarum remissio. O p̄res/o matres familias læserūt ne uos unq̄ filii ur̄i/aut filiæ ur̄æ/serui uel ancillæ/iniuriatus ē uobis amicus cōsanguineus/affinis/uel familiaris. Audite Iesum. Pr̄ dimitte illis. Ego dimisi crucifixoribus meis. O princeps & reipu. præsidens: qui p̄ris fungeris offō: læsus es a subditis? Audi Christū in cruce pendētē. Pr̄ dimitte illis. O fr̄/o soror/ o sodalis o amice o uicine es læsus ab aliquo? Audi Christū: hic subsiste: hic uigila: ut illū ualeas imitari: dimitte iniuriā: Dn̄s Iesus Christus non solū iniuriā relaxat: sed dimitti orat a p̄re: sed atrocissime iniuriantes coram deo excusat. Læditur & non attendit. Blassematur & bn̄dicit. Occiditur & uitam donat. Quis uestrū est passus tā acerbas iniurias? Quis tam improbe: tam ptinaciter læsus: tam turpiter offensus: tam dire habitus q̄ dn̄s Iesus Christus: a cuius iniuria iam crucifixi: nō cessatur? Pēdet in cruce sanguine uacuus & blassemat᷑: non tn̄ irascitur: neq; uindictam quærit: indulget & excusat. Nos ergo omnes cum illo dicamus deo p̄ri. D

Pr̄ quoniā dn̄s noster: redēptor nr̄: saluator noster: rex nr̄: filius tuus oēs iniurias cōdonat: nos inuicem tantorū dolorum pro quibus est (nostri gratia) tristis usq; ad mortē: indulgemus omnibus qui læserunt nos. Dimittimus iniuriā: non quærimus uindictā. Tu pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. Sic facientes assequamur hæreditatē in regno Christi & dei. Pacem. s. hominū bonæ uoluntatis: testamēto a dn̄o Iesu Christo relictam: & codicillorum iure firmatam.



VNVS aũt de his qui pendebant latronibus blasfemat eum dicẽs, Si tu es Christus saluũ fac temetipsum & nos. Rñdens autẽ alter increpabat eum dicens. Neq; tu times deũ: qui in eadem dãnatiõe es. Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: hic aũt nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesũ. Memẽto mei dñe dũ ueneris in regnũ tuũ. Dixit ei Iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

u Nus de his qui pendebãt latronibus. Ad leuã iste pẽdebat in reproborum locum. Ad illam nanq; in die iudicii perditi oẽs iudici

E astabũt, blasfemabat eũ dicẽs. Si tu es Christus: saluũ fac temetipsum & nos. Duas uno cõtextu protulit iste blasfemias: ex radice infidelitatis prima/Secunda de officina impatiẽtiæ surgit. Si tu es Christus ponit in dubio qđ firmissime oportuerat cõfiteri. Dubius aũt in fide, infidelis est. Audiuerat Pilatũ dixisse semp de Iesu qui dr Christus. Videbat titulum uim nois & agnominis agnoscebat: & nihilominus diffidebat/ideoq; per cõditionẽ quasi negans dicebat, Si tu es Christus: saluũ fac temetipsũ & nos. Nõ uult pœnã pati cui pro iustitia erat obnoxius. Salutem domini nři Iesu ut debuit nõ quæsiuit. Q ñ non pro eius innocen

F tia postulauit: sed pro eius cõmodo. Saluari requirit spreta iustitia quã habet exosam. Non aliter faciunt damnatorum aiæ: Si quid.n.boni uolunt/non pro iustitia: sed pro suo cõmodo/uel pro incõmodo euitando uolunt. Vellent si possent ꝓ sua incõmoditate dei tollere iustitiã. Q uia tollere non pñt: oderunt & in ambiguo ponũt. Neq; dicunt: quia iustus es: nos iuste patimur. Hic igitur latro pendens in sinistra Iesu: melius dixisset: quia es Christus libera te si uis. Nos iuste patimur: sine patiamur. Sed quia impatiens est: & per impatiẽtiam desperatus: dñm saluatorem

G alloquitur ironice. Q uid tu prẽm rogas indulgere crucifixoribus nřis. Si tu es Christus: Si tu es dei přis filius stude saluti tuæ & nostræ q tecũ patimur. Deinde crucifixorum nostrorũ salutis rõnem hře poteris. Sed q͂a ut uideo es moribundus: neq; te liberare potes stolidã rem agis: & operam pdis orando prẽm ut nřis crucifixoribus indulgeat. Rñdens aũt al-

H ter latro pẽdens ad dexterã dñi saluatoris: ad quã in iudicio stabũt iusti: increpabat eũ dicens. Neq; tu times deũ qui in eadem dãnatione es. Initium oĩs sapientiæ timor est dñi. Accipe timorem dñi & resipisces. Incipe timere

timere deū: desines desperare: desines blasfemare: disces te humiliare/& benedicere benefactori nr̄o/nobiscum in cruce pendēti. O te infœlicem quē tam acerba pœna non castigat. Sed hn̄t hoc pessimū reprobi: ut sem per correctione frangantur: fiantqꝫ dū corripiunt᷑ magis/inutiles. Probi si qn̄ castigantur: pœna illis fit fructuosa. Es certe infœlicissimus: qui cū sis in eadē dānatione/pœnæ cōtubernio nō molliris: sed insurgis. Audiuisti Pilatum de iustitia huius/quē derides/contestantē. Q ñ dixit innocens ego sum a sanguine iusti huius. Erat officii & cōditionis tuæ nō ad dere afflictionē afflicto/præsertim iusto/si te dolor facit acerbū/in te ipsum pro tua culpa: aut in me insurgere debuisses: quia nocentissimi sumus. Vn̄ iuste qdē nos pœna tenet: nā digna factis tormēta recipimus. I
Q m̄ latrocinātes multos torsimus: ideo iustitia cōmutatiua nos quidē iuste cruce punit. Q ñ pro multis mortibus & crucibus: quæ alios tollerare coegimus/dum eoꝝ bona diripuimus: Vna nos morte cruceqꝫ consumit. Hic aūt nihil mali gessit. Vnde acerbissimus illi fit dolor: quem libens pro nobis pateretur. Et iccirco non tm̄ cōdolere illi deberemus: & flere super nos ꝓpter scelera nostra: ac sup illum pro eius innocentia: sed etiā illi gr̄as agere: qꝫ nostri gr̄a tantas pœnas sponte suscepit: libēsqꝫ substineat: & pro nobis a deo pr̄e ueniā imploret: & corā illo nostrā ignorātiā in excusationē adducat. Cōsortæ pœnæ iam sic admonito dicebat ad Iesum/ut mediatorē dei & hoīum in medio cōstitutū. Memēto mei dn̄e K
dum ueneris in regnū tuū. Regnum illud quod tu dn̄e dixisti/nō eē de hoc mundo corruptibili: regnū pacis & gaudii sempiterni/regnū iustitiæ & ueritatis: regnū quod nō auferet᷑: regnum in quo regnant oēs qui bene deo seruiūt. Dn̄e/cui seruire regnare est/cū ueneris in regnum tuū/iure naturæ quia deus es/tuū per gr̄am in oēs hoīes per te scaturiētē tuū qm̄ tanto labore: prælioqꝫ tā duro illud assequeris. Memēto mei: nō peccatorum quæ gessi: nō latrocinia mea quæso tunc mente reuoluas: Mei qui homo sum: qui gero imaginē patris tui licet impfectam: cuius tu es imago pfectissima: per cōe imaginis cōtuberniū: per aiam rōnalē quam mihi cōcessit pater: & tu de Virgine nascens accæpisti: per humanitatem qua mihi es frater. Mei dn̄e memēto. Non grandia peto. Mordet me cōscientia sceleribus fœtida. Introduci postulare confundor ad p̄riam tam fœlicem. Hoiem dignū omni supplicio: ad tā puram & excellentē ciuiū nobilissimoꝝ cōsuetudinem: scelestū & infimæ sortis hoiem introduci petere nō audeo. Scio qꝫ tecū: scio qꝫ cū tuis ciuibus eē nō mœreor. Neqꝫ seruoꝝ tuorū pedisequus ut fiam petere audeo. Scio tam puro: tam sublimi: tam glorioso loco: me recipi non dignū. Ita dn̄e sim saltem in me L

moria tua: pius es & clemẽtissimus. Comis es & neminem aspernaris: si mei memor esse dignaberis: spero aliqñ ad regni tui mãsiunculã aliquã peruenire (qm multas habet & maximas) iubebis admitti & infimis saltem seruulis ascribes. Meretur hoc præcium quod nunc pro me soluis. Tanti tibi cõstat salus mea: ut me spernere: & a regno tuo ppetuo excludere non debeas. Modo de tua mente non excidam: qd' supplex oro ne fiat. Neq3.n. solertiam tuã decet eorũ obliuisci/quos tanto tuo labore: tãtis pœnis: toto sanguine & uita ppria redimis: pſertim eo2 quos in passione socios hr̃e uoluisti. Quantumlibet.n. nobis dñe sit causa diuersa: mors tñ una manet. Existimo dñe non sine magna rõne (cum innocentissimus sis) inter duos nocẽtes crucifigi decreueris. Video ab initio Euã parere Cahim & Abel. Adam inter utrunq3 aio pẽdere: in figuram tui inter nos pẽdentis in cruce. Video alterũ frĩcidam & desperantẽ de ptãte & clementia prĩs tui: qñ post fratricidiũ dicere nõ est ueritus: maior est iniquitas mea q̃ ut ueniam merear. Facit idem collega meus a sinistro latere tuo cruci cõfixus: qui per desperationẽ te blassemat & prẽm. Vt ille figurauit Cahim: me Abel figurantẽ: fac imitari quẽ pfero: qui pius fuit & deo gratũ sacrificiũ obtulit. Assimiler isti dñe/in quo sapientia tua me præfigurauit. Non possum de gregibus uictimas imolare: offero me nudum tecũ in cruce: ubi licet pro meis iniquitatibus iuste suspẽdar: tñ nõ aspnaberis uoluntatẽ: quæ ut iustitiæ satisfaciat: corpus cruciari libenter acceptat. Tu dñe Noæ seruo tuo filios dederas Cham & Iaphet: Cham prĩs nuditatẽ derisit. Cum ille post uindemias labore & uino atq3 sopore ẽguis detectus obdormisset. Facit idẽ qui pẽdet a latere sinistro tuæ maiestatis. Te qui uineã ecclesiam plantasti: qui pro uindemia sanguinẽ in crucis torculari iã expressisti: & charitate nimia inebriatus nudari uoluisti: dirus hic nudus in cruce deridet & blassemat. Assimila me dñe Sem & Iaphet in quibus me pfigurasti. Contego ego nuditatẽ tuam utcunq3 ualeo. Redarguo maledicentẽ tibi: affero tuæ innocentiæ testimonium. Obtineã supplico bñdictionẽ tuã. Tu dñe Abraæ unũ filiũ de ancilla & unum de libera dedisti. Collega meus ancillæ filiũ se gerit. Quia spiritũ habẽs seruitutis/mundaniq3 timoris uicio superatus: cadit a spe/cogitans tantũ præsentia. murmurat ut seruus: & dño maledicit. Ego libẽs filius esse pro uiribus studeo. Nolo esse filius sinagogæ fugitiuæ: & rebellis ancillæ. Studeo fieri filius ecclesiæ uxoris liberæ: qua libertate tu illã dõas. Hæreditatem petere non audeo: peto memineris mei: sicut meministi Isaac: in quo me figurari uoluisti. Tu dñe Rebeccam ex Isaac concipe fecisti Esau & Iacob: Collega meus tibi est Esau. En aspernatur hæreditatem quã

tem quam ille pro lentis edulio posthabuit. En contumax est: & alienigenas ducit uxores: præter patris imperium īfidelitatem & impatientiā/ per quas te blassemat. Sim quæso domine Iacob: sim ecclesiæ mr̄is charissimus filius/eius consilio/eius auxilio/non mea uirtute assequar benedictionem tuam. Tu illam cum dederis/confirma. ꝗ si me per omnia Iacob assimilari nō uis. Neq̃. n. mereor. Si primogenituræ iura in regno tuo assequi non possum: familiæ saltem eius me connumera. non peto hæreditatem quia non sum dignus: peto in hæreditate de me haberi me moriam: ut saltem de micis cadētibus de mensa tua comedere liceat. Memento mei domine dum ueneris in regnū tuum: dum accubabis in mē sa fœlicitatis æternæ/Amen. non utcunq̃/sed certissima & infalibili ueritate/dico promittēs/dico donans tibi ad meam dexteram crucifixo/tibi per fidem figuras de mea cruce cognoscenti. Tibi in Abel figurato/& ut ille recte/pieq̃ sacrificanti/tibi in Sem præsagito/& ut ille reuerēti. i. tibi in Isaac præmonstrato/filii legitimi timorem habenti. i. tibi ut Iacob longanimi & supportanti. Hodie eris mecum in paradiso/intrabis mecum perpetuas æternitates: in quibus omnia præsentia sunt: quibus non est expectatio crastini: neq̃ occasus lucis externæ: sed semper hodie. i. semp præsens sine occasu præteriti: sine sollicita expectatione futuri. i. eris. Adiungit futurum uerbum aduerbio præsentis temporis. Quoniā adhuc in uita mortali ad futura semp intenta pleni ambo erāt angustiis/Quæ paradisum intrare non possunt. neq̃ adhuc erat paradisi ianua reserata mortalibus: sed illam agnus proxime aperire debebat. Ideo dicit/hodie eris quasi dicat: ut primum tu mortalem hanc uitam reliqueris/nascētē ex heri & pendētem ex crastino: hodie semper in præsens eris mecū/qui nunc inter duos peccatores unum reprobum alium pium in uitæ extremo constitutus sum: ut pro peccatoribus & iustis patiar. Mecum/quē figurauit Adam medius inter Cahim & Abel pater utriq̃ atq̃ beneficus: qui sum figuratus in Noe: Qui reprobo & piis filiis liberatis a diluuio æque plātauit uineam: sicut ego per crucem omnes ab inferno libero & illis ecclesiam plāto. In Abraam qui filios habuit de ancilla & libera. Et mihi sunt filii de sinagoga & ecclesia. Eris mecum: Cruces quæ nr̄a corpora detinent/nos faciunt esse sepatos. Vnde nunc pro corporis necessitate simul esse non possumus. Claui me prohibent tecum esse. Funes te detinent a me sepatum. Soluētur ambo hac corporis mole. Remanebūt illa cum crucibus. Spiritus liberi euolabunt. Præcedam te/iter ostendēs aīæ tuæ: illa me sequetur: præstolabor eam in optimo loco in paradiso: ubi me tibi comitem perpetuū exhibebo: illic eris mecum exaltatus sup

P omnem creaturam. Eris & tu incorruptibili lætitia plenus. Videns & amans gloriam meam/Eris in paradiso. Miror ego acutam quorundã tarditatem ingenii: hic cauillantium/uel cauillum soluere credentium. Dicunt hodie fieri promissionem: impleri autem postea. Vt dominus Iesus dicere uoluerit/hodie promitto/Eris autem mecum in paradiso: quando ascendam ad patrem. Nescio ego quis melior paradisus inueniri possit: aut quæri debeat/q̃ simul esse cum domino Iesu Christo iam glorioso & deitatem simul cum humanitate monstrante. Hic latro nõ multo post Iesum: uel saltem eadem die mortalem hanc uitam: & simul pœnas omnes egressus est/dominum Iesum secutus: quem consentaneum est in limbo/sinu ue Abrahæ inuenisse & ab eo non discessisse. Vidit illic alligari draconem: solui patriarcharum animas: omniumq; piorũ iam purgatas. Illum teterrimo carcere claudi captiuum: istas educi de tenebris in libertatem: lugere infernum: exultare paradisum: spoliari

Q abyssos: ditari cœlos. Quare in paradiso die promissa uerissime fuit. In principio dum testamẽtum condidit dominus iesus suis reliquit hæredibus patientiam/Quam quia nouerat non sine magna posse difficultate teneri: in codicillo fructum eius ostendit: ut præmii magnitudo animos extollat: & mentem confirmet in opere. Hodie eris mecum in paradiso/cui dicitur? Latroni. Quare dicitur? Quia patienter sustinet crucem. Dixit enim/nos quidem iuste. Nam factis digna recipimus. Nullum aliud opus egisse legitur aut cogitasse/unde tantum præmii assequi debuerit: nisi q; patienter substinuit pœnam crucis. Iam alias dixerat dominus iesus. In patientia uestra possidebitis animas uestras. Nunc doctrinæ suæ ueritatem apertissime facto monstrauit. Substinete igitur fratres charissimi: in aduersis ne quæso frãgamini. Vigilate ad patienter aduersa ferendo: substinete. Si peccatores estis latro uos admonet. Substinete quoniam iuste patimini. Audite latronem sanctum. Et nos quidem iuste. Nos peccatores iuste affligimur: & ideo patientes esse debemus. Nam factis nostris digna recipimus incommoda: dum qua mensura mensi fuimus: remetitur & nobis. Si iusti estis; substinete nihilominus: quia & iustus iesus mortem acerbissimam pro nobis substinet patienter. Vt qui patientiam hæreditario iure relictam habere non spreuerint: audire mœreãtur cum latrone. Hodie eris mecũ in paradiso.

Tertia codicilli particula.

Stabat



STABat aũt iuxta crucẽ iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophe/& Maria Magdalenæ. Cũ uidisset ergo iesus matrem: & discipulum stãtem: dicit mři suæ. Ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Steterat a principio mater iuxta crucem: prius tñ pro crucifixoribus orare: latroni concrucifixo solacium præstare uoluit dñs iesus: q̃ alloq matrẽ: q̃ illã discipulo: & illi charissimum discipulum commendare. Vt disceremus pro officio publicas utilitates: nostris priuatis rationibus anteferre. Q uando rex noster sapiẽtissimus in mortis articulo constitutus/peccatoribus: iustisq; codicillo prouidit anteq̃ matri. Stabat quippe iuxta crucem: quia iam a pricipio illic fuerat. Si enim superuenisset loquente iesu: nunq̃ euãgelista dixisset: Stabat: sed interea illam superuenisse litteris mandauisset. Stabat autem non a lõge ut plerisq; dixerunt: sed iuxta crucem. Certe si dum crucifigebatur iesus: aut postea q̃ cruci appensus relictus est: aliquid dixisset: fecisset ue uirgo Maria eius liberandi gratia ut quidam non minus stolide q̃ inepte impieq; cõfingunt: Si illam ipsam pœnam prohibere: impedire ue temptasset: si tãtas mœstitiæ notas protulisset: discipulus iesu charissimus: datus ab eo matri in uicem filii: qui illam sociauerat: non ieiuno uerbo pertransiens dixisset: Stabat iuxta crucem iesu mater eius. Poterat dicere: stans iuxta crucem iesu mater eius: supplicabat illum non crucifigi: crucifixum ue deponi cum lachrymis postulabat. Et quoniam non impetrabat: lamẽtabatur: defecit præ dolore. Nõ hoc dixit: sed dixit. Stabat iuxta crucem mater eius. Vt talis matris constantiam & animi magnitudinem declararet. Q uid enim singularis gratiæ præ cæteris matribus: Q uid uirtutis heroicæ: quid animi roboris habuisset: si talia dicere aut facere fuisset aggressa: qualia mulieres dolore superatæ dicunt & faciunt? Certe si uero affectu ad ea prorupisset (ut iam demõstrauimus) excidisset a gratia: incidisset in culpam: & incõstantis animi ac muliebris notam effugere nõ potuisset. Neq; præ cæteris mulieribus bñdicta mansisset. Q ñ aliarum instar fuisset dolore supata. Si uero (quod minus ego crediderim) hos affectus monstrauit exterius: quibus interius non tenebatur: dabitur absurdius & iniuriosius illã contra honorẽ dei pñs & filii & spũs sanctĩ: ac sui met frustra fuisse mentitã. Hæc ne tãtæ reginæ mři oĩum saluatoris

B

possent ipingi: teste Ioāne q uidit astitit: & testimoniū phibuit ueritati. Stetit inq̄ animi plena: plena deuotionis affectu. Stetit indicibilem amoris flammam mente reuoluens qua filius eius ardebat. Ardens & ipsa feruore charitatis: se talem ac tantū filium genuisse examinans: qui tales iniurias libere condonaret: & tam atrociter iniuriantes studiosissime excu-
V saret. Stabat cōsiderans filii sui angustias duras sane & acerbissimas: quibus acerrime materno cruciabatur affectu: & nihilominus pro sua sapiētia: & charitatis incendio considerans utilitatē humano generi inde prouenientem: considerans dei patris & filii sui ac spiritus sancti gloriam inde surgentem: considerans amorem immensum patris & filii ad se ipsam: ad oēs homines liberandos: honorandos: glorificandos: beatificā-
X dosq͂ promptissimum suum filium talia pati cogētem. Si unq̄ alias tūc maxime dixit. Magnificat anima mea dominū. Filius meus qui nō iam dimidium animæ meæ: sed est tota anima mea: magnificat nunc per passionem suam dominum deum patrem suum spōsum meum. Aia mea: meus filius: qui me corpore simul & anima uiuam fecit: qui per has tam duras pœnas: me & omnes progenitores meos liberat a pœna inferni: re
Y parat ad gaudia paradisi. Vere nunc magnificat dominum deum: illum tanta iustitia præditum ostendens: ut proprio filio non parcat: sed mortem durissimam pro iustitia illum subire compellat: tanta clementia ut pro seruis filium tradat: tanta liberalitate & largitate: ut cū potuisset modis innumeris lōge facilius: sine iniuria humanitatis: sine pœna filii: hominum incommodis obuiaret. Maluit tamen filii sanguinem & uitam
Z expendere. Stabat & in se ipsa dicebat: semper exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Expectans per filium meum homines saluari: Quod iam credidi: quod desideraui nunc uideo: ideo exulto dum hinc dolore ac tristitia quasi mater pro tantis mei filii pœnis affligor & stringor. Inde utilitates sequentes has pœnas cogitās: & amore quo genus humanum amplector: quo patrem & sponsum meum: quo filium meū prosequor confortata dilator subito. Ita exulto extra salto: salto extra tristitias & uicissim contristor. Tantus est hic mihi motus contristationis: dum a filii mei pœnis examinandis transeo ad utilitates inde surgentes: q͂ tantā agi
A tationem ferre non possem. Deficerem certe: neq͂ mirum. Si enim acerbus dolor dum nimis stringit sufficit enecare. Si gaudium excellēs (quoniam nimis solet uitales resoluere uires) gaudentes extinguit. Ego in tāto dolore constituta: tantoq͂ gaudio superfusa: exultans inter hæc: nunc incredibili restricta dolore: nunc gaudio indicibili dilatata qūo ferrem?

Sed quia

Sed quia respexit filius meus & dñs meus humilitatem ancillæ suæ:te- nuitatē.s.uiriū meaꝝ:uires præstitit.Vt in tāto dolore & gaudio durare B
sufficerem.Ideo.Ecce.n.certe:ex hoc:eius auxilio:ꝙ constans impauida
imperturbata:sto iuxta crucem filii mei.Q uod nulla unꝙ mater facere
potuisset.Beatam me dicent omnes generationes.Nam ꝙ talem conce- C
perim filium:spiritu sancto factum est:nō opere meo:ꝙ lactauerim:ꝙ
circūtulerim:ꝙ educauerim:ꝙ secuta sim semper/mihi est cōmune cū
matribus multis:ꝙ ad crucē eius steterim sine querela:ꝙ sanguinē eius
uiderim de toto corpore profluentem/neq uocem dederim:ꝙ unicum
filium morientem uiderim:& non sincopizauerim/mihi est singulare
priuilegium:a deo patre/& filio eius:filio meo:& a spū sancto mihi tri-
butū.Q uia uterꝗ cum spiritu sancto.Fecit mihi magna qui potens est D
pater æternus:omnipotens deus.Et sanctum nomen eius.Nō illud the-
tagrāmaton/quod nescii fabulantur:sed filius suus iesus uerbum eius/
ueritas eius:quod illi est nomen sanctum ineffabile & incomprehensibi
le.Fecit mihi magna/magnam.s.animi constantiam:magnam pruden-
tiam:magnam sapiētiam:magnam charitatem:per quæ ego ad crucem
eius sto:cogitans inter magna quæ fecit in me:magnam eius misericor-
diam.Sto igitur & mente reuoluo:ꝙ nunc misericordia eius a progenie E
in progenies omium sæculorum extenditur.Timentibus eum/timore
sancto:cuius rei gratia latro dexter non incōdite dixit ad rebellem & cō
tumacem pœnæ socium.Neꝗ tu times deum?Time eum ut eius mise- F
ricordiam potius experiaris ꝗ iustitiam.Sum & ego de timētium nume
ro:quis.n.te non timeat o fili omnia potens?Tu es brachium dei omni
potentis:tu es uires eius.En aperta brachia tua dulcissime fili:ad tuā po
tentiam declarandam nunc uideo.Aspicite omnes.Fecit potentiā in bra
chio suo dextro:Latronem illic pendētem absoluit a pœnis inferni:do
nanit gaudiis paradisi.Fecit potentiam in brachio suo sinistro:Latronē
illic pendentem superbum contumacē impœnitentē:& illi similes:disp
sit supbos in suppliciū dānatiōis æternæ:mēte:certo ꝓposito:cordis sui:
suæ uoluntatis:uel dispsit superbos mente cordis sui.i.uolūtate animæ G
suæ in supbia obstiatos.Deposuit potētes de sede:malignos spūs:& dra-
conem principem eorum:potentes nequitia:& per tyrannidem oppri-
mentes genus humanum.Filius meus per pœnas quas uideo illum sub
stinere:iam de sede deposuit:mox illos fugabit. Et exultauit humiles
patruum animas in sinu Abraæ illum ardentissimo desiderio postulan- M
tes.Exurienres has animas restitui libertati.Exurientes beatitudine satu
rari a filio meo per has pœnas/repleuit bonis & diuites dimisit inanes:

quando diabolum & infernum tantis opibus: & animarum iustarū the
saurís iniuste diuites/iuste exuit: & penitus inanes dereliquit. Reliquit
etiam diuites inanes: quando animas quæ nullam frugē bonoꝝ operū
attulerant: plenas inanitatibus & inanitionibus iniquitatum reliquit
I in pœnis. Ioseph uenditus a fratribus triginta argenteis/post calumnias
incontinentis & procacis fœminæ: post carcerē Aegypto præficitur: fra-
tres pascit inuidiosos & illis iniuriam cōdonat. Sic ab Israel suo patre su-
scipitur. En Iesus magni Israel non multarum sed cunctarū gentium pa
tris: puer & filius eius secundū diuinitatem/homo purissimus nullo pec
cato maculatus: puer & filius meus secundū humanitatem: per inuidiā
a iuda quem sibi in fratrem asciuerat uenditus: a sinagoga procaci falso
accusatus: a pontificibus in domibus Annæ/& Cayphæ quasi in carcere
asseruatus: & Pilato quasi ismaelitis traditus: a Pilato autē nunc crucifi-
xus: fratres & mūdum famelicum pauit iam antea corpore simul & san
guine proprio. Nunc omnibus iniuriam cōdonauit. Ita suscipiet illum
paulo post pater æternus: sicut suscepit israel puerum: recordatus miseri
cordiæ suæ. Israel super omnia lætatus est: suscipiendo Ioseph/ꝙ ille fra-
tribus condonasset iniuriam: quam ultus non est: neq; filiis impropera-
uit pater. Recordatus nempe misericordiæ sui Ioseph: quem tam arden-
ter amabat: quoniam ille remiserat fratribus iniuriam p̄ uoluit penitus
esse remissam. Ita deus omnipotens magnus israel: recordatus misericor
diæ sui meiq; Ioseph: qui rogans in cruce pro fratribus dixit. Pater igno
sce illis illosq; excusauit/iudeos habuit excusatos: & ueniam præstitit
illis: si modo uoluerint acceptare hoc esse existemus quod meditabatur
stans ad crucem Virgo Maria quādo dicit. Suscepit israel puerū suum:
recordatus misericordiæ suæ. Modum etiā susceptionis enarrat: Sicut lo
K cutus est ad patres nr̄os Abraam & semini eius in sæcula. Ita suscepit eū
sicut locutus est ad patres nostros. Et quomodo locutus est ad patres no
stros o Mater sanctissima/o mater sapientissima/o mater mœstissima: &
inter angustias pro tua sapiētia gaudia cogitans. Locutus est ad Adam.
L Maledicta terra in opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi. Terra iu-
deorum: sinagoga maledicta sua iniquitate quantumlibet bene culta
fuerit a filio meo in opere suo: in laboribus peregrinationum/doctri-
næ & sanitatum spinas in capite eius/tribulos in pedibus & manibus
germinauit. Vnde israel magnus Ioseph puerum suum suscepit: sicut
M locutus est ad patrem primum Adam. Videte spinas in capite/in ma-
nibus/& pedibus tribulos ferreos. Locutus est ad Noe. Cunq; obdu-
xero cœlum nubibus apparebit arcus meus in nubibus/recordaborq;
fœderis

fœderis mei quod pepigi uobiſcum & cum omni anima uiuente: & nõ erunt ultra aquæ diluuii ad delendam uniuerſam carnem. Cum corpus filii mei ſedes dei: uerum cœlum/obductum eſt nubibus paſſionis/cum clauis fixus eſt cruci: apparuit arcus in nubibus: brachia arcuata inter anguſtias uiſa ſunt/unde promittit deus homines nõ ultra diſperdere: qm̃ redempti ſunt pœnis inũdantibus: quas arcus brachiorũ cruci affixorũ reducit in mentem. Suſcepit ergo filium ſuum: puerum ſuum & meũ: ſicut locutus eſt ad Noe. Ad Abraam ãt locutus eſt ita. Tolle filiũ tuum unigenitum quem diligis Iſaac: & uade in terram uiſionis: & offeres eũ ibi in holocauſtũ: ſuper unum montium: quem mõſtrauero tibi. Venit Abraam in montem/Erexit altare/Ligna compoſuit: filium ſuperpoſuit: ut illum imolaret gladium arripuit. Sed prohibitus iugulare filiũ: inuenit arietem quem pro illo obtulit. Et magnus Abraam omnipotens deus: unigenitum filium ſuum Ieſum filium meum/Sicut locutus eſt ad Abraam in figura: duxit in illum ipſum mõtem: ubi altare Abraã dudum erexit. Cruci locum deſignauit/Ligna ſuper altare. i. crucem in loco præparato ſtabiliuit/Compoſuit Iſaac ſuper ligna. i. Chriſtum ſup crucem. Et qm̃ de ſe nata in filio diuinitas/mori non poteſt: humanitatem quam de me ſumpſit/quaſi arietem imolauit. Nõ poterat Iſaac pro peccatis hominum ſatiſfacere. Poterat aũt filius meus/Quia ſic decretũ a deo fuerat per ſuam mortem hominibus ueniã impetrare. Ideo euaſit ille: hic moritur in cruce: odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis. Ex filii mei carnibus oblatis. Quis iſte odor fuit o Virgo ſanctiſſima? odor clementiæ/odor remiſſionis tantæ iniuriæ/odor obedientiæ/odor ſatiſfactionis. Quando per ſuam mortem iuſtitiæ ſatiſfactum eſt. Ita ſuſcepit Iſrael puerum ſuum/ſicut locutus ẽ ad Abraam/& ſemini eius in ſæcula. Primum germen legitimum ſeminis Abrææ fuit Iſaac/Adhuc locutus eſt dñs. Quieſce in terra quam dixero tibi: & peregrinare in ea: eroq; tecum & benedicã tibi. Ego ſum illa terra in qua Iſaac filius meus peregrinatus eſt cum quiete. Nuſq̃ enim quieuit de cœlo deſcẽdens uerbum patris æterni: niſi in uentre meo per nouem menſes. Nam ut primum eſt natus: extuli eum de Bethleem: & in Nazareth domum habitationis ſuæ reportaui. Non multo poſt iudeam cum illo deſerui: Herodis crudelitatem fugiens. Eo mortuo reuerſa ſum cũ filio meo ad terrã natiuitatis meæ: ubi ut adoleuit filius meus ꝓ ſanctimonia: & doctrinæ ueritate odio habitus nuſq̃ ſtetit diu. Quieuit tantum in uentre meo. Impleuit quod dixerat deus ad Iſaac in figura. Quieſce in terra: quam dixero tibi: implebit & paulo poſt in ſepulchro: reconditum lacerum

N O P

corpus. Ero tecum. Fuit deus cũ humana natura filii mei in uentre meo. Erit cum exangui & exanimi corpore in sepulchro/Et benedicam tibi. Spero istud mox futurum. Nõ nocent o iudei uræ blasfemiæ filio meo: benedicet statim illi deus. Quæ sit futura benedictio audite. Tibi enim & semini tuo dabo omnes regiões has/inferas in prædam: medias in tutelam: superas in regni gloriam. In nomine enim domini Iesu mei filii: omne genu flectitur/cœlestium/quia ministri/terrestrium quia redempti: infernorum quia subacti & carcerati. Secundum semen Abraam est Iacob: ad hunc locutus est in uisione deus: quando ostendit illi scalam stantem super terram/& cacumen illius cœlum tangens: Angelosq; dei ascendentes & descendentes per eam/& dominum scalæ inixum. Crux ista in qua meum filium pendentem uideo/scala est cuius cacumen tangit & penetrat cœlos. Per hanc nempe ad summum cœlorum dei tronũ ascenditur. En angelos ascendentes & descendentes per hanc scalam ad filii mei sanguinem colligendum & conseruandum. Gratiæ innumeræ per quas homines in angelos transeunt: a deo patre in homines per filii mei crucem descendunt: homines sine numero per susceptas uirtute crucis gratias ad cœlos ascendunt. En dominum Iesum Christum/dominũ uniuersorum/dominum & filium meum/scalæ innixum per clauos illi adhæret: substentatur in illa. Ergo suscepit illum deus per crucem: sicut locutus est semini Abraam in scalæ uisione quam retuli. Ita stabat iuxta crucem Iesu mater eius: & soror matris eius Maria Cleophe. Post mortẽ Ioachim/cui Anna Mariam matrem domini pepetat: nupsit Anna Cleophæ & ei aliam filiam Mariam nomine peperit Mariæ uirginis sororem uterinam. Maria Cleophe/quã Cleophes genuit ex Anna/& Maria Magdalenæ: hanc notissimum est ex euangelio prius delitiosam fuisse mulierem: postea domini Iesu Christi doctrina pœnitentem: tandem eius discipulam charissimam euasisse. Cum uidisset ergo Iesus matrem: quæ illi mater obstetrix & baiula fuerat: quæ p omnia matris officium in eo educando impleuerat: quæ materno affectu: sed sincero ac solido illum semper amauerat: stantem inconcussam: impauidam imperturbatã: stãtem animi plenam: & attentissime quæ diximus meditãtem (Dominũ enim Iesum Christum qui scrutator est cordium: quid illa meditaret latere non potuit) Dixit matri suæ: mulier ecce filius tuus. Sunt qui dicũt dominum Iesum Virginem matrẽ suam: matris nomine appellare noluisse: ne dolores illi ingeminaret. Sẽtiat quilibet ut libet. Ego existimo sapientissimum iesum sciuisse matrem non excessisse memoria: ut se matrem nõ meminisset: ut si se nominari matrem audiret: imeditatũ aliqd occurreret

occurreret eius animo:unde magis minus ue doleret. Nouerat se unicũ filium a matre amantissimum. Nouerat matrem stare iuxta crucem/ut filiũ tam gloriose certantem/atq̧ uincentem uideret. Nouerat eam plenam gratia:sonis uocum non concuti solitam. Existimo potius pro pietatis officio:illam non matrem/sed mulierẽ appellasse:ne daret crucifixoribus ansas durius aliquid contra illam aggredi. Hac ratione non se indicauit filium sed Ioannem dicens. Ecce filius tuus Ioãnẽ indicans/ T
ut potuit oculorũ nutibus. Deinde dixit discipulo/Ecce mater tua. Sed quo pacto uerũ erat:quod dixit ueritas Ioannem ostendens/Ecce o mulier filius tuus? Et matrem ostendens amato discipulo/Ecce o Ioannes mater tua/Maria enim mater dñi Ioannem nõ peperit:neq̧ illum usq̧ ab ea adoptatum antę hæc uerba scriptura cõmeminit. Afferam hic ego quod sentio saluo semp meliori iudicio. Existimo neq̧ ante hæc domini saluatoris uerba:neq̧ post ea Ioannem fuisse uirginis Mariæ naturalem filium. Non enim uideo necessitatem cur hoc miraculũ ponere debeam/quod prisci sancti patres/accuratissimi euangeliorũ interp̃tes minime posuerunt. Certe adoptiuus filius:uere filius usitata loquendi frequentia/legisq̧ instituto comprobatur. Et auctore Moyse:immo deo:filius quẽ ex mortui uxore genuerat/frater mariti supuiuus:natura erat filius generantis:lege filius prædefuncti. Quod si legis adoptio mortuis dare filios potuit:cur a uiuentibus adoptionem suscipientes:uere filii non dicentur? Neq̧ uero filiationem Ioannis:consecrationi eucharistiæ æq̧perare ita compellimur:ut sicut in eucharistia naturam panis amitti & ueram corporis Christi naturam accedere sacramento fide tenemus. Sic in Ioanne filiationem ad priorem naturalem matrem desiisse:& nouam ad uirginem subintrasse:aut nouam ad uirginem cũ priori/ad matrem propriam mansisse:aut per ueterem naturalem filiationem ad matrem quæ illum pepit factum esse uirginis filium/credere nos oportet. Ad puram nanq̧ relationem motus esse non põt:neq̧ duæ relatiões ex toto consimiles specie possunt esse in eodem. Sed neq̧ una relatio potest in duos terminos tendere. Vt dñs Iesus Christus naturale corpus suum in Eucharistia consecratum ostenderet:statim addidit/quod pro uobis tradetur. Quo omnes intelligerent non esse aliud corpus sub panis specie/q̃ quod futurum erat in cruce. At quando dixit uirgini matri/Ecce V
filius tuus/& Ioanni/Ecce mater tua/nullibi addidit:quod naturalem nobis filiationem ostendere posset/Quinimo Ioannes qui factus est filius:de se ita scribere studuit:ut omnes intelligerẽt adoptione illũ:non natura filiũ eẽ constitutũ. Dicit enim ex illa hora accepit eam discipulus

in suam. Accepit scribere uoluit: nõ transiit: uel est genitus. Accipe actus est uoluntarius. Accepit/quia se per uolũtatem filium adoptiuum constituit. Accepit aũt ioannes ex illa hora: qua magistri & domini sui uolũtatem intellexit/a qua ut pro disciplinæ & amoris merito dissentire non debuit: ita neq3 uoluit. Fuit igitur uera filiatio p adoptionem in Ioanne qui tunc primum adoptionem acceptauit. Quando magistrum suum sic uelle intellexit. Non sic autem uirgo mater domini quoniã erat grã plena/plenaq3 scientia/filii secretum ad passionem præsertim accomodatum latere non decuit. Quoniã consentaneum est Iesum/ante q̃ pateretur matri aperuisse quicquid in cruce suspensus esset acturus. Itaq3 sãcta uirgo iam antea Ioannem in adoptiuum filium acceptauerat. Sicut iam antea dñs Iesus illam facere constituerat & effecerat. Qui nihil egit unquam forte fortuna/præter itentionem: uel per subitam occasionẽ: sed omnia que fecit præsentia habuit anteq̃ fierent. Magna igitur ratione de se ipso dixit euangelista. Ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Non de uirgine. Vt nobis certum relinqueret uirginem sapientissimam non inopinate/ut ille pro temporis ratione se filiũ adoptasse: neq3 ex illa hora dominus Iesus adoptionem instituisse: sed tantum indicasse scienti. Itaq3 ueritas a se non discessit: quando dixit. Ecce filius tuus. Iam enim erat filius adoptatus a uirgine/adoptionem auctorizante ipso uerbo dei filio: qui dixit & facta sunt: mandauit & creata sunt/Qui etiam ab æterno dixit/omnia/ut suis tẽporibus illa consurgerent: & præfinito tempore starent. Ecce filius tuus. Quis iste o fili? Ioannes/qui interpre

X tatur in quo est gratia. Tibi mater Mariæ nomen est quod significat illuminata aut illuminatrix. Quoniam igitur illuminata es pceteris; fide i concussa/do tibi in meo codicillo Ioannem in filium. Vt omnes intelligant ex lumine fidei gratiam sicut adoptatus ab adoptãte foueri. Dum me concepisti/dixit te Gabriel nuncius meus gratia plenam. Vnde nunc per gratiæ plenitudinem inconcussa uides me in tantis pœnis. Quid igit' te dignũ in codicillo meo/de te disponam/nihil magis habeo q̃ gratiam. Pepisti me gratiæ fontem/ecce Ioannes qui nomine gratiam repsẽtat filius tuus erit. ioannes quoq3 te matrẽ habeat/ut uicissim ĩ gratia sta

Y bilitus: illuminetur ad ueritatem fidei certissimæ dignoscendam. Nõ uacant Charissimi ista misterio. Substinete & uigilate mecũ. Vt hæc codicilli pticula ad nos pueniat/ut mulier nr̃a/nr̃a. s. aĩa ioannẽ mœreatur adoptare in filiũ/simus Maria/illumĩemur Maria. n. illumĩata significat. illuminemur ãt fide certissima: hũilitate pfũda: dicẽtes ex corde. Ecce ãcilla dñi fiat mihi secũdũ uerbũ tuũ. ita dicet in suo codicillo nobis redẽptor

noster/o Mulier Maria nomie:o anima fide illuminata/ecce filius tuus ioannes:pro tua fide habeto gratiam meam ut ioannes noster nobis data gratia:nos non deserat:seniles & inanes fabulas deuitemus:ineptas disputationes/& argutias philosophorũ ne sectemur:bonũ est p illa trãsire:sed non in illis persistere. Captiuemus intellectum in obsequium fidei. Studeamus a ioannis nomine non elongari:reliquamus malũ:bono adhæreamus:Simus sobrii & uigilemus.ita plene illumiabimur.ita sortitis nobis animam bonam per gratiam dicet in suo codicillo dñs iesus Christus. Ecce mater mea Maria fide illuminata radio ueritatis æternæ quæ humanam rationem longe supereminent.

Quarta codicilli particula & declaratio eius.



POSTEA sciens iesus.quia omnia cõsumata sunt/ut cõsumaretur scriptura dixit sitio. Vas ergo appositũ erat aceto plenũ illi ergo spõgiam plenam aceto ysopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset iesus acetum dixit/consumatum est. Restabat de passionis opere iplepleri/quod in psalmis erat prophetatum. Dederunt in escam meam fel:& i siti mea potauerunt me aceto. A planta pedis usq ad caput nihil in tactum/nihil non uexatum fuerat nisi palatũ nisi gustus. Et profecto p gustũ consumauit Eua peccatũ. Vt igit̃ repatio nr̃a ruinæ nr̃æ ordini respõderet:uexat̃ ultimo reparator nr̃ in gustu. Sciens itaq iesus quia omnia quæ de illo patriarchæ figuris & enigmatibus ostenderãt/quæ prophetæ nũc aptis/nũc misticis uerbis uaticinati fuerant cõpleta sunt/p̃ter gustus cruciatus extãtes. Sciens qa omnia p quæ sentire dolore poterat cõsumata sũt & exhausta doloribus:ut gustũ cui nulla ppria pœna illata adhuc fuerat/mõstraret doloribus agitatũ/dixit sitio. ultima pœna secũdi Adæ/cõtraria eẽt ultimæ culpæ pthoparẽtũ/dixit sitio. Quis.n.o frẽs i tantis pœnis nõ sit exhaustus? Noctẽ iter derisus & impropia colophos & alapas insomnẽ ducit/mane iudicio sistit̃:ad uaria tribunalia ligatus circũducit̃ festinãter/pressura multitudinis & uestiũ ab Herode sup inductarũ onere icalescit:Coronat̃ in p̃torio durissimis & acutissimis spinis:quarũ pũcturis sãguis acuit̃. Lacerat̃ flagellis unde spiritus uitales exhauriuntur/oneratur cruce/raptim Caluariã ascendere impellitur.illic dum cruci configitur/manus & pędes clauis perforantur. Nec uno tantum ictu nerui dilatantur/penetrantur:seperantur.sed

Z

lacerantur/claui crasitudo semper excrescens/quo magis malleo impulsa descendit in uulnera/& ligno profundius infigit/uexat acerbius. Est quidem durũ gladio manum uno ictu trãffigi/sed gladius planus/& p æqualia ac tersa leniter extensus per solam latitudinem lædit. Clauus cõtra dum infigitur ad quatuor latera undiq; lacerans: dolorem quadrigeminat. Vnus ictus gladii cuiuslibet ue mucronis: uno tempore conquiescit. Malleorum ictus repetiti: ad manus pedesq; ligno solide configendos/quotiens iterantur priorem dolorem antecedentium ictuũ/exasperant: & nouum adducunt. Si longa uigilia: longa frequensq; uia: uerbera/puncturarum dolores/uulnera/lacerationes: amissio sanguinis/figula sitim faciunt/Quanta fuit sitis tua domine Iesu Christe: q sine intermissione hæc omnia passus es. Dolores q calorem in corporibus acuũt: q naturalem uigorem absumunt: dum uel minima cõstrictione uel forti exhalatione/humidum unde nutrimur exhauriunt/uerissimam & ardentissimam sitim tibi adduxerunt clementissime domine deus noster/redemptor noster inter angustias decertantium sitis est pœna acerbissima: & sæpe nondum uulnerati sitiunt ardentissime: qm̃ exercentur acerrime: & a uiolento exercitio sitis semper insurgit. Tu dñe qui tam atrociter impugnaris: exercerisq; tam diu: tam crudeliter laceraris: uulneraris/neq; uinceris: sed per omnia uictor euadis: dum animi plenus ea substinens/superas omnia: non mirũ si magna est sitis tua. Credimus & compatimur tibi domine dum moribundus in cruce dicis. Sitio. Vidit sitim tuam qui plorat in psalmis pœnas tuas. In siti mea potauerũt me aceto/ut hæc scriptura impleretur. i. ut uerã sitim quam p̃sagiuit ꝓpheta tuus te confirmares expertũ sciens tuis pœnis solum esse reliquum aceti potũ felle mirra ue cõmistum dixisti. Sitio. Vas aũt appositum erat aceto plenum. Quia supplicium crucis sitim afferre solebat: ne crucifixi siti laborarent: mos erat afferre unde (Si peterent) sitim extinguerent. Dabatur aũt illis potus gustui delectabilis in pœnæ solacium. Qui mos in morte puniendis nostris etiam temporibus obseruatur: condimentis nanq; mellis aut zuchari/quæ confectiones dicimus ac uinis magis delectantibus/magis ue nutrientibus confortantur: donec ad deponendæ supplicii uiolentia animæ articulum rediguntur. Fiũt hæc ad miserorum solacium: ut mortem æquanimiter uel minus dolenter substineant/Iudei q

B mortem domino Iesu accelerare studebãt: pro uino cõfortante acetum attulerant: quod cadens exterius neruos detectos læderet: ori uero nõ satisfaceret: stomachum post sumptiõem læderet. Ergo rabies iudeorum in uini & liquorum cõfortantiũ uicẽ/uas apposuerat aceto plenũ unde potum

potum sumeret crucifixus: si postulasset. Illi ergo qui eum crucifixerãt: qui carnificiã exercebant. Illi quatuor qui uestes domini iesu inter se diuiserant: spongiam aceto plenam ysopo circũponentes: obtulerunt ori eius: Quod Ioannes hic ysopum scribit: Marcus calamũ dicit: Matheus arundinẽ minime discordat: & Marci cũ Matheo concinnitas in promptu est. Breuis nanq & tenuis arundo etiã hodie calamus dicitur. Ysopus autem licet herbã sonet: capulũ tamen asperforii siue asperforiũ quo aqua conspergimur sæpe significat. Et hæc ipsa instrumẽta quibus aqua bñdicta aspergimur: materno uulgatoq sermone apud multos Italiæ populos ysopus nominatur. Ita Matheus huius instrumenti materiã scribit dicens arundinem: Marcus exprimit quantitatẽ dũ dicit calamũ: Ioannes formã & ministeriũ referens ysopum dicit. Apparet hic manifestissime non fuisse crucẽ tam procerã q̃ incõsulte & scribitur & dicitur: Quãdo breui ysopo. i. arundineo asperforio instar calami tenuis: carnifices spongiã obtulerunt ori eius. Potuissent certe sicut stãtes in terra illũ crucifixerant: suis manibus (si uoluissent) uas unde biberet iesus ori eius admouere. Sed ut sitim magis accẽderent: os tñ madefacere uoluerunt: ut humidũ quidẽ attingeret: sed non ad sacietatẽ acciperet. Calamo aũt apposuerunt spongiã: neq ad os illã manu admouerunt ad contumeliã. Vel fortasse quoniã neq̃ homines crucifixi pœnis exacerbati nonnunq̃ uertebantur in rabiẽ: & admotas manus mordere nitebantur: pro cuius euitatione periculi tractũ erat in consuetudinẽ: nõ uasis sed spongiis potare crucifixos. Cũ ergo accœpisset iesus acetũ: dixit consumatũ est testamentũ & reliquũ mei cõdicilli: cõsumatũ est opus passiõis meæ: Consumatum est opus peregrinationis meæ: consumatũ est & penitus impletum quicquid in uita mortali pro sua redẽptione me factũrũ patriarchæ figuris ænigmatibusq designauerũt: Quicqd prophetæ scripserũt. Sed nonne mori restat? Hoc ego nõ faciã sed patiar. Consumatũ est quicqd pugnãs facere debui: Mors nõ pugna ẽ: sed pugnæ terminus extremus. Sed nunquid latus tuũ lancea aperiendum est? Nunquid deponendus es de cruce? Nunquid es sepeliendus? Erunt hæc in exanimi corpore: hæc ego non sentiam: Consumatũ dixi quicquid sentire: quicquid agere debui in uita mortali: quicquid bellans & impugnans mundus tribulationis inferre debuit & molestiæ: Consumatũ est bellũ: Cõsumatũ est opus redẽptionis hũanæ. Consumatũ est quicqd dare uitã põt hoibus ut saluentur. Quæ si uera sunt apparet (qđ alibi latius disputauimus) sacramẽta ecclesiæ nõ a uulnere lateris accipere efficaciam. Quando ipse salutis auctor: & sacramentorum institutor dixit ante lateris uulnus opus

suum esse consumatum. Sed nõne restabat descensus ad inferos? illic alligari draconem & spoliari: liberari iustorum aias: & de carcere educi: resurgere ascendere: Paraclytum mittere. Quæ omnia sacris in litteris per patriarchas & prophetas præsagita prædictaq́ sunt? Ad uictoriam pertinẽt ista: non ad certamen: præmia sunt hæc pugnæ: non labores. Nõ me manent ista uiatorem & passibilem: sed comprehensorem plenecq́ beatum. Consumatum est opus redimendi. Restat redemptos liberare/componere & beatificare.

De tenebris factis passionis tempore & declaratio earum.

Sexta aũt hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq́
a in horam nonã. Et circa horam nonã clamauit Iesus uoce magna dicens. Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me? Videtur hoc loco inter Ioannem reliquosq́ euangelistas non esse concordia. Quando Matheus Marcus & Lucas concorditer scribunt diem esse obtenebratum ab hora sexta usq́ in horam nonam: & ante sextam Christum ne dũ crucifixũ: sed derisum: blassematũ: aceto & felle in cruce potatum scribunt. Adhuc Marcus dicit aperte. Erat aũt hora tertia & crucifixerũt eum. Ioannes autem hora quasi sexta Iesum dicit adhuc stetisse in prætorio/& Pilatum illum damnare cruci tergiuersantem his uerbis adducit. Erat aũt parasceuæ pascæ hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi aũt clamabant/Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Regem uestrum crucifigam? Responderunt põtifices. Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Tũc ergo tradidit eum illis ut crucifigeretur. Traditus est igitur iuxta Ioannẽ crucifigendus hora quasi sexta/Qua iuxta tres euãgelistas alios/iam pendebat in cruce. Sed si Ioannis sermonem & usum describendi secundum iudeos tẽporis diligenter attendamus: facile concordiam inueniemus. Diuisam habebãt iudei diem.i.lucem solis super terram per quinq́. Primã/tertiam/sextam/nonã & undecimã. Quam diei distributionem paterfamilias operarios mittens in uineam manifestat. Porro cũ duodecim sint horæ diei: p̃sertim uernali equinoctio: quo saluatorem nostrum constat crucifixum/singulas diei particulas horas duas/& duas quintas partes alterius horæ continere necesse est. Et cũ signum tertiæ aduenerit: quod illi succedit sextæ assignare solemus uenienti. Tertiæ nihilominus præteritæ quod sequitur attribuimus nisi ultra dimidium ad sextam fluxerit. Ioannes ergo qui dixit. Erat autem parasceuæ hora quasi sexta/Dum cauillaretur adhuc Pilatus pro liberãdo Iesu non præcise dicit fuisse sextam horam sed quasi sextam.i.ante signi eius aduẽtum. Poterant adhuc superesse duæ horæ: & duæ primæ qnq́

partes

partes horæ alterius ab hora tertia in sextam declinantes/aut paulo plus: paulo ue minus fluxisse: & per illas remanentes duas horas potuit crucifixus esse Iesus/& uere fuit/iudeis omnia per summam celeritatem maturãtibus. Ita cum signũ sextæ aduenisset & in nonam uergeret: dies obscurata est. Q uando ergo dicit Ioannes. Erat aũt parasceuæ pascæ hora quasi sexta/a spacio temporis antecedẽti terminũ siue signum sextæ colligit tempus ut declarauimus tertia.s.in sextã uergẽte. Q ñ aũt Matheus Marcus & Lucas a sexta hora tenebras factas scribunt/tempus signant a spacio sextam horã subsequente. Q uando uero Marcus dicit. Erat autẽ hora tertia & crucifixerunt eũ/sumit tempus succedens a tertia proxime præterita. Ita nulla est dissonantia: si nõ dissona mẽte/& dissoluta/ac torpida/euangelia lecta fuerint. Q uod ne nobis eueniat/substinete & uigilate sigillatim euangelistarũ uerba scrutari: & qua ratione dicuntur diligenter inspicere. Tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã. Nunq̃ tota I terra obscurari.i.omnes partes elementi huius esse sub umbra compertæ sunt. Neq; natura ferre id potest. Cum enim tenebræ sup inducãtur per umbram corporis opaci splendorẽ solis intercipientem/ipsum intercipiens illuminari necesse est. Q uoniã illuminatũ esse aliud esse nõ potest q̃ lumen aut lucem suscipere. Nihil autem ita opacũ est ut umbras tenebrosas possit inducere nisi terra. Q uare quæ alteri terræ parti induxerit K tenebras: illuminata manebit. Miracula uero quæ facit deus q̃uis dum fiunt: præter solitum naturæ ordinẽ fiant: tamen dũ sunt: natura substinẽte: non aũt penitus abhorrente sunt: & ferre nõ sufficiẽte. Licet enim mortuus præter naturæ legẽ restituatur ad pristinã uitã: tñ restitutus naturaliter uiuit. Licet cæcus præter naturæ ordinẽ uisum accipiat: tamẽ illuminatus naturaliter uidet.i.ita uidet sicut naturaliter uisum habẽtes. Ita uiuit resuscitatus: ita operatur: ita uegetat: sentit: intelligit: ut natus. Itaq; licet tenebræ factæ sint dei uirtute: non usu naturæ: & ita sint factæ miraculo: tamen dũ a sexta in nonã durauerunt: stare naturaliter debuerunt. Naturalẽ standi modũ Hieronymus his tenebris assignauit: q: dei L uirtus solis subtraxerit radios. Põt hoc quidẽ facere: sed in aliqua parte illos subtrahet: & in alia multiplicabit. Si enim p uniuersum subtrahat: non est ubi radii naturaliter cõsistere possint. Ita Hieronymus radios solis non ab uniuersa terra: sed a terra iudeæ subtractos scribit. Origenes radios interceptos dicit nubibus opacis. Sed quia sibi cõstat uniuerso elemẽto terræ nubes tã opacas (ut tenebras ubiq; faciãt) obduci nõ posse. Scribit & ipse has nubes super inductas terræ iudeæ. Porro Dyonisius Ariopagita hay tempore uir philosophus & gentilis: qui ad cœli motus

rationem indagandam in Aegypto manebat/regione plana & præceteris sereno ac limpido aere pro raritate pluuiarum gaudente/scribit ad Policarpum has tenebras se uidisse interpositione lunæ inter terrã & solem fuisse formatas. Ita nõ fuerunt hæ tenebræ in sola regiõe iudeæ: sed etiã in Aegypto uicina prouincia. Concordabit facile Hieronymus Origeni radios esse subtractos. Cõcordabit & Dyonisio. Siue.n.nubes siue luna/ solis radios alicubi intercipiat: uere illi terræ parti subtrahuntur/cui sunt intercepti. Neq; obstat q dixerit uirtute diuina subtractos. Q ñ uirtus illa uel nubes tam tetras induxit uel Lunam sic ĩterposuit: ut nulla creata uirtus facere potuisset. Q uæ.n.creata natura nubẽ adducere potuit noctis tenebras die media afferentẽ? Eclypsim uero soli licet natura possit inducere & frequenter inducat/Dyonisius tñ ex multis agnouit a natura hanc nõ fuisse cõfectam: neq; creata uirtute potuisse cõsurgere. Erat enim luna quintadecima.i.soli opposita. In horum uero luminariũ oppositione non solis: sed lunæ eclypsim natura supinducit. Q m̃ lunæ ac soli terra interposita: ad lunã ꝓhibet lumen solis accedere. Facta ergo est uirtute diuina eclypsis ista: hæc ue solis radioꝝ interceptio.i.præter solitum syderũ ordinem. Q ñ eclypsim passus est sol: ubi natura illũ nõ cõstituit eclypsari. Affert Dyonisius & alias rationes: unde cõstat q natura eclypsim hanc inducere non potuit: sed qm̃ astronomicæ sunt/ne astromiam uidear obstentare obmissas facio: cõsultius hic existimans Origenem concordare Dyonisio: ne tanti uiri & de fide catholica tã bñmeritis pugnantia aut nõ bene cõcinentia/de re tã seria dixisse uideatur. Lunã si sol nõ illuminet/lumen hr̃e pcipi nõ posset: qua sola rõne solẽ eclypsare sufficit: illi ad ppendiculã subterposita. Q uod ergo dixit Origenes opacam nubẽ rhetorico stilo: translationeq; pfundꝰ: Lunam intelligi uoluit. Nouit.n.uir philosophus: & in omni ætate reꝝ scientiæ studiosus: nubes non tã densas posse cõpingi/ut præ opacitate tenebras noctis inducant. Hæc si acceptauerimus: cõstabit non uniuersam terrã.i.totũ elemẽtum terræ: sed partẽ eius aliquã in uniuersum fuisse obtenebratã. Itaq; dicunt tres Euangelistæ/a sexta hora usq; in nonã tenebras factas super uniuersam terrã distributio est accõmodata: sed non illimitata. Dixit alibi euangelium. Exiit edictũ a Cæsare Augusto: ut describeretur uniuersus orbis: & tñ Cæsar Augustus nõ uniuerso mundo.i.oibus mũdi partibus impabat. Constat.n.ex historiis Parthos tunc non obedisse Romanis. Sed neq; Caspios montes arma Romanoꝝ superauerunt. Intelligitᵉ

H uniuersus orbis Romani imperii. Ita hic per uniuersam terrã iudeæ tenebras factas debemus accipere. Hæc teste Dyonisio possumus cõfirmare ad Poli-

ad Policarpũ scribente. Dum.n. has diligenter examinat tenebras: inter earum miracula omnimodã uniuersitatẽ minime tacuisset. Ipse etiam in Aegypto cõsistens/per obscurissimas noctis tenebras motum luminariũ sensu oculorũ deprehẽdere nequisset. Sit ergo hic lrãe sensus/a sexta autẽ hora iam signata/usq; ad horã nonã/donec eius signum proxime instaret/tenebræ nigerrimæ/noctis instar obscuræ factæ sunt uirtute diuina/ non naturæ creatæ uigore sup uniuersam terram iudeã. Hunc eẽ lrẽ sensum ex Luca colligere possumus/mox dicẽte. Et obscuratus ẽ sol: qui cũ nunq̃ per uniuersam terrã: sed in uno hemisperio obscurari lege naturæ consueuerit per noctem. Tunc aũt cũ nox nõ esset sed meridies/uniuersum hemisperiũ nõ est penitus obtenebratũ: sed tm̃ ea pars emisperii/ad quã radii solis lunæ interpositu puenire nullatenus potuerũt. Hæc uero fuit iudeæ regio: ubi penitus factæ sunt p uniuersum tenebræ. In Aegypto aũt uel aliis circũstantibus regionibus: nõ penitus tenebræ factæ sũt: sed obnubilatio/ut sæpe cõtingit solis eclypsi: uno loco plus/alio minus opacitatis induci/dũ radii minus magis ue illis ad perpendiculã intercepti sunt/Et de uniuersitate tenebrarum harum dixerimus hactenus.



ET Circa horã nonã clamauit Iesus uoce magna dicens. Deus meus/deus meus/ut quid dereliquisti me? Si dñs noster Iesus Christus desolatus nõ fuit: si a spe: si ab animi uigore non decidit: si certissime sciuit a diuinitate aiam non deserendã: sed cũ corpore uero futurã semper. Si uitã momentaneam deserebat spontaneus: non est consentaneũ q̃ lamẽtãdo dixerit. Deus meus/ deus meus/ut qd dereliquisti me/Quare magnũ hic ego latitare existimo sacramẽtũ/quod certe audire & discere mallem: q̃ oñdere uel docere. Sed qm̃ eo loci pductus sum: ut sine culpa tacere non possim: dicã qd' sentio: quod fortasse non sit a dñi saluatoris intentiõe remotũ. Erat dñs Iesus Christus dei filius & deus uerus: secũda in trinitate persona: Deus cũ patre: deus cum spũ sãcto/Tres simul unus deus: & in ea rõne penitus impartibiles/indiuisibiles/& a se inuicẽ oĩno insepabiles. Et tamen crucẽ patiebatur filius: nõ pater neq; spũs sanctus. M
Quãdo opus redemptionis nostræ susceptum est totũ in persona filii/ tres simul omnia pater filius & spũs sanctus operati sunt. Natiuitatẽ tres simul decreuerunt/Filius natus est solus. Peregrinationẽ: doctrinã: miracula: passionẽ: mortem iminentẽ & inde secutam tres simul operati sũt/

filius pertulit solus. Hoc mysteriũ/ hoc ineffabile sacramentũ/ hoc caligi
nis inaccessibilis secretũ dñs Iesus his uerbis fortasse uoluit inotescere: ut
si illud penitus capere non possumus/ aliqua saltem ex parte cum humi
N litate & cũ tremore discamus. Deus meus/ pater meus. Deus meus spũs
meus sanctus qui mecũ oĩa estis hactenus operati/ ego autẽ solus omnia
sustinui/ ut qd.i.ut scdm quid: scdm rationẽ psonæ/ me dereliquisti a
me seperatus es ad sustinendũ/ Sic ego omnia sustinui. Ita erunt hæc
uerba non pusillanimis sed animi magnitudinẽ ostendẽtis. Qui antea
dixerat consumatũ est oñdens in personali uerbo plures personas efficiẽ
tes. Nunc quis cõsumauerit sustinẽs manifestat. Sustinete hic quæso
uiri optimi/ & uigilate mecũ/ Lance rationis quæ diximus apprehenden
tes/ & uidete quid magis cõgruat. An qui oblatus est quoniã uoluit: qui
potestatem habuit ponendi aĩam suam: & iterum sumẽdi illam: qui scit
animam suã a deo non deseri: cui certum est deum in sepulchro durare
cum corpore/ quasi per lamentũ dicere a deo se relinqui. An p animi ma
gnitudinem: per charitatis ardorem: per obedientiæ studium: per sciẽtiæ
& certitudinis plenitudinem dicere in extremo uitæ mortalis terminos
& recensere per summam: quid trinitas tota pro hominũ salute decreue
rit & effecerit/ Quid sua psona/ quid ipse solus hactenus supportauerit.

De uelo templi scisso & ultima cõmendatione domini Iesu.

T cum hæc diceret uelũ templi (quod refert Lucas) scissum est
in mediũ. Et clamãs Iesus uoce magna ait. Pater in manus tuas
O cõmendo spũm meum. Et hæc dicens expirauit. Templum de
cuius uelo euangelista nunc loquitur: non est quod secũdo instaurauerunt redeuntes de captiuitate iudei/ cum Zorobabel/ adiuuãtibus Ageo
& Zacharia præfectis. Hoc enim secundũ templum quod erat humile
& a magnificentia prioris a Salomone constructi longe deficiens: Hero
des ascalonita primus suæ gẽtis rex iudeorũ de genere Antipatri idumei
P funditus euertit/ & aliud magnificẽtissime erexit: quod Salomonis stru
M cturam (Iosepho hebreo attestãte) uel adæquauit uel superauit. Veli ra
tionem ut habeamus ad plenũ quid de eo sacris in litteris compertũ ha
beam/ hic afferre constitui. In Exodo sic scribitur. Facies & uelũ de Hia
cinto & purpura/ coccoq; bis tincto/ & bisso retorta/ operẽ plumario/ &
pulchra uarietate cõtextum. Quod appendes ante quatuor columnas
de lignis sethim/ quæ quidem deauratæ erunt & habebunt capita aurea:
& bases argẽteas. Inseretur aũt per circulos: intra quos pones archam te
stimonii: quo & sanctuarium & sanctuarii sãcta diuidẽtur. Adhuc eodẽ
libro sic scribitur. Fecit uelũ de Hiacinto & purpura uermiculo ac bisso

retorta

retorta/opere plumario uarium atq; distinctum. Et quatuor columnas de lignis sethim: quas cum capitibus deaurauit/fusis basibus earum argenteis. Fecit & tentoriũ in introitu tabernaculi ex Hiacinto/purpura/uermiculo/bissoq; retorto opere plumario. Adhuc palipo. libro sic legimus. Fecit quoq; uelum ex Hiacinto/purpura/cocco/& bisso/& intexit eis cherubin. Velum igitur templi ab Herode ultimo instaurati cõsentaneum est simile fuisse priori: quod iussu dei Moyses fecerat in deserto: & instar eius Salomon in Hierusalem fecerat. Hoc autem uelum p singula latera uiginti cubitos habuit. Talis nãq; dimẽsionis oraculũ super tabernaculum intimum ædificauit Salomon in templo dei: in quo archam posuit sub duabus cherubin alis eorum opertam. Dictum est aũt uelũ: q eo a frõte uelabatur oraculum siue sanctum sanctorum. Ita uelũ templi. i. cortina quam diximus contexisse tẽpli sanctissima atq; secretissima/Scissum est. Et quæ prius fuerant longo tempore abdita: reserata sunt. Q uando obscura enigmata figurarum: & prophetarũ sensus obstrusi de homine redimendo in sacris litteris traditi/sunt manifeste cõgniti: in Christi morte consumationem accepisse. Et quoniam porta paradisi quod uerum est sanctuarium clausa manebat: neq; quisq̃ ascendere in cœlum poterat: nisi filius hominis uerus/summusq; sacerdos: qui de cœlo descendit: sicut neq; intrabat sancta sanctorum/nisi summus sacerdos solus & in sanguine. Nunc aũt q per Christi passionem ianua paradisi est patefacta/uelum templi scissum est uere: qñ sancta sanctorũ & sanctissimũ deum per filii sui sanguinem adire & cũ illo esse omnibus licet. Q uod ut assequamur/Substinete hic fratres & uigilate mecum: diligentissime attendentes optimi sapientissimiq; præceptoris exemplum. Hic inter ultimũ spũm mortis iam in limine cõstitutus: q̃uis doloribus pœnis & tristitiis sit onustus: dicit tamen. Pater in manus tuas cõmendo spũm meum. Non q commendari deo indigeat cum ipse sit deus: neq; quia spũm suum hominis animam ab alio suscipi ambigebat q̃ a deo: cui est insepabiliter copulata: sed ut ab illo discamus in doloribus cõstituti æquanimiter omnia tollerare: & spiritum in extremo uitæ deo patri cõmendare dicentes Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum: & hæc dicentes expiremus: spiritum reddẽtes datori & redemptori deo: domino patri & patrono & fratri nostro domino Iesu Christo qui pro nr̃a doctrina patri spũm commendans expirauit. Amen.

Q

R



DE RESVRECTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CHORDA SEPTIMA CHRISTIANI DECACORDI.

SIC OPORTEBAT PATI CHRISTVM ET resurgere a mortuis tertia die/Lucæ ultimo. Regē iustitiæ qui suo sanguine deo patri pro nobis omnibus debitū soluit. Qui (ut nudius tertius audiuimus) mortem nostram moriendo destruxit. Et diabolum qui in ligno uicerat/superauit in ligno: qui fortem armatum custodientem adhuc atrium suum: & captiuas illic patrum nostroꝝ animas detinentem/descēdit ad inferos/fudit ꝓfligauit: spoliauit: & alligauit. Propter hæc oīa mortē qu idem durissimam: & sepulchri angustias oportuit experiri: seq̄ triduo apud īferos secundū aīam continere. Oportuit etiam a mortuis resurgere die tertia/ Vt uictoriæ eius triumphus plenus utilitate: plenus gaudio: plenus gloria cūctis innotesceret. Quatenus qui pro eius angustiis passionis: & pro culpis nostris/passioni eius causam dātibus/cū eo tristati sumus/pro resuscitato lætaremur & bene speraremus. Et sicut ille resurgens iustorū animas de inferis eduxit ad superos: Ita in illo/& per illum resurgere confidant: qui baptismū tenuerint pœnitentiæ in remissionē peccatoꝝ eius morte firmatū. Fuit hæc resurrectio inferis luctuosa/qn̄ superati & spoliis priuati: æterno & cæco carceri solito arctius alligati sunt. Fuit mūdo medio salutaris/qn̄ hominem illi præsidentem in integrum restituit. Fuit mūdo superiori lætissima/qn̄ regis sui triumphum agnouit impletum. Horū gratia nō incondite sancta mr̄ ecclesia tres dies pro gloria resurrectionis celebrandos instituit: de Christi resurrectione multa gloriosa recensendo. Matris igitur nostræ instituto (debitū ut soluamus resurrectiōis dominicæ) Diffinitionē & seriem aperire cōstitui. Quæ si pie & atente audieritis/spero (sicut uobis aperte iam constat) quoniā sic oportebat pati Christum/ita erit manifestum: quoniam illum oportebat a mortuis resurgere tertia die.

De Resurrectione in genere/& primo quid nomen sonet.

QVid sit resurrectio dn̄i nostri Iesu Christi intelligere uolētes absolutā seu generalē resurrectiōis diffinitionē prius oportet accipe: natura docēte prius nos absolutā & generalē siue cōfusam acq̄rere rerū notitiā: deinde limitatā/certā/specificā/& indiuiduam. Certe si quē de longe ueniētem cernas: illū corpus esse primo iudicabis: nōdum cōstante tibi an ipse se moueat. Vt uero motū eius agnoueris: aīal dices.

Si iam lineamẽta humani corporis agnoſcas: hoĩem coniectabis: Si fiat propius: Ticii aut Sempronii uidens effigiẽ Semproniũ tandẽ agnoſcis aut Ticiũ. Hanc naturæ ſemitã hoc loco tenẽtes: ſpero abſolutæ reſurectiõis diffinitionẽ cũ fuerimus aſſecuti ad dñi ieſu Christi reſurectionẽ diffiniendã cõmodius accedemus. Reſurectionẽ in uniuerſũ prius ſecũdũ nois appellationẽ: dehinc ſecũdũ rẽ iã diffiniamus. Eſt certe uerbale nomẽ. i. uim uerbi ſecũ portans: ſicut calefactio quæ actũ ſonat: quo calor ab agẽte in rẽ prius nõ calidã mittit̃. Ita ſurectio uim ſonat excitãtẽ/ ſiue ſurgere facientẽ: & ſtare qd' prius minime ſurgebat: neq; ſtabat. Sed qa additũ eſt nomini ſyllaba re: & qd' fuerat ſimplex ſurectio nomẽ: addita re fit cõpoſitũ. Scire uos uelim noĩa: uel uerba ſimplicia qbus additur ſyllaba re in principio: iterationẽ maiori ex parte ſonare. Sic citharẽdo modulari cithara muſicũ qd incipiẽte: & pficiẽte ſonare: uel ſonuiſſe citharã dicimus. Si illud idẽ moduleť: reſonare uel reſonuiſſe cõfirmabimus. Si aliqd quouis loco recte poſuerimus: poſuiſſe dicemus. Amotũ uero & iterũ illic p nos poſitũ: repoſuiſſe cõfirmabimus. Q d' prio uidemus: qd' primo legimus: uidere uel legere nos credimus. Q uæ uiſa iã quæ iã lecta uidemus iterũ: nos reuidere: nos relegere aſſeueramus. Ita qm̃ reſurgere: iterũ eſt ſurgere: reſurectionẽ iteratã ſurectionẽ eſſe iã conſtat. Ipſa nũc ſurectio quid ſignificet inſpiciamus. Surgo q̃uis uſurpatũ ſit: ut ſignificet quaſi ſe erigere: ſe ue leuare: a primæua tñ iſtitutiõe inſonuit: quod mr̃na lingua dicimus binomie: ſurge inſu. Si aqua de terra pdeat labẽs: uere dr̃ ſcaturire. Si uero (ut fit in puteis) pdeat nõ labẽs: ſed intumeſcẽs in ſe: & quaſi aſcendẽs: materna lingua loquẽtes appropriate dicimus: lacqua ſorge. Hoc eſt quod ſurgere in prima ſui rõne ſignificat. Neq;.n. aliud uulgare uerbũ hẽmus cui ſurgo ſurgis æque correſpõdeat. Semina igiť terræ iactata: unde herbæ naſcunť & plantæ dũ p radices germinãt: & ariſtã de terræ uiſceribus ad ſupficiẽ dirigũt: dũ a terra ſe tollunt: germinare ſurgereq; dicunť. Ita ubi fœtus in utero mr̃is uitalia quaſi radices accæpit: Vbi formatũ eſt cor & cerebrũ: ubi cordi & cerebro iſeruiẽtia ſunt digeſta: ubi illis receptacula data ſũt: qbus q̃ſi i diuerſoriis hoĩes ſe recipiũt. Vbi in teſtinis: oſſibus: & neruis quaſi domo continentur: Carne cuteq; quaſi ciuitas muris fulcita ſunt oĩa: cũ primũ uitã accipiũt: animas inde ſurgere dr̃. Si manẽtibus radicibus ariſtã herbarũ: truncũ ue arboris abſcidas: & noua inde ariſta: noua ue uirga futura trũcus aſſurgat: herba arbor ue: quæ in prima germinis apparitiõe ſurrexerat: in ſecũda reſurgere. i. iterũ ſurgere dr̃. Sic animal priori uita: per quam in lucẽ uenerat ſpoliatum iterum uiuere inchoãs: reſurgere uere

dicetur.

dicetur. Hoc est ergo qd' nomē resurectiōis īportat: itē ad uitā surgere.

De hominis resurectione quid sit.

Vnc qd sit resurectio hois: Q m̄ secundū humanitatē Christus resurexisse pdicat' /apiamus. Resurectio hois est dissolutæ cōpaginis: concētusq; membro℞ instauratio ad priorē uitā. Hoc intelligemus mortis rōne pspecta. Tritū est mortē hois eē sepationem aīæ rōnalis ab humano corpore. Sed hæc ipsa sepatio quam mortē dicimus manente cōcentu mēbro℞/corporisq; cōpagine: fieri non pōt: Neq; enī rūpitur uita: nisi prius disturbata fuerit mēbro℞ harmonia. Morientiū gladio uidemus prius mēbra disiungi: sanguinē effundi: & mox dissoluta mēbro℞ cōpage: mortē aduētare. Neq; uero quia corporis ptes simul iunctæ pmaneant: dū morbis uita finit' : iccirco ante mortē cōpages corporis nō dissoluūtur. Humido nāq; deficiēte: aut siccū suffocāte: calido item humidū ac frigidū absumēte: aut ab illis extincto: mors inducitur. Vita igit' quæ sine humo℞ certo tēpamēto: sine fluxu refluxuq; sāguinis per uenas circūducti: sine cōtinua arteria℞ agitatione durare nō pōt: ut primū ista in corpore nō manent: abire cōpellitur. Dico igitur hois resurectionē esse instaurationē cōpaginis membro℞. i. adunationē singulorum membro℞ & oium partiū hois ad uitā facientiū. Neq; tn̄ adunationem tm̄ siue colligationē esse dico: sed concentū quasi armonicū. Vt quæq; pars: quodlibet membrū cuiq; parti cuiq; mēbro coaptet' ad opa uitæ: nō qualiscūq; sed pristinæ. Vt autē sit pristina uita: necesse est pristinū quod uiuificabat'. i. pristinū corpus īsurgere per sua mēbra. Pristinū itē uiuū faciēs. i. pristinā aīam restitui. Q uod ho℞ cōiunctione per armoniā præcedentē cōstat in uita id resurgere dr'. Nō igit' hois corpus: non aīa est: quod primo resurgit. Q uia illud nō est qd' primo decidit. Et moriente hoie aīa nō cadit: Cadit aūt quod primo aīæ simul & corporis unione cōstabat. Hoc aūt est homo. Hō igitur est qui resurgit. Q ñ aia redit ad corpus in quo prius fuerat. Corpus eadē mēbra: eandē cōpagem eundē concentū & armoniā resumēs quā prius habuerat. Hæc declaremus exēplo. Si aromatibus aceto & amigdalis cōtusis atq; cōmixtis quis effecerit cōdimentū: ut uulgo dr' saporē uel salsā: quod illis constat non amigdala est: non aromata: nō acetū: nō illa oia simul unita. Q m̄ si ea cōgesseris in unū neq; per cōtusionē admiscueris: ut singula iā non sint ipsa: cōdimentū nunq̄ efficies. Est igitur cōdimentū siue sapor multorū cōmixtione aliud quoddā resultās singulis: simulq; collectis: suauius gustui: sapidius atq; iocūdius: quod recētiores philosophi tertiā entitatem: Prisci cōpositū nuncupauerūt. Q uā qui negant mea sentētia cō

dimentorum oīum negant expimenta. Si qua nunc arte hæc ipsa simul contusa & incōdimentū conflata dissocient͛:& singula ad suā naturam pristinā reducta pmaneāt:cōdimentū prius ex eorū mixtura surrexerat: decidisse dicemus/hoc ut resurgat necesse est:hæc eadē prius sociata:deinde disiuncta ad eundē cōtusiōis modulū cōuenire.Ita sapor q decide/rat uere resurget.Si alia aromata:Si alia amigdala:aliū ue liquorem:alio pōdere uel mixturæ cōmertio sociaueris:idē sapor redire nō poterit.Ita nisi pristinū corpus:ad pristinā armoniā redactū/& pristina aīa armonico suo priori corpori sociata sit:uera resurectio esse non poterit.

De possibilitate resurectionis.

Scio quid hic te moueat:& a fide resurectionis turbare conetur. Audio ītus te tibi dicere:multos hoies marinæ belluæ:multos feræ terrestres comederūt. Multi item homines ab hominibus in cibum absumpti sunt. Quō isti resurgere poterunt:quoꝝ corpora nusq̄ sunt?Neq; puluis quidē eorum manere uidet͛. Qn̄ in alioꝝ animalium nutrimentum abierūt.Si item comestus ab homine/partes sui corporis sibi resumat:quō qui comederat partes habebit:quas comestus sibi in resurectione deposcet?Alterū aut non resurgere:aut sine suo corpore resurgendo prodire confiteri cōpellimur.Velī ego tibi dare duriorem conditionē:ut si illā euadere nos recta ratio docuerit:ne de resurectione desperes.Nascatur homo tam ferus qui per omnem uitā nisi hominū cadauera non sumat in cibum:ostendo adhuc & hūc:& eos quorum carnes ille comedit posse resurgere. Sed quæso patiēter ausculta:& da deo q̄ ł naturæ negare nō potes.Infantulus nōne augumentatur in dies?& nutrimentum quod sui corporis pars nunq̄ fuerat:nonne pars eius fit singulis diebus?Fit certe. Hic inq̄ infantulus nōne quottidie pdit aliquid pristinæ substantiæ?Certe nisi pderet:nullo nouo egeret nutrimento.Cum igit͛ nouæ partes accedant semp:ueteresq; discedant:fit tandem ut idē corpus idem homo sit:partes non habens quas habuit a principio:& uice earum nouas habens nutrimento sibi conquisitas.Dices remanere substantiæ pristinæ uigorem:ut germē in semine:quo uirtus nutritiua partes aduenientes idem facit esse corpori:quod nutritur. Bene se habet.Vis hæc germinis nonne per singulas germinantis partes diffusa est?Nullam q̄tumlibet minimā partē germinantiū dederis uirtutis germinantis exptem.Quēadmodū & infermentata farinæ massas modici fermenti uigor:uniuersæ massæ uim exhibet fermentandi:fieretq; tota fermētū nisi decoqueretur.Ita uirtus germinatiua q̄tumlibet minima sibi associata omnia:idem faciet esse corpori:quod p illā quasi germen

germen primo surexit. Homo igitur quē cadaueribus hominū semper nutriri iā dedimus: nūqd & ossa uorauit? An & in ossibus nō est uirtus germinatiua? Satis est ossa nō comesta & in hoiem ferū non eē trāslata. Inde pōt deus pristinū corpus instaurare supplēdo aliūde qd' in corporis rōnem transeat. Cadauera adhuc quæ ille comedit: nō in eo oia pmā serunt/digesta.n.sunt ex eis multa & in alias formas abierūt. Non fugit omniscientē deū qua sub forma hæc lateāt. Et quota hoꝝ portio materiæ sufficiat ad germen cadauerū comestoꝝ plenissime nouit. Neqꝫ uero uim germinandi amisit illa materia: Si modo iubeat id fieri deus: cuius uoluntati nulla sufficit creatura resistere. Ita licet p secūdas causas solas: resurrectio fieri non possit: quia germen illud in materia latitans excitare minime sufficiunt: tñ si secūdis causis speciali influxu accedat prima: Si ipsa sola cui omnis obedit creatura uoluerit in remotissimo & de remotissimo puluere pristinū corpus faciet germinare: & aliūde germini supplebit quasi alimento/unde illud sibi super addita secum unū & idē penitus efficiat. Non latet deum puluis eorū/quos bestiæ terræ & marinæ belluæ integros deuorarunt. Hūc puluerem quia bestiæ nō resurgēt) poterit deus adunare: & ad pristinū corpus hominis reformare. Desinet de hoīs resurectione diffidere: qui diligenter inspexerit: & simul psuasū habuerit animas hominū in morte hois non extingui: & pfectius aliqd operari q̄ prius. Quoniā hic corpore corruptibili degrauant'. Nam cū maneant aīæ: quæ formæ hoīum sunt/Corpora uero licet corrūpantur: non tñ transeunt in penitus nihil: qm̄ materia unde sunt/ingenerabilis est & incorruptibilis. Maneat ēt dei oīpotentia: & simul ois scientia: quæ ab initio de materia tā pauca corpus hoīs cōficere potuit & sciuit: & animam illi ifundere sine labore potuit: cur manentē materiā ut prius fuerat reformare: & in corporis eiusdē redigere tempiē: & aīam quā habuerat/quæ semp mansit illi ispirare nō possit? Dices tm̄ in matris utero corpus hoīs posse fabricari. Erras. Primi hoīs corpus i cuius mr̄is utero formatū dabis? Primæ itē matris corpus in mr̄is utero certe formari nō potuit. An tpis accessu ipotens factus est deus? Supra tēpus est. Mutari non pōt. Illi nulla pertranseunt: æternus.n.est. Sicut igitur primos hoīes sine mr̄is utero subito & sola uoluntate pduxit in lucē: ita illos: eorūqꝫ pgeniem uniuersam quā de matrū uteris eē iussit/per solā uolūtatē poterit reformare. Attendamus igit' fratres optimi/& physicis rōnibus/& fidei non solum nostræ: sed multaꝝ gentiū fundamētis. Quæ hoiem aliqñ incœpisse fatentur: & aīas hoīum esse immortales asserūt cōstantissime. Meminerimus materiam primā corruptibiliū oīum eē incorruptibilē.

Y (margin, beside "resistere. Ita licet")
Z (margin, beside "pfectius aliqd")
A (margin, beside "fratres optimi")

Meminerimus ĩ illa oĩum generabilium formas latitare. Meminerimus agens pfectius/pfectiores de illa formas educere: Meminerimus deũ esse omniũ agentiũ primũ atq̧ excellẽtissimũ: & oẽm iccirco agendi rõnẽ cõtinere: & sibi ipsi sufficere de qua materia uoluerit ad oĩa pagendũ. Constabit certe stolidũ esse & absurdũ non assentiri quæ iam cũ natura. i. per secũdas causas ab eo adiutas ille effecit/atq̧ cõfecit: quoꝝ extat ex utraq̧ parte substantia. i. quorũ forma non depiit: quoꝝ semen durat illũ denuo in idẽ illud quod fuerant posse reducere: & ut iterũ reuiuiscant effi cere si libeat. Resurrectio igitur hominis quid sit: & per quid fieri possit: & an illam credere sit cõsentaneum/cum aperte iam constet. Nemo mirer si dixit euãgelista. Sic oportebat pati Christũ: & resurgere a mortuis: q̃ aũt die tertia fieri oportuerit infra dicemus:

Quid sit domini Iesu Christi resurrectio.

B Ed quid sit Christi resurrectio iam dicamus. Desurrexerãt (ut sic dixerim) siue deciderant dñi nostri Iesu Christi serenitas & uenustas faciei per alapas & palmaꝝ cõtusiones: cutis nitor: & cõtinuitas uerberibus lacerata defecerant. Oculoꝝ splẽdor sanguine de capite manante ceciderat. Capitis integritas & maiestas: corona spinea lacerati atq̧ undecunq̧ cõfossi pierat. Manuũ firmitas & pedum clauis pforatoꝝ abierat. Lateris integritas lãcea uulnerati erat dissipata. Carnis mẽbroꝝ iuncturaꝝ/neruorumq̧ cõpaginẽ: dum cruci corpus affigitur: doloris acerbitas dissoluerat & dissipauerat. Humores intimi quibus uita seruatur effuso sanguine tempiem omnẽ amiserãt. Sanguis ipse in cruorem uersus extra uenas/ui uulnerũ fusus fuerat. Desurrexerant hæc oĩa inq̃ atq̧ deciderant: & oĩa ad corporis organici rationẽ attinentia p mortem fuerant penitus dissoluta. Neq̧ uero tantũmodo ista a corpore nobilissimo & pstantissimo: sed a societate quoq̧ diuinitatis & unitate personæ diuinæ desurrexerant atq̧ deciderant. Verũ fuerat ante passionem hæc oĩa cõfirmare de deo/& dei filio. Verũ inq̃ fuerat dicere serenitatem faciei Christi: uigorẽ/nitorem/cõtinuitatem cutis/oculoꝝ splendorẽ/capitis uenustatem/& maiestatẽ. Decorem & robur manuũ & pedum/lateris integritatẽ/carnis membroꝝ/iuncturarũq̧ compaginẽ/neruoꝝ ligaturam & totius corporis uiuacitatẽ/esse diuina: esse unum cũ dei filio anteq̃ pateret. Q̃m inerant corpori diuinitati sociato. Vbi a corpe ista

A per passionis angustias recesserũt: recessit ab eis diuinitatis unio in rõne psonæ: neq̧ eo tpis spacio quo dissociata manserunt: dicere licuit illa dei esse: uel esse cũ deo in una psona: Collapsis istis decidit humanitas saluatoris: desiit Christus eẽ homo. Mortuus. n. est & decidit unitas alæ cum

corpore. Decidit inq̃ illa tertia entitas: de qua supra iam dictum est satis. Interrupta est corporis animæq; societas. Remãsit tñ deitas utriq; aiæ.s. & corpori cõiuncta: Vbi tempus resurrectionis aduenit: laceræ per uulnera uenæ: & lacera flagellis cutis/cõsolidata est. Spinarũ foramina: uulnerum apturæ conclusæ sunt. Remãsit quidẽ quinq; uulnerum spẽs/quã dicimus cicatricẽ/sed nihil lædens: nihil emittens: non debilitans sed decorans. Aliarũ percussionũ aut puncturarum nihil ego legi remãsisse uestigii. His ita solidatis sãguis restitutus est uenis. Pulsare cœperũt arteriæ sanguine fluẽte refluẽteq; p uenas. Ita restituta corporis cõpagine/membrorum concentu atq; decore aïa illa sanctissima/quæ tartara spoliauerat: corpori restituta est. Quo℞ contubernium tertiã illã entitatẽ/Christi.s. humanitatem mox reduxit ad uitã. Quantũ gaudii huic uniõi accesserit/quæ lingua dicere: quis intellectus cape queat? Corpus recupans animam: a qua rectissime semp ad ratiõis lineã moderatum fuerat/tam gloriosam: tanta uictoria exultantẽ: quãto existimas affectum gaudio? Anima corpus ingrediẽs: quod tanta obedientia & concordia illi semp se præbuerat obsequentissimum: cum quo tantas ac tot angustias passa fuerat/lætissime sibi associasse credẽda est. Si passionum socios dulce est consolationem in societate tenere: hoc corpus/hanc animam: tãtorum dolorum: tantarum tristitiarum comites indiuiduos spõtaneos & feruẽtissimos: gloriosos & impassibiles effectos isepabiliter sociari: maioris est gaudi: amplioris est lætitiæ: q̃ mens nostra capere possit. Est igitur resurẽctio domini nostri Iesu Christi: compagum ac cõcentus sui corporis instauratio ad uitam priorem/fœlicem/sempiternam & excellẽtissimam: suimet uirtute & uoluntate confecta. Qualiter intelligẽda sit diffinitio pro attinẽtibus ad rationem generis.i. ad instaurationẽ compagum atq; concentus: ex dictis satis constare non dubito. Additum est in diffinitione: fœlicem ut intelligamus illũ quidem ad meliorẽ: sed non ad diuersam uitã fuisse resuscitatũ. Q̃m ex eadẽ compage: & cõcentu eiusdẽ corporis & eiusdẽ aiæ accessu: nõ nisi eadẽ uita insurgere potuit: melior tñ effecta ẽ. Q̃m quæ prius passibilis fuerat & uiatrix: nũc fœlix euasit & in pria pmansura. Prius tpanea: nunc æterna.i. imppetuũ duratura surexit. Neq; tñ ob hæc fit uita diuersa. Q̃ñ accidẽtia sbæ naturã alterare qdem: sed diuersam efficere nõ sufficiunt. Adhuc q̃m a pphetis: & ab ipso dño iesu Christo ante passionẽ resuscitati: ad priorẽ quidẽ uitã: sed non ad fœlicẽ & pmanẽtẽ resurexerãt: nõ est utrinq; eadẽ penitus resurectiõis rõ. Insup q simul cũ xpo surexerãt: ẽt si illi ad imarcessibilẽ uitã fuerit resuscitati: tñ ppria uirtute hoc efficere: nec ppria uolũtate potuerũt.

Quoniam mere naturaliter patientes: non uoluntarie operãtes resuscitati sunt. Neq; tamen uiolenter resurexerunt: quia non appetebant resurectionis oppositum: sed naturæ motu ad illam ferebãtur accipiendam. At dominus Iesus Christus uirtute propria: non naturali tantum: sed libera & propria uoluntate resurexit. Erat enim animæ eius: erat corpori eius in unitate suppositi sociata diuinitas: quæ corpus ad pristinam harmoniam restituere: & animam organico corpori iterum ĩtromittere potuit & uoluit. Resurectio quoq; iustorum futura in iudicii extremi magni die: hac ipsa rõne resurectioni Christi æquari nõ põt. Licet.n. iustorũ animæ resurgant ad gloriã sempiternã: nõ tñ ut Christus excellẽtissimũ beatitudinis gradũ assecunť. Ille per opationem ĩtellectus & uolũtatis.i. uolẽtes & intelligẽtes deo iungũtur. Christi uero humanitas simul cum deo effecta est una psona. Et sanctæ Virginis uita (si iã illa in corpore resurexit) simul cũ corpore sup choros Angelorum exaltata est. Christi aũt uita exaltata est in summo & excellẽtissimo trinitatis trono. Quoniam corpus eius: humanitas eius: anima eius unam personam & unicam faciunt cum filio dei secunda in trinitate persona.

De ratione unionis naturæ diuinæ cũ humana in dño Iesu Christo.

E resurectiõis Christi diffinitiõe satis nũc pro mea tenuitate dictum existimarẽ: nisi quos ambigere uideo: neq; satis psuasũ hre cognosco: nunc esse & futurã ppetuo dei uerbi hois Christi unam unicãq; psonam: & nihilominus nõ misceri: nõ alterari ullo pacto naturas: sed dei naturã hois fragilitate nõ minui: & naturã hois a diuina maiestate nõ opprimi. Hoc posse fieri exẽplo monstrabimus. Si qs annulus duas gẽmas habuerit quarũ altera plus ualeat q̃ tota mundi pecunia soluere possit: altera decẽ nummis aureis sit uenalis: nõne unus & unicus annulus eritť & gẽma tñ gemmã nullatenus alterabit: sed i uno annulo salua natura utriusq; gẽmæ ambæ conueniẽt: pciosissima nõ cõfundente: sed decorante minus præciosam: neq; inferiori uiolãte pciosissimam aut aliquatenus ĩmutante. Annuli unitas psonalis est rõ. Inextimabilis pcii gẽma est natura diuina. Altera ualẽs decẽ nũmos humana/ Cõnectunť ambæ/ faciẽtes quasi annulũ dñm Iesum Christũ unũ in psona: in quo est principiũ oium creatorũ/creator deus nulla rõne apciabilis. Est ẽt in eo finis oium creaturarũ hõ: creatus post oia: ad cuius obsequiũ creata sũt oia. Hũc annulũ pciosissimũ: cuius gẽmas pro nr̃a salute Christo patiẽte disiũgi oportuerat: nefas erat nõ restitui. Igiť ne tã pciosũ monile penitus depiret/ Sic oportebat dñm Iesũ Christũ pati & resurgere a mortuis: & die tertia resurgeř. Quod mox mõstrare p uiribꝰ ãnitar.

De serie

De serie resurrectionis domini Iesu.

Eriem resurrectionis dñi nostri Iesu Christi/ut pmisimus nunc declarare uoletes instaurationẽ membrorum/cōcentū uenarū/arteriarū pulsum/sanationẽ liuorū/cōsolidationẽ uulnerum:reliqua insup quæ supra numerauimus/licet certo naturæ ordie facta sint: Et quæ quasi fundamēta natura eẽ cōstituit pcesisse. Quæ uero fūdata atq prioribus illis suffulta sunt:posterius accesisse secūdū naturā intelligamus/uno tñ tpe:uno inq momēto pacta oia credamus. Nā si in momēto:in ictu oculi:in nouissima tuba mortui resurgēt/qui nouẽ mēsiū spacio/in utero mris figurati sūt caro:hō dñs Iesus q in uirtute altissimi formatus est subito:cui nō iteruallo tpis rōnalis aīa tributa est:sed mox ut Virgo cōsensit:cū dei filio Virginis uterus hoiem cōcepit:q sine partus doloribus:sine multa tpis mora:natiuitatis tpe uenit ī lucẽ:cuius natiuitati obstetrix non interfuit:nulla muliebris sedulitas intercessit:sed mr ipsa puerpa:obstetrix/nutrix/& baiula fuit. Profecto nō aliter resurgere debuit a mortuis:q in utero/& de utero mris antea surexisset. Seriē igit resurectiōis scdm ordinẽ naturæ/colligere facile fuerit. Secundū tēpus simul oia facta sunt:quæ ad resurgēdi attinent rōnẽ. Multa tñ ante resurectionẽ facta sunt in mortis triduo/quorum durationẽ/successionẽ/rōnẽ ispiciamus. Durauit mortis spaciū.i.dissociata māsit Christi aīa/ab eius sāctissimo corpore:horas circiter quadraginta de tribus diebus accipiētes. Passus est nāq dñs Iesus Christus circa uernū eqnoctiū.i.quo tpe diebus noctes tpis spacio adæquant:hora uero meridiei emisit spiritū. Ita p sex horas añ solis occasum uita fūctus fuerit. Qm̄ eqnoctii tpe:si dies hēt horas.xii.meridies habet sex usq ad occasum. Sepultus est hora cōpletorii.i.ppe solis occasū. Mansit in sepulchro itegrā noctē:sabbatū diē añcedentē:& ipsam sabbati integrā lucē:quæ horas.xxiiii.tpis in se cōcludunt. In aurora dñicam diē præeunte quæ tertia erat a die mortis/resurexit. Aurora fere per duas horas añcedit radiorum solis diffusionē. Ita per decē horas hac die tertia corpus in sepulchro stetisse fatēdū erit. Nūc aūt sex horæ diei mortis &.xxiiii.integræ diei sabbati/triginta cōficiunt. Additæ decē horæ noctis pcedētis lucē tertiā quadragita in summa reddunt. Quadraginta igit p horas ex euāgeliis cōstat māsisse aiam christi a corpore sepatā.s.añ sepulturā circiter sex:sepulto postea corpe.xxxiiii. Cur potissimū quadraginta per horas mortuus māserit:itelliget qui huius numeri figuras in sacris lris fuerit meditatus. Quadraginta diebus aquas diluuii pluit deus sup terram. Quadraginta horis/terræ inferiori diluuiū inundauit:interficiens malignitatē dæmonū/iustas aias emun-

datus & liberãs. Quadraginta diebus Moyses legẽ accepit i Sina. Quadraginta horis Christus inferis & supis legem iposuit. Quadragita diebus unico pane cibatus Helias/puenit ad montem dei Oreb. Christus unus oibus datus in unicũ cibũ/Vna passionis & mortis pœna cibatus: post quadraginta horas/de terræ uisceribus rediit ad lucẽ. Quadragita dies ipse Iesus antea ieiunauerat in deserto: & in fine ieiunii temptatus a Sathanã/illũ rõne cõuicit. Quadraginta horis squallẽtia inferoꝝ pagrare: & a quo tẽptatus ter fuerat: torquẽre triduo: tãdẽq́ꝫ detrũdere uoluit. Sed dices. Dies fuerũt oẽs illi quadragenarii mistici: horæ sunt istæ: non dies: rñdebo ipleri hic oẽs ꝓphetiæ: quæ Messiæ tpa abbreuianda demõstrant. Quõ uerũ esset qđ dicit Daniel/Ebdomadæ abbreuiatæ sũt sup populũ tuũ: & super urbẽ sanctam tuã: ut cõsumet̃ ꝑuaricatio: & finem accipiat peccatũ: & deleatur iniquitas: & adducatur iustitia sempiterna: impleatur uisio & ꝓphetia: & ungatur sanctus sanctoꝝ. Ita/o summe pr̃ Ebdomadæ. i. temporũ spacia redemptionis ipletæ: abbreuiatæ sunt sup
K populũ tuũ sanctorum prĩum aĩas in limbo siue in Abrææ sinu carcerato rum. Nõ. n. decuit tuã misericordiã prætio iã soluto adhuc per quadraginta dies tam tibi charos hoĩes: tot tales ac tantos uiros: a tyranno diutius carceratos detineri: & sup urbem sãctam tuã Hierusalẽ cœlestẽ: cui suos ciues post uictoriã: mox restitui decuit. Satis igit̃ fuerit pro diebus horas dedisse mysterio: ut cõsumetur ꝑuaricatio: peccato originali introducta: qđ factũ est in sinu Abrææ: pr̃ibus inde liberatis: & finẽ accipiat peccatũ. i. reatus ad pœnã dãni: liberatis oibus qui ad pœnã purgatoriã tenebantur. Et deleatur iniquitas: inuita & proterua serpentis antiq: qđ factũ est in inferni ꝓfundo: qñ alligatus est per agnũ draco magnus in abyssi puteo ꝓfundissimo: & adducat̃ iustitia sempiterna: in retributio
L nis gloria bonis: & malis in æterna miseria: & impleat̃ uisio & ꝓphetia quadragena numeri mistica abbreuiatiõe: & ungat̃ sãctus sanctoꝝ. His pactis infra horas quadraginta: ungat̃ inq̃ gloria resurectionis & regni: cui flectatur omne genu. Cur hæ quadraginta horæ de tribus diebus accipiant: intelliget qui tres mundos quos attulimus examinauerit: & qd cuiq́ꝫ mundo passio Christi ꝓfuerit contemplabit̃. Cur autem de prima die sex tantũ horas in noctem declinãtes: hæ quadragita horæ̃ sibi habeant: inde cõsurgit ꝙ senarius numeroꝝ oĩum perfectissimus est: & semp in se numeratus uertitur in se ipsum: & quibuscunq́ꝫ suis partibus æque resultat: ut intelligamus Christi pfectionem quæ se ipsa sola cõcluditur: & semp redit in semet ipsam. Hæ porro horæ q̃uis ad noctem accedãt: nullas tñ continẽt tenebras: ut eo temporis spatio itelligamus saluatorẽ

fuisse in

fuisse in sinu Abrae ad patrum animas liberandas: quae nullis peccatorum tenebris obsitae: sola poena damni detentae illic manebant. Et profecto si rex bello fuderit hostem: expugnauerit ciuitatē: arces & munitiōes obtinuerit: ante oīa captiuos amicos pristinae restituet libertati. Ita rex iustitiae dominus Iesus Christus uictor descendens ad inferos/ sex primas horas: liberandis patriarcharum animabus dedisse non est alienum a ratione sentire. Vigintiquatuor aliae horae secundam diem simul & noctē integram accipiunt. Vt quoniam in purgatorio reseruati: neq; penitus puri: neq; omnino sordibus erāt infecti: per noctem illos ab impuritate purgaret: per diem ad gloriam restauraret. Faciūt hoc magni post uictoriam belli duces: ut optimatibus & amicis a carcere liberatis: mediae plebis homines restituant libertati. Diei tertiae harum de quadraginta horarum spacio decem tantum & ipsae nocturnae cōueniunt. Quoniam in inferno nihil est lucis: nihil est meriti: sordent omnia caligine caeca: horrent ignorantiae & confusiones nocte profunda. Quoniā igitur in profundo inferni ad draconem alligandum hoc tempore anima dñi Iesu se conuertit. Et quia decalogum legis animae desperatae seruare noluerūt: per decem horas eas uoluit intueri liberatorem si uoluissent suū/ ut quā ingratae fuerint inuitae uiderent tot horarum spacio per quot spreta praecepta se libertate indignas effecerunt. Vt primum autem lucis aurora rutilare potuit, tenebras dimisit: & uenit ad lucem: ut cum sole coelesti: supcoelestis sol utriq; mundo luce fulgentissima radiaret. Aptissime igit̄ hae quadraginta horae tribus diebus distributae pro earum distributione succedunt: ut locis in quibus uersatus est rex iustitiae ordinate respondeāt. Talisq; sit horarū distributio atq; successio: qualis locorum & operis est ratio. Neq; minus idoneae tribus diebus eas contineri constituit diuina sapientia: quando in ore duorum uel trium testium stat omne uerbū. Itaq; ut uere mortuus comprobaretur Christus: tribus diebus expertus est mortem. Est hic non praetereundum apud oratores aliud significare tribus diebus q̄ tres dies. Si tres dies scripserit historicus: integras dies oportet intelligi. Si tribus diebus scripserit: satis est trium dierum partes aliquas attigisse. Euangelistae igitur mortis spacium semper dantes ablatiuo: non dies integros: sed de tribus diebus intelligi uoluerunt. Oportebat enim dominum Iesum Christum resurgere die tertia: ut dierum p numerum sufficiens faceret testimoniū. Harū aūt horarum distributio operū magnitudinē idicaret hic nobis ad grām & in futuro ad gloriam.





DE ASCENSIONE DOMINI TRACTATVS CHORDA NONA.

IDENTIBVS ILLIS ELEVATVS EST: ET nubes suscepit illum ab oculis eorum. Actuū.i.Cap. Paulo ante quadraginta dies fratres charissimi quos mater nostra sancta Ecclesia catholica nobis hodie reducit in mentē: dn̄s noster Iesus Christus sua passiōe deuicit infernū & spoliauit. Ianuam salutis ad fœlicitatem in supna Hierusalem possidendā hoībus aperuit. Initio aūt horū quadraginta dierum gaudia resurectionis Christi celebrata sunt: per quā idem ipse dn̄s iesus Christus saluator noster uictorē se mortis ostēdit: & homines a morte posse resurgere certissime cōprobauit: Si modo pie in illo & per illum uiuere uelint: qm̄ non ipse solus ab inferis rediit ad superos: sed secum multa corpora sanctoꝝ.i. multi sanctorum patrū in ꝓprio corpore surexerūt. Nunc uero quod per quadraginta dies ipsius Iesu: secumq; resuscitatoꝝ ueritatem resurectiōis mater ecclesia aptissime comprobauit: quo ducant uestigia sui sponsi: quo illū sequamur nostræ mētis oculos anteponit: narrans inter missaꝝ solénia ꝙ uidentibus illis/qui ab initio secū fuerant: Videntibus illis qui eius præcepta seruabāt: Vidētibus matre eius gloriosissima: sanctisq; mulieribus comitātibus illam: Videntibus apostolis est eleuatus ad cœloꝝ sublimia. Et nubes suscepit eum ab oculis eorū. Huius eleuationis/quā nomine accōmodatissimo ascensionem p̄res nostri dici uoluerunt: sancta mater ecclesia hodie gaudia celebrans: ad lætitiā nos inuitat: simulq; excitat: hanc ipsam ascensionis gloriā celebrare/collaudare/colere: & q̄tū possumus meditari. Q uæ ut pagamus de ascensione saluatoris nr̄i/qui hodie uidētibus illis quos diximus eleuatus est oronem habiturus. Rōnem & lætitiā de illa nascentem narrare constitui: Si prius quid ascensionis nomē importet apuero.

De ascensione in genere & secundū nomen quid illa significet.

Scēdere/sursum est ire. Sed quia pleriq; qd uere sursum sit/qd ue deorsum: aut non uiderunt/aut aduertere noluerūt/uñ multos & magnos in errores prolapsi sūt/Sursum & deorsum qūo se habeant uideamus. Lactantius firmianus uir acutus ingenio: & inter Christianos scriptores eloquentia nemini secundus: terrā ueritus est scribere rotundam.i. æque cœlo circūseptam: ne cœlum nr̄is pedibus oppositum/terram sub se omnino desertā hr̄e/aut antipodes.i. animalia nr̄is sub pedibus cōstituta/pedes pedibus nr̄is oppositos: sibi uero ipsis deorsum caput hn̄tia & sursum pedes posuisse uideretur. Non aduertit hoc

loco uir ingeniosus id esse sursum: qđ est uersus circũferentiam. Id uero deorsum: quod uersus centrũ positum est. Omnia certe quæ ifra nos & centrum terræ locata sunt: nostris pedibus uere subsunt. Q uæ uero ultra cētrũ terræ locum acceperunt: nobis subesse non pñt. Sed quid ita? Q m̃ infimũ uniuersi centrũ est terræ: quod ultimo subest rebus omnibus quæ uel in cute/uel in uisceribus mater terra substentat. Nil uero cũ possit infimo inferius statui: ultra centrum terræ (si qui habitant) q̃uis a nobis remotiores existant/q̃ citra centrũ habitãtes/iferiores tñ citerioribus eẽ non pñt. Q uæ tantũdem ut nos distãt a terræ centro: tã sunt alta q̃ nos. Tãtum.n. circũferentiæ appropinquare ea necesse est: q̃tũ a terræ distant meditullio. Neq; uero caput deorsum & pedes sursum eos ferre possumus affirmare: cũ pedes eo℞ sicut & nostri uersus centrũ siti se moueant. Caput cœlum uersus erectũ maneat. Hæc ut intelligamus: circulum & in eius medio punctũ describi opeprætium existimo. Punctum hunc centrũ credite. Lineam qua circulũ claudimus: circũferentiã existimate. Infimũ huius circuli/punctus est in medio descriptus. Ille nanq; a circuli circũferentia: uñcũq; remotissimus est. Hũc circa punctũ circulũ paruũ describamus: quẽ terrã eẽ imaginemur: & ab eius circũferentia ad maioris circuli circũferentiã/p quadrũ siue crucẽ: tria puncta ad singula latera figuremus. Punctus a singulis lateribus terræ circũferẽtiæ .i. minoris circuli ãbitui ꝓpinquior/erit oium sui lateris infimus. Secundus post illũ erit inferior tertio. Tertius erit supremus ambobus/sub una tñ parte amplissimæ circũferentiæ erit cõstitutus. Cuiuslibet lateris pũcta pspereris/eũ quẽ diximus ordinem inter se penitus seruare uidebis/Sed ad pũcta lateris alterius/secundũ supius uel inferius ea ordinare non poteris. Sunt.n. extra terminos lateris illius/qm̃ ultra centrũ sunt: & singula pũcta lateris unius ad qualibet puncta eiusdẽ ordinis in quouis alio latere compata: æque erunt infera: æque supa. Q uoniã a centro & a circũferẽtia superiori æque distabunt. Q uod hactenus centrum dixi: nunc terrã appellemus. Q uod dixi circũferẽtiam cœlum nominemus. Q uid est nunc ascendere? Est a terra elongari uirtute propria: & cœlo fieri propinquius per motum qui dicitur latio. Sed si aliena uirtute feratur: extolli diceremus id/uel assumi/non ascẽdere. Dicimus leue ascẽdere: quia cẽtrum siue terrã deserit sua uirtute: & circũferentiam siue cœlum quærit. Dixi per motũ qui dicitur latio .i. per successiuam loci nouamq; acquisitionem: quoniã si subito id fieret: non iam ascẽdere sed rapi id/uel mutari foret existimandũ. Q uare ascendere & descendere motũ .i. temporaneam successionem in loci acquisitione secundum sursum uel deorsum

inter

inter Peripateticos semper insonuit. Ita planetæ improprie ascendere uel descendere dicti sunt: quoniã nunq̃ plus minus ue elongantur a centro terræ: neq; a cœlis supioribus magis aut minus appropinquãt. Vtrinq; .n. eos semp æque distãtes esse necesse est. Q uippe qui a pristina circũfe rentia non discedunt: & centrum se mouere non põt. Ad nostrum uero hemisperium tunc ascendere constabit: quando circũferentiæ cœli quæ nostræ terræ imminet: quæ inq̃ nobis est supra caput: accedent. Descen dent cum ab illa incipient elongari. T

De ratione secundum quam dominus iesus ascendit in cœlum.

d Ominus igitur noster Iesus Christus hac die secundum homi nem elongatus a terra: cœlis uero non appropinquans tantum sed illos penetrans pertransiens/ & ad cœlum usq; empireũ sua uirtute perueniens: ac in eius summo/ In solio inq̃ trinitatis ad patris de xteram gloria coronatus residens: uerissime ascendisse prædicatur. Neq; uero quem moueat planetarum orbes & ipsum firmamentũ cœlum ue stellatum corpora esse solida: indiuisibilia penitus: & quæ nulla ex parte disiungi possibile sit. Corpus autem saluatoris cum sit extẽsum/ solida/ continua/ integra & undecunq; conclusa ptransire non posse. Hoc nãq; est illud ipsum corpus: quod uirtute spũs sancti/ in sanctæ Virginis ute ro cõcretum: inde exiuit: uirgine matre integra penitus pmanente. Hoc inq̃ illud est corpus: quod adhuc mortale atq; passibile: super undas ma ris quasi per solidum siccis pedibus ambulauit. Hoc est illud corpus: qd post resurectionẽ suam totiens ad discipulos ingressum est: cœnaculi fo ribus penitus obseratis. Q uod igitur corpus adhuc inglorium/ de mr̃e nascens: matris integritatẽ non uiolauit. Q uod super aquas potuit am bulare: cur iam gloriosum cœlos non potuit penetrare? An quia illi soli diores sunt? Facit hoc minus esse fracturæ periculum: non difficiliorem transitum. Q uando sine diuisione per subtilitatis dotem soliditas ob stare non potuit: & debilitas læsionẽ nullatenus intulit. Certe quod cor pus solida. i. cõtinua/ integra/ & conclusa minus dura/ minus firma per transeundo non frangit: non aperit: non disiungit: solidius trãsiens mi nus uiolare debebit. In harena/ in puluere/ aut in luto sine impressione uestigii qui pedibus incedit/ per lapides aut ferrum ambulans uestigia il lis minus cogetur imprimere. Cum ergo audimus cœlos aperiri/ ne cre damus partem aliquam quasi ostium ab alia parte disiungi. Nullas hñt æthera fores/ integræ sunt: solidæ sũt: semper & undequaq; cõclusæ spe ræ cœlestes/ iustoꝝ aiæ: beati angeli eas pertrãseuntes/ non uiolant/ qm̃ indiuisibiles: sine mole: sine corpore: mere spiritus. i. intellectus & uolũ V X

Y tas existentes corpore detineri prohiberi ue iure non possunt. Q uæ est nunc ianua paradisi: quam ut ingredi possent animæ fidelium Christus per passionem aperuit? Non seræ alicuius relaxatio: non ualuarū dimēsionem habētium apertura. Gratia mera est: qua Deus habiles nos facit ut ad beatitudinis locum accedere ualeamus: ubi se uidendum & amandum uoluit perpetuo ineffabili ratione exhibere. Q uæ est perpetua fœlicitas animæ. Hæc porro animæ fœlicitas corpori cui sociata est anima sic beata: per dotem subtilitatis præstat agente Deo solida pertransire. Ianua igitur quæ aperitur corpori: ut cœlos pertranseat/eadem est quæ & animæ aperitur. Est inq̄ gratia: qua anima ad beatitudinis loca recipitur: qua corpus quatuor beatis dotibus honestatur/de quibus hic dicere nō est locus. Q m̄ ascensionis solēnitas nos hodie uocat ad se.

Ascensionis domini Iesu amplior declaratio.

Edeamus igitur unde discessimus. Aīa redēptoris quæ ut a corv pore per mortem sepata est: mox ex omni pte euasit beatissima: cui nulla amplius pro sua uirtute & merito resistere potuit creatura: mox ut rediit ad pristinum corpus pro laboribus & pœnis transactis illud immortalitate/claritate/agilitate/subtilitateq; uestiuit. Q uid dixi uestiuit? Donauit/contempauit & penitus hæc illi insepabiliter/irreuocabiliterq; in æternum adiunxit: Vt splenderet sine nebula: se ageret quocunq; uellet: sine difficultate: sine tedio: sine labore/& omnia sine resistentia penetraret. Et sicut ipsa anima intelligens intima uiscerum: abscondita abissuum: altissima montiū: non frangit illa nec aperit: nec mutilat. Ita corpus sibi perpetuo sociatum: sine quo esse non uult: per hæc omnia circūducit ad libitum illis neq; resistentibus neq; læsis. Apparet igitur dominum nostrum Iesum Christum uirtute propria ascēdisse in cœlum: quando eius anima beatitudine plena deitati coniuncta corpus
Z cui resurgendo se restituit: de terra substulit & euexit in cœlum. Videre mihi uideor quid hoc loco uos moueat. Dicit intra uos spūs diffidētiæ. Resurgēte dn̄o Iesu Christo reuoluit āgelus lapidē ab ostio monumēti. Cur aīa Christi lapidē nō reuoluit? uel corpori resurgēti ad remouendū uim nō p̄stitit? Fuisset gloriosius eum qui resurgeret aperiꝛ sepulchrū q̄ alienis manibus de aperto prodire. Fuisset adhuc mirabilius: non remoueri a monumento lapidem: & de clauso sepulchro egredi saluatorem: quemadmodum ab initio de uentre clauso uenerat ad homines. Nēpe si per beatitudinem animæ corpus iā subtilitatē accepat: reuolui lapidē nequaq̄ oportebat. Plus est etiā solidissimam & īmensam penetrare spe-

rarum

arum profunditatē: q̄ parui lapidis claustra transcendere. Abscedat procul hinc & aufugiat sciolus diffidentiæ spiritus. Discat humiliter: discat prudenter intellectus nostri tenuitas secreta diuina tractare. Voluit Dei ineffabilis & inobliquabilis sapientia filii sui resurrectiōem ita celebrari: ut non sponte cæcis luce clarius illam liceret intueri. Obstinatis & perfidis amplissimis testimoniis: certissimisq́ probaretur indiciis. Itaq́ angelum a sepulchro iussit magno terræ fragore ac sonitu lapidē remouere: ut natura angelica præstaret suo principi quod par erat obsequiū: essetq́ angelus resurrectionis testis ac index. Omnis quoq́ natura corporea tremore ac terrifico sonitu sentiret & testaretur terribilem resurgentis ab inferis auctoritatem: quam in suis uisceribus exercuerat contra dæmones: & in sui supficie ad exercendum resurgebat cōtra obstinatos peccatores. Certe si angelū custodes sepulchri: lapidem inde dimouere nō cernerēt: dei uirtute resuscitari custoditū: iudeis minime retulissent. Ad hæc si iudei ueriti non sunt confingere magistri corpus subtraxisse discipulos: cū gentiles attestati sunt: angelum non hominem aperuisse sepulchrū: qd auderent quæso nisi constaret quis lapidē reuoluisset? Si uero sepulchro clauso resurexisset: ueriti non fuissent dicere iudei: corpus in sepulchro a uermibus esse consumptum. Ne igitur perfidis ulla daretur tergiuersationis occasio: clauso sepulchro: uel a se ipso apto resurgere noluit dominus Iesus Christus qui angeli mynisterio usus est ad maiestatis obsequium & testimonium ueritatis. Non. n. resurgendo quæsiuit gloriam propriam: sed nostram utilitatem: qui cum in forma dei esset ante sæcula: se ipm statuto tempore exinaniuerat usq́ ad mortem crucis: ad quā de integra matre nasci fuerat consentaneum: qui uenerat lacerata resuere: & solidare confracta. Ratio igitur ascensionis pro nominis significato sic se habet.

De rōne loci unde ascendit dn̄s iesus & de rōne tpis quo ascendit.

n Vnc rōnes reliquas loci: tēporis: & ordinis: attendamus. Locus unde ascēdit dn̄s iesus Christus mons est oliuarū (Luca attestāte) cū dicit. Tūc reuersi sunt Hierosolimā a mōte q uocat᷑ Olìueti: q est iuxta Hierosolimā sabbati hn̄s iter. Magna certe & mystica huius loci ratio est. Ante oīa uiam ad cœlos discipulis ostēdere uolēs iesus: illos ducit in montem: ut ab infimis terrenarū passionum affectibus eleuent mentē. Ducit in montē: ut undequaq́ conspiciant: & p prudentiā nihil agant incaute. Ducit uero in montē olìueti. Olea arbor est pacis & uictoriæ signū: fructus eius misericordiæ lenitatē oñdit. Ita q nascens pacem annunciauerat: qui per uniuersam pregrinationē suā: suos comites A

pacem sectari docuerat: qui moriturus pacem reliquerat: qui moriens uicerat: qui resurgens ad triumphi gloriā opima adduxerat spolia: qui resuscitatus pacem pro sua uictoria proclamauerat: qui per misericordiā suā homines triumphi socios asciuerat: ut nos hæc oīa loci rō commoneret: ascensurus ad triumphum de monte olyueti ascendere uoluit. Ascendit autem quadragesima/post resurectionem die/qui dierū numerus in nouo & ueteri testamēto celeberrimus est. Quēadmodum in sermone de domini pñtatione & resurectione monstrauimus. Habet præterea quater decem. Decē nanq; sunt pcepta: quoꝝ obseruantia salus æterna conquiritur: quæ per quatuor euangelia nos seruare docemur. Per quatuor cardinales uirtutes tenere incipimus. Per tres theologicas grā suffultas in oī uita tenemus: & hæc ipsa uita quatuor tēporū uicibus reuoluta/quasi quarto decalogo oīa gesta hominum complectente conclusa est.

De rōne cōcentus ascensiōis in cruce dñi Iesu ad ascēsionē in cœlum.

Scensiōis ordo/passiōis ordinē q̄ bene imitetur attēdite. Iturus
a ad passionē dominus cum discipulis cœnat/ascensurus manducat cum illis. Lucam audite. Cum mādacasset coram eis/sumēs reliquias dedit eis. Nonne hoc idem fecit in cœna: quam se dixerat desi-
B derio manducare cum illis? Sed in priori cœna edit agnum & azima: in hac partem piscis assi/& fauū mellis. Iam agnus immolatus & resuscitatus erat: unde piscatores hominū fuerant apostoli cōstituti. Fructū ergo suæ passionis insinuans/piscem manducauit mox ascensurus. Pro lactucis quoq; agrestibus pœnitentiam indicantibus: quæ ad purgādam animam necessaria est/agnum manducare uolētibus. Comēdit aūt ascēsurus fauum mellis: qm̄ per ascensionem suam mel & fauus fœlicitatis æternæ appositus est manducandus super mensa sua in regno eius/his q simul cum eo iam de inferis ad superos uenerant: & tunc ad sūmos ascē-
C debant. Sumens porro reliquias dedit eis. Nil prioris afflictionis in domino Iesu Christo remanserat. Sola quinq; uulnera seruauerant cicatricem. Has reliquias sumebat: & dabat eis coram inspiciēdas: ut illū agnoscerent. Vt uero sua beneficia discipulorum memoriæ imprimeret sempiternæ dixit. Hæc sūt uerba quæ locutus sum uobis: cum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi: & prophetis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerēt scripturas/iam completas in agni manducatione. Ita ergo sumens reliquias dedit eis in cœna ascensionis: qui in cœna mortis se integrū dederat mādu candum. In cœna mortis illos multa docuit. In cœna ascēsionis dixit eis. Quoniā sic scriptū est: & sic oportebat Christum pati: & resurgere

a mortuis

a mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remissionē peccatoꝝ in omnes gentes. Peracta cœna mortis iuxta Marcum & Lucam hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Peracta cœna ascēsionis iuxta Lucam: Eduxit eos foras in Bethaniam .i. Bethaniā uersus. D
Nam sic Lucas se ipsum exponit declarans hunc locum: actuū primo capite/ubi dicit apostolos mox celebrata ascensione a monte olueti reuersos eē in Hierusalē. Qui si peruenissēt Bethaniā nō a mōte olueti: sed a Bethania eos scriberet esse reuersos. Sed quoniam hic mons Bethaniam euntibus erat superandus/dixit euāgelista post cibum illos in Bethaniā idest Bethaniam uersus a magistro esse deductos. Et profecto erat cōsentaneum de illo monte Iesum ascendere in cœlum de quo descendit moriturus in cruce: & eo loci apostolos consolatos & confortatos dimittere in quo a desolatis relictus fuerat. Iam uero instante ascensionis hora eleuat manus: quas iminente passione porrexerat alligandas: quas crucifigendas extēderat. Ita qui manibus depressis ac ligatis ducitur ad mortē. qui manibus moritur extēsis: manibus eleuatis pro benedictione & gratiarū actione deuote eleuatis ascendit in cœlū/Luca attestāte/qui quasi in fine euangelii statim ut uersus Bethaniam iter narrauit incœptum/mox addit. Et eleuatis manibus benedixit eis. Et factū est dum benediceret illis/recessit ab eis: & ferebatur in cœlum. Sicq; uidentibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

De ratione obsequii domino iesu Christo ascendenti præstiti.

Habuit insup ascensio dñi admirabilē in obsequio rōnem. Q ñ eleuatus est. Q ñ nubes splēdidissima suscepit illum ab oculis eorum. Licet .n. propria uirtute redemptor noster cœlos ascenderet: attamen honoris grā a sanctis angelis eleuatus est. Qui .n. angelo nunciante uenit in uterū Virginis. Qui nascens gloriæ inexcelsis/& pacis in terra futuræ angelos præcones habuit/donatæ pacis & gloriæ cōsecutæ angelos præcones socios & ministros hr̄e debuit. Cum ergo audis eleuatū: obsequium cogita non auxilium: mynisteriū non fauorē: obedientiam nō ducatum. Nubes insup non sine rōne illū suscepisse describitur: sed lucidam crediderimus illā. Si .n. adhuc mortalis dum uisitatur a patre: dum illi pr̄ uirtutis phibet testimonium nube lucida obumbratur. Quāto magis nūc immortalis ad patrem uadēs/lucida nube debet circūcingi? Non .n. ab Elia tantum & Moyse: sed ab oībus Patriarchis & Prophetis sociatus: Angelorū uniuersis ordinibus circūseptus: Nube igitur lucida non minus q̄ tunc excipi debuit. Descendens præterea ad homines nube susceptus est lucida. Virginis inq̄ carne incontaminata se te- E F

xit. Mysterium incarnationis angelis malis penitus occultans: bonis nõ
penitus manifestans. Vide nunc q̃ bene exitus principio cõcinat. Ascen-
dentem nubes lucida suscepit ab oculis charissimorũ hominum: quem
a descendentem lucida Virginis caro subtraxit ab oculis oĩum angelorũ.
Q uando eius natiuitatis in carne nullus eorum: neq; simul omnes ple-
ne intelligere potuerunt. Legationẽ Gabrielis: consensum Virginis itel-
lexerunt. Viderunt finem. Deum hominem factum agnouerunt. Medi-
um. i. uiam rationem & modum intelligere non sufficiunt. Sic & ascen-
dendi principium apostoli uiderunt: terminum agnouerunt: Medium
& modum nubes lucida eorum oculis itercepit. Magna igitur & inenar-
rabili ratione uidentibus illis dum cœpit ascendere eleuatus est angelo-
rum obsequio. Iam uero eleuatum nubes suscepit eum ab oculis eorũ.
Et de ratione ascensionis hactenus.

De lætitia ascensus siue ascensionis domini iesu Christi.

Scẽsionis nunc lætitiã uideamus: quam in fine euãgelii sui Lu
a cas perstrinxit. Illum audite. Dum bñdiceret illis recessit ab eis:
& ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes regressi sunt Hierusa-
lem cum gaudio magno & erant semper in templo laudantes & benedi
centes deum. Vt magnitudinem huius gaudii plenius intelligamus: cre
G damus imprimis sanctam Mariam uirginem simul cum omnibus suis
sanctis sororibus: domini. s. iesu Christi materteris conuiuio in quo par
tem piscis assi & fauũ mellis pro ultima cœna mãducauit interfuisse: &
cũ apostolis ad montẽ olиueti filiũ suũ ad prẽm ascensurũ sociauisse: ac
eius ascensionem oculis aspexisse corporeis. Hoc nos suadet credere Lu
cas euangelista huius ascensionis scriptor accuratissimus: qui narrãs apo
stolorum de monte Oliueti ascẽsiõe iam celebrata reditũ singulorum
descriptis nominibus ita dicit. Hi omnes erant perseuerantes in oratiõe
cum mulieribus & Maria matre Iesu: & fratribus eius. Perseuerantes hi
sunt qui in aliquo ope iam steterũt & in eo permanent. Cum ergo unde
cim apostolos ab ascensione reuertẽtes cum Maria matre iesu: cum mu-
lieribus & fratribus eius perseuerantes scribit euãgelista: quid sibi uult:
nisi monstrare illos unanimiter interfuisse ascẽsiõis gloriæ contuẽdæ:
qui statim post illam unanimiter perseuerare dicũtur. Certe adorare ora
re est ut alibi scripsimus) Adorantes iuxta euangelii finem regressi sũt:
iuxta uero actuum Apostolorum seriem perseuerantes erant unanimi-
ter in oratiõe: cum mulieribus & imprimis cum Maria matre Iesu: quo-
niam orationis studium in ascensione incœptum: reuersi in ciuitatem
unanimiter prosecuntur. Et quoniam sancta mater domini Iesu plus
erat filio

erat filio suo comes q̃ discipula. Eam post oẽs recenset euãgelista. Q m̃ & memoratu dignissima finẽ apud oratores narratiõibus iponunt. Cũ Maria inquit mr̃e Iesu & fr̃ibus eius. Q uia inter illas mulieres fuit Virgo mater dñi: eius nomẽ nõ subticuit euãgelista. Q uare hic idẽ scribẽs passionis seriẽ/ si inter mulieres sequẽtes Iesũ eũtem ad crucẽ: matrẽ eius agnouisset/ quod hic fecit/ ꝓprio eam noĩe inter comites cõscripsisset.

Benedictionum lætitia.

SEd reuertamur ad ascensionis gaudia. Dũ bñdiceret illis inquit euangelista/ Recessit ab eis. Q uibus eis? Mr̃e imprimis/ materteris/ & Maria Magdalenæ mr̃is suæ cõsociis. Ioanne/ Iacobo fratribus/ Simone & Iuda & alio Iacobo simul fratribus/ & oĩbus secundũ carnẽ cõsobrinis suis/ Petro & reliquis apostolis. Bñdixit imprimis mr̃i suæ. En mr̃ optima corpus quod genuisti/ peperisti/ circũcidisti/ lactasti/ lauisti/ uestisti/ educasti. En corpus filii tui unici/ de tuo purissimo cõcretum sanguine. Nonne uerũ dixit angelus Gabriel: dũ te benedictã dixit in mulieribus: quæ tantis es gratiaꝝ prærogatiuis ornata? Et nũc mater optima/ uerissimũ est de te id Mosaycũ quod dixit Isaac filio suo Iacob. Tu mihi es mater secundum carnem: filia secundum animã. Ecce odor filii mei: spiritus tui quem ipse creaui: sicut odor agri pleni: plenus ager uenter tuus/ qui salutis humano generi uberrimos attulit fructus. Sẽtio mater uirtutum quibus es uestita fragrantiam. Recolo tua de me multa nimis bñmerita: habeo pro his gratias: ago etiam non uerbis/ sed rebus. Seruiant tibi tribus/ populi/ & linguæ. Esto fratrum tuorum/ discipulorum meorum/ quos pro tua humilitate ut fratres colis. Esto inq̃ eorum domina. Et incuruentur coram te filii matris tuæ. Ecclesiæ catholicæ alũni omnes/ te dominam habeant. ꝗ absens tibi ero corpore: mea te nõ torquebit absentia: quando me certissime scies nulla re indigere: omnibus commodis abundare. Tuis honoribus: tuis commodis: tuis beneplacitis obsequentem. Neq; uero diu durabit nostra secundum carnem separatio. Instrues: confortabis: diriges discipulos meos. Et sicut in mea morte tu sola fidei lumen indeficiens: spei inconcussa columna/ charitatis amplissimum domicilium extitisti. Ita post ascensionem meam pro gratiæ plenitudine & beneficentiæ exuberanti uirtute eris perpetuo in omnes mihi fide subiectos fluuius gratiarum/ quo in principio nascentis ecclesiæ/ quasi plantulæ nutrientur animæ iustorum. Cum hæc impleueris: Cum plantationes nostræ fuerint confirmatæ: Cum quæ ego plantaui tu irrigaueris: ueniam ad te: & quomodo nunc me uides ascendere: sic te conducam. Gaude mater optima & fruere fœlicitate quam

I uides in me: quam paulo post senties in te. Vos quoq; matronæ uenera-
biles: sorores matris meæ mihi materteræ/quæ uestris uiris posthabitis/
filios uestros meis obsequiis perpetuo dedicastis: quæ me secutæ estis: &
matrem me sequentẽ semper honorastis: ne credite in uanũ laborauisset
cui & quali homini inseruieritis: cui magistro filios tradideritis: qualem
& cuius filii matrem tãto studio colueritis: dies hodierna uidere uos fa-
ciet. Gustate & uidete mẽte intẽta qm̃ suauis est dñs/& magister uester.
Beatus uir qui sperat in eo. Beatiores uos quæ in fœmineo corpore spẽ
uirilis animi cõtinuistis. Gloria quã paulo post in meo corpore uidebi-
K tis/ꝓ captu urõ uos manet. Tu Magdalena filia mihi charissima: en qua-
les pedes lauisti: abstersisti: unxisti: faciã ne te pigeat laborum tuorũ. In
uasta heremi solitudine contẽplationi uacantẽ non deseram. Pascã illic
te per angelum meũ: cum finis tuæ mortalitatis aduenerit: sicut me an-
gelis comitatũ cœlum uidebis ascendere: te ab eisdem eo faciam cũ glo-
ria sociari. Tu Marta hospes mihi bñficentissima (Quoniã circa multa
pro me semper occupata fuisti) unum quod oĩbus hoĩbus est maxime
necessarium tibi do. Videbis gloriã meam. Et postq̃ multa negocia tuæ
actiuæ uitæ consumaueris: Postq̃ multos nẽrbonensis prouinciæ popu-
los ad me cõuerteris: eiusdem gloriæ te participem faciã: & ad arram ser-
uandæ promissionis: in meo corpore gloriam tibi ascenstionis ostendo.
Vos mei charissimi discipuli nuncii doctrinæ: testes uitæ: coopatores ui-
neæ: & laborũ comites/quoniam pro mea passione turbati estis afflictiq;
mœstitia: pro resurectione cõfortati estis: & spe bona repleti hac mea glo-
riosa ascensione spem uestrã ampliare & solidare cõstitui: ut cum uos in-
uaserit tribulatio/eam æquanimiter tollerare possitis. Iam dixi qui uult
uenire post me abneget semet ipsum & tollat crucem suã & sequat' me:
Vt me sequi possitis/uiam qua ascendo uobis monstrare constitui. Exi-
stimo non tedebit uos hac ingredi. Gloriosa est: plenaq; delitiis: pria ad
quam ducit multo gloriosior/multoq; fœlicior est. Ante uero q̃ ad hãc
peruenire possitis/crux uobis uestra tollenda est: post meq; portanda.
Ego prius uiam doloris: laboris & afflictiõis peragraui. Iactatus sum ua-
riis tempestatibus innumerisq; procellis agitatus/perueni tãdem in por-
L tum optatæ salutis: per hæc conquisite nõ mihi cui natura debet': sed uo-
bis ac reliquis uestra opa sumpturis crucem suam post meq; uẽturis. Tu
Petre quem caput oĩum nominaui: quem in me quasi petra fũdatum:
Petrum dixi: Scito te per crucem secuturũ me. Non debes refugere uica-
rius pro grege saluando/pro tua ipsius gloria/quod pastor pro te/proq;
ouibus omnibus saluandis tulit libens. Reges ecclesiam: Iacobum conso-

brinum meum cõmuni cõsensu apostolorum Hierusalem epum ordinabis. Ipse primus Antiochiæ præsidebis/ & Christianorũ illic nomen tuo ducatu manifestabitur. Romam inde perges: ubi primam epi dignitatem pro tuo merito/ & gloria ciuitatis instituam. Tandem per crucẽ illic uitam mortalẽ amittes: æternam assequeris: Multis bñdictiõibus copiosus. Tu Andrea qm frater es Petri: Postq̃ in Achaia ecclesias cõstitueris/ per crucem me sequeris. Tu Ioannes cõsobrine mihi & corporis integritate simillime: eris bñdictionibus copiosus. Mortuã Drusianam suscitabis in uia: pompa funeris iam elatam: sicut ego filium uiduæ de ciuitate Naim suscitaui. Scribes euangeliũ diuinitatis meæ amplissimũ testimonium: quod tam alto aggredieris inicio: ut totus mundns plene capere non possit: quæ tu parua pagella compinges. Scribes apocalypsim, uelamenta siue prophetias mysteriis secretissimis refertas: quas in Pathmos insula tibi spũs sanctus oñdet. Vbi plura erũt mysteria q̃ uerba. Multi legent: pauci aũt intelligẽt. Neq; tu sine cruce me sequeris. Cruciaberis exilio inter græcos. Inter latinos Romæ feruẽtis olei dolio decoqueris: sed non læderis. Plenus dierũ ephesios in fidei ueritate firmabis. Te ad cœlos deinde ascendere faciam. Te quoq; Iacobe Ioannis frater, copiose a deo benedictiones manent: Vt inter condiscipulos pro discretione ab altero consobrino tuo Alphei & Mariæ filio: Simonis fratre: ac Iudæ: sis maior appellandus. Quoniam prius illo/ disciplinæ meæ es ascriptus Apostolus: Hyspanos conuertes ad fidem: unum ex earum prouinciarum regibus baptizabis: Reuersus in iudeam cum cruce pœnarũ laborumq; tuorum ab Agrippa futuro rege decollaberis. Referentur ossa tua ad Hyspaniam: Tantis bñdictionibus copiosa: ut rex alius Hyspanorum qui tibi uiuo credere noluerit: obediat mortuo: & tua bñdictione baptisma suscipiat. Toto christiano orbe nomẽ tuũ celeberrimũ facio. Innumerabiles multitudines ecclesiã in extremo occidente tibi dicatam: summo deuotionis studio uisitabunt. Te uero Iacobe qui priori Iacobo consobrino nr̃o: meo inq̃ ac tuo: nõ meritis sed uocationis ordine minor es nominãdus. Quoniã post illum ad apostolatũ ascitus es: ut benedictione præuẽtus es meæ cõsanguinitatis: quoniã de sorore matris meæ natus es: Sic te bñdictiõibus facio gloriosum. Es mihi corpore & uirtute q̃ similis. Eris ꝑpterea in ciuitate Hierosolima (quo loci pro humano genere debitũ solui) primus eps: primus oĩum meum corpus & sanguinẽ sub panis: uiniq; speciebus, pro benedictionũ copia cõsecrabis: sumes: cõseruabis: & destribues: hac rõne crucem tuam post me portabis: prædicans quippe nomen meũ in templo de pinnaculo præcipita

M

beris: & fullonis fuste percussus in capite/ p̄ntes ærūnas in æternæ gloriæ fœlicitatem cōmutabis. Tu insuper Simon cōsobrine carissime: Iacobi frater & iudæ: bn̄dictionibus repletus esto perpetuo. Aegypto idolis dedito/ uerum dei cultū & fidē quā te docui p̄dicabis: expugnatis in ea prouincia idolis/ Hierosolimam reuerteris. Iacobo fratri tuo defūctoq; epus sufficieris/ plenus ætate/ annoꝝ centū uiginti forti animo crucē feres: in illa magistro & cōsobrino tuo assimilatus/ spūm reddes deo. Et per hāc ascēsionis gloriā me sequeris. Tu Iuda amboꝝ frater & mihi cōsobrine dulcissime benedictione copiosa uestitus: ubi Persis & Medis euangeliū prædicaueris: apud Armenos cruci tuæ gestādæ finē impones. In Erico per martyrium ad me gloriosus accedes. Tu Philippe fili carissime/ scito benedictionē tuam esse largissimā. Primus oīum coapostolorum gentes ad me cōgregabis/ Eunuchum Candacis reginæ æthiopū instrues/ baptizabis spū sancto. in Azotum delatus/ multis ab erroribus per te reuocatos ad me cōuertes. Per Syriam uiginti annos crucē tuam post me portans prædicabis euāgeliū. Reuersus edesam/ heresim Hebionitarū extingues. De fine uitæ tuæ per septem dies antea certior factus a me/ fratres/ & discipulos hortaberis in bonum/ Lapidibus in cruce cōfectus/ ad me uenies granū purū pœnarum multitudie excussum. Et tu Bartholomee meis esto bn̄dictionibus fertilis/ Licaoniam in sortem prædicatiōis accipies. Indis euangelium ex Matheo interpretaberis: circū portans post me crucem tuam. In Albano maioris Armeniæ ciuitate pro iustitia ab iniqs decoriatus: & caput trūcatus crucē depones: ad gloriā immortalitatis & fœlicitatis æternæ possidendā: Vt me uides ascēdere assumeris a me. Tu adhuc Thoma qui multarū benedictiōum copia digitos misisti in loca clauorū: unde confixus in cruce pependi: Qui lateris cicatricē explorās in corpore meo de mea resurrectione mundū certiorem reddidisti: ueritatem euangelii quam sensibus expertus es prædicabis Parthis: Medis: Persis: Bragmanis. Post hæc adibis supiorem Indiā: tecum portās & tu post me crucem tuā. Cūq; magnaꝝ & illustrium prouinciarū ingentes populos ad Dei ueri cultū adduxeris: ab inuidis tandē pietatis aduersariis uiolenter oppressus: assumeris ad me: laborum tuoꝝ p̄mia in ea gloria recepturus: ad quam mox me uidebis ascendere. Tu Mathee cui multas bn̄dictiones iam contribui: qn̄ a sordido Thelonei questu ad apostolatum asciui te. Nunc te scribam & cancellariū meū cōstituo de tua diligētia & probitate securus. Prædicabis opera & doctrinā meā iudeis frībus tuis. Qm̄ de leuitica stirpe progenitū id agere maxime decet: ut inexcusabiliores sint qui in cæca obstinatione perstantes: fidem meam tenere recusabunt.

sabunt. Recipiet post hæc prædicatiōem tuam Macedonia: & priusq̄ ad Aetiopiam tuæ doctrinæ destinatā transeas/munus quod tibi iniūctum est fideliter exequeris. Scribes euangeliū/uitam & doctrinam continens meam: scribes aūt litteris & sermone iudęo: & ecclesiis a te constitutis legēdum trades: portans semp & tu crucem tuam. Per æthiopiam filium regis Egippi in Nadaber ciuitate regia suscitabis a morte: regem/reginā: & resuscitatum filium baptizabis. Filiam eius Effigeniam uirginē castā mihi consecrabis: Regno quoq̧ uniuerso ad nostram fidem adductoꝗ gladium crucem ferre cessabis. Rex nanq̧ Irtacus Egippo regi succedēs: quoniā Effigeniam illi nubere uetabis: te orantem & genuflexum ante altare ubi me cōsecratum adorabis a tergo incaute gladio transuerberatum: uita mortali priuabit: pro qua a me assequēris æternam fœlicitatē in superna Hierusalem: ad quam nunc me ascendere uidebis. Hæ sunt (ut coniectare licet) benedictiones: quas ascēsurus Iesus dedisse innuit euangelista cum dicit. Et eleuatis manibus suis benedixit eis: & factum est dum benediceret illis recessit ab eis.

Lætitia uisionis.

b Enedictiōe cōpleta: quali gaudio: quali lætitia: hoc sanctorum consortiū iubilasse credendum est. Vidente matre filium tā lætum: tam festiuū: tam gloriosum: tam beneficum. Videntibus materteris nepotem tanta excellentem gloria: illas & filios hr̄e tam charos. Videntibus apostolis oībus: se tam pio: tam sublimi magistro: tā excellenti dn̄o discipulos nō seruos sed amicos esse factos: dum singuli de sua & uicissim oēs de alterutrius & simul oīum benedictione gauderēt: Deq̧ sui dn̄i & magr̄i gloria lætarētur. Vidētibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eū ab oculis eoꝶ corporeis: mētibus īpressit efficacius. Hoc est qđ Dauit spū sancto plenus añ cantauerat. Ascēdit Deus in iubilatione: & dn̄s in uoce tubæ. Iubilare nanq̧ est aī iocunditatē in facie mōstrare: Et a iubare: uel a iuuādo descēdere dr̄. Ita cum animi sincera serenitas faciē lætitiæ iubare cōpleat. Cum animi delectatio per uirtutem delectatum maxime iuuet: Iubilatio esse non debet nisi lætitiæ iubar/animum cōplens & splendens in facie. Cū igitur dn̄s noster Iesus Christus plenus fœlicitate: plenus maiestate: plenus deitate interius: faciē iocūdissimā & indicibili lætitia aīum plenū declarantem mōstraret exterius: Mr̄ in tāta fœlicitate & lætitia uidēs filiū: amitæ nepotē: Ioānes & Iacobus eius fr̄: Alter Iacobus: Simon & Iudas simul fr̄es: cōsobrinum: Petrus & fr̄ eius Andreas: Bartholomęus: Thomas & Mathęus magistrū & dn̄m contuētes: & singuli suas benedictiōes examinātes: pleni sancta lætitia interius

Quid sit iubilare.

illam per faciei hilaritatem apertissime declarabāt. Sic deus & dominus Iesus Christus ascendit iuxta prophetiam in iubilatione: in summa sui/ suorumq; lætitia. Anima complente faciem serenitate/ & illam uenustissime exhilarante. O quale gaudium/ quæ iocunditas/ quanta fœlicitas/ O q̄ inenarrabilis lætitia aspicere matrem faciem filii gloriosam/ Aspicere filium matrem ïenarrabili lætitia plenam/ Reliquas mulieres/ omnes apostolos/ matrem & filium/ magistrum suum uidere tam lætos. Quis non credat illos omnes/ omni fuisse iubilatione plenissimos? Ascēdit ēt dominus in uoce tubæ/ nō cuiuslibet sed angelicæ. Sancti nanq; angeli per suos ordines dispositi/ ut ad regis sui iter honestarent: dum ille eleuatur; tubis uictoriam personare cœperunt. Non aeneis: non argenteis: sed æthereis & spūalibus/ quales līgua carnis exprimere/ cor carneū cogitare non sufficit. Mente omnes Christi triumphos armonia modulatissima concinebāt. Auditi & uisi sunt duo ex ipsis ab apostolis/ ut refert Lucas. Cum enim intuerentur in cœlum euntem illum: ecce duo uiri. i. in aspectu uirili angeli/ astiterunt iuxta illos in uestibus albis puritatem & iocūditatem indicantibus, qui & dixerunt. Viri galilei/ uiri transmigrationis/ transmigrandi in q̄ ad tātam & talem gloriam/ qualem audistis in bn̄dictionibus magistri uestri/ regis nostri. Quid hic statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum: sic ueniet ad iudicādum quemadmodum uidistis eum eunté in cœlum. Hoc est quod angelorū tubæ resonabant. Iesus rex noster qui de morte/ de inferno uictoriam reportauit/ qui mundi inferioris & medii prælia omnia uiriliter decertauit/ cursum consumauit/ fidem seruauit/ occisus & sepultus resurexit. Nunc ascendit in cœlum uidētibus illis matre. s. & discipulis: qui ab initio secuti sunt eum: & lucida nubes suscepit eum ab oculis eorum: cū quibus nos suæ gloriæ ad quam ascendit in iubilatione cohæredes efficiat: per infinita sæcula sæculorum. Amen.


F
V

EPLETI SVNT OMNES SPIRITV SAN-
ctoi & cœperunt loqui uariis linguis: prout spũs san-
r ctus dabat eloqui illis. Non uisum est satis clemẽtiæ
dñi dei nostri filium suum ad homines mitter: quos
docendo ab erroribus reuocaret moriẽdo redimeret:
resurgendo releuaret: ascendendo cõfortaret: & quo
illum secuturi essemus ostenderet. Spiritũ sanctum sibi coæternũ & con
substantialem super homines mittere uoluit qui in linguis igneis se illis
ostenderet: & uirtutem daret: Vnde doctrinã filii fide susceptam tenere
O sine dubio: docere sine formidine: operari sine fatigatione sufficerẽt. Ita
cuius uirtute spũs in utero Virginis dei filius unigenitus uerus deus fa-
ctus est homo perfectus: Eius quoq; beneficio hoĩes effici per adoptio-
nem dei filii meruerunt. Q m̃ spũs sanctus sup apostolos ueniens: sup
singulos eorum sedit & diuini amoris flãma eorum corda succendit: ut
iam deum ex toto corde pamãtes: illi in omnibus & per omnia se se ob-
sequẽtissimos ad mortẽ etiam usq; durissimã exhiberẽt. Linguas quoq;
eorum inaudita repleuit: incredibiliq; facundia. Vnde una lingua: una
uoce personantes: auditoribus q̃tumlibet barbaris: sibiq; inuicẽ loquen
di rõne distantissimis: nõ minus efficaciter q̃ apte suas singulis linguas:
sua idiomata: patrios sermones audiendos: intelligendos: retinendosq;
P tradiderunt. Huius missionis: huius aduẽtus tam admirabilis: tam ope
rosi: tam oportuni gaudia recolẽs sancta mater Ecclesia tres dies celebrã
dos instituit. Q uoniã tres diuinæ personæ hunc aduentum opatæ sũt.
Pater nanq; & filius miserunt spũm sanctũ: qui apostolos cæterosq; cre-
dentes tribus muneribus adornauit. Mentem impleuit agnitione uerita
tis: affectum roborauit ad opera: linguam acuit & contẽperauit: ut apte
apud omnes nationes quæ sub cœlo sunt: laudes dei rudes antea homi-
nes intrepide disertissime & efficacissime personarent. Hoc est quod Lu
Q cas dicit. Repleti sunt omnes spiritu ueritatis secũdũ mentem: sancto. i.
firmo solido & inconcusso proposito affectum roborante: & cœperunt
loqui confidẽter: diserte: efficaciter: prout spiritus sanctus dabat eloqui
illis: scientia & pio affectu iam plenis. Eloqui plus est q̃ loqui. Et profe-
cto spiritus sanctus qui solida ueritas est & inconcussa: qui lux est inde-
ficiens & fons bonitatis: non nisi uerissima optime eos loqui dare debe
bat. Ita Lucas loquentium facundiam: uigorem: maiestatem aperire cõ
stituens: nil habuit quod de eorum ratione loquendi decentius diceret
q̃ eos esse

q̃ eos esse locutos/prout spũs.s.dabat eloqui illis. Nos igitur matris nr̃æ sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ uestigia sequẽtes de huius munẽ ris missione sermonẽ hr̃e decreuimus. Verũ quia de tã grandibus:tamq̃ sublimibus mysteriis:nihil dignum ego dicere uel cogitare:uos capere uel retinere posse certissimũ est:sine ipsius qui missus est auxilio. Illũ ipsum spũm.s.hoc loco nobis adesse deuote supplicabimus dicentes cũ ec T clesia mr̃e nr̃a. Deus qui corda fideliũ sancti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sape:& de eius semp cõsolatione gaudere.

Distributio dicendorum de spiritu sancto secundum nomen.

Epleti sũt omnes spiritu sancto & cœpunt loqui uariis linguis prout spũs sanctus dabat eloqui illis. Promiserat dñs Iesus disci pulis in cœna legali ubi se ipsum dedit in cibũ q̃ pater illis mitteret spiritum.s. Quando dixit. Paraclitus autem spiritus sanctus quem R mittet pater in noĩe meo:ille uos docebit omnia/& suggeret uobis omnia quæcunq̃ dixero uobis:Hodie quod ꝓmiserat est impletũ:qđ nobis ut cõstet quis missus fuerit:& missionis rõnem attẽtis mentibus con tẽplemur. Spũs.s.nomen nõ est unũ/unã tñ rem significare/& hanc ipsam apostolis missam scire uos uelim. Est uero hæc ipsa res tantæ ampli V tudinis/tantæ uirtutis/tanti uigoris/ut uno nomine illam minime possimus exprimere. Sed nũquid pluris est q̃ prima uel q̃ secũda in summa trinitate persona? Minime. Tres.n.diuinæ personæ coæternæ/cõsubstã tiales sibi inuicem sunt & coæquales. Cur igitur non uno nomine illam S tertiam in trinitate psonam:quæ sub ignis & linguæ spẽ hodie se aposto lis demõstrauit appellamus? Sicut dicimus primã prẽm/secundã filiũ? Caritudo noĩum:& linguæ angustia uel potius hebetudo ingenii faciũt hoc. Notum est tres diuinas psonas esse sbam. Pr̃ sbam cũ p̃rnitate signi ficat. Filius sbam in se filiationẽ hñtem sonat. Ita quia substantiã signifi cant hæc nomina cum relatione.s.cum rõne gignẽtis & geniti:ut pater sit deus qui gignit. Filius qui genitus est deus:uno nomine utrũq̃ signi ficamus:singulum suo. Spũm uero sanctũ cũ ab utroq̃ ꝓcedat:nõ geni tura/sed mutua charitate/neutro illoꝶ noĩum possumus appellare. Nõ .n.est pr̃:qm̃ non gignit deum filiũ. Non est filius:quia a deo nõ gigni tur:sed per amorẽ emanat a patre simul & filio. Quoniã uero in creatu ris nihil sic uenit in lucẽ:ut per solam uoluntatem operãtis & naturam sit sba:& inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt̃:nul lũ est adinuentũ unicum nomen:quo tertiam diuinã psonam recte nũ cupare possimus. Vnde quod uno nõ possumus(pluribus utcũq̃ ualemus)noĩbus circũloquimur. Certe si hũc nominemus amorem:qđ illi

nomen maxime conuenit: qm̃ a uoluntate producitur: Amor adiacentem affectum. i. passionem aut actum siue habitum uoluntatis nr̃o idiomate sonat. Illa uero tertia in summa trinitate psona/uere substãtia est. Quare solo amoris nomine illum appellare nequiuimus. Igitur qa nomine indicante substantiã eius: & modũ hñdi illam/oĩno caremus: eius
T uigorem & efficientiam demonstrantes: illũ dicimus spũm sanctũ. Omnis nanq spiritus maxime interest oposum eẽ: uim & motũ ministrare. Quia igitur hæc tertia in summa trinitate persona infiniti uigoris est & operosissima: Qm̃ per uoluntatẽ & ꝑpter bonitatem: quæ illi peculialiter tributa sunt: rerum uniuersitas a deo sumit exordium: & in illũ tendit ut in ultimũ finẽ/opandi uigore spiritus nomen sortita est: bonitate qua conseruat: & in se dirigit quæ creauit dicitur sanctus. Vt plenius ista
R intelligere ualeamus: meminerimus ad creationis opus accessisse potentiam quã patri tribuimus. Sapientiã quã filio designamus. Quibus ut uoluntas accessit: mox conditæ sunt omnes creaturæ. Ita dñi. i. patris oĩpotentis uerbo. i. sapiẽtia quæ filio attributa est: cœli firmati sunt: & spũ oris eius. i. bona uoluntate spiritui eius appropriata: omnis uirtus eorũ
V firmata est: & fulcita perdurat. Neq uero ista differimus quia pr̃ ptãtem habeat: non filius: non spũs. s. Hñt singuli & simul omnes unã penitus eandẽq ptãtem: unã mentem: unam sapientiam: unã uoluntatem: unã bonitatem. Sed ideo pr̃i peculialiter attributa est potestas: qm̃ illũ prin-
Z cipium eẽ agnouimus de suo infinito uigore filium ꝑducentem. Filiũ dicimus sapientiã uel intellectũ: quia per sapientiã pr̃is illũ intelligimus genitum. Spũm. s. uolũtatem ꝑdicamus: quia per dei patris & filii amorem optimũ sane: qui a uoluntate nostro intelligendi usu prodire cõspi
X citur: illum coniectamus esse deum. Et satis forsan fuisset hanc uolitam bonitatem dum se inuicem amant pater & filius: de amore mutuo prodeuntem (ꝑpterea quæ iam diximus) spũm nuncupauisse. Sed qa hoc nomen æquiuocũ est & ĩcertum: additum est in eius nomine sanctus. i. firmus incõmutabilis inconcussus. Nihil spũ (quem naturales philosophi agnouerũt) est mutabilius ut mox apparebit. Ita nequid creatũ aut mutabile hanc de qua loquimur personã audito spũs noĩe: esse crederemus:
Y additum est mox sanctus. Non est ergo spũs uitalis: quẽ medici reposuerunt in corde. Deus. n. penitus incorporeus cor non habet. Ille spiritus mutabilissimus est ut expimur in nobis. Est. n. uigor cordis in eius subtilissima. i. maxime pura humorũ tempatura fũdatus. Qui tãta sem per alteratione rotatur: ut nunq̃ nos cõsistere sinat. Qui facillime læditur & difficillime restauratur. Hic uero spũs quem missum hodie recolimus lædi

mus lædi non poteſt.Mutat omnia:ſed mutari penitus nequit.Spiritus eſt ſanctus.Neq; eſt ſpũs naturalis/qui in epate a phiſicis ſedẽ hrẽ deſcribitur/Vñ per nutrimentũ uita fouet.Hic ſanguinem diffundens p uenas/& quaſi p alueos uenis irrigãs corpus:affectiones uegetabiles ciens: nutriẽdi & uegetãdi deſideria cõfouet.Eſt certe & iſte mutabilis.Q uid enim pueros efficit ludibũdos:adoleſcentes agiles:iuuenes robuſtos:ſeneſcentes cogitabũdos & tardiuſculos:decrepitos tardos/mœſtos/iracũdos & duros:Nempe uariatus ſpũs naturalis in illis:iuxta ſanguinis uariam rõnem uario mõ ſe hñtem.In pueris nimis leuẽ & fumãtẽ.In adoleſcẽtibus aliquãtiſper decoctum qdẽ ſed feruẽtem atq; ſpumantẽ.In iuuenibus quaſi integrã decoctionẽ aſſecutũ ſpuma fumoq; defecatũ:& calore bñ fulcitũ.Vñ cõſiſtentiæ ſtatum hoies aſſecunt.In ſeneſcẽtibus pauliſper amittẽtem calorem.In decrepitis quaſi iam frigidũ atq; cõcretum.Ita dum ſanguis pro rõne coctura/nũc clarior/purior/leuior/calore completior eſt:nunc deficiens:hũc naturalem ſpiritum uariari in nobis expimento probamus/& penitus extigui ſi ſanguis ſuam temperatu ram penitus amiſerit.Nullas uenas/nullum epar/nihil ſãguinis cõtinet deus/qui corporea nulla ratione concludi poteſt.Nullas ergo uiciſſitudines ſentit hic amor mutuus patris omnipotentis & filii ſapientiſſimi. Non ergo eſt ſpiritus naturalis.Sanctus eſt hic quem hodie colimus/& permanẽs ſemper:ille fluxus atq; caducus.Neq; eſt animalis ſpiritus/hic cerebro continetur:& pro illius temperatura ſe ſe exercere experimento monſtratur. Huius eſt ſenſum & motum animantibus immittere.Ita quorum capitis partes melius ſunt diſtributæ:quorum meatus receptaculorum cerebri ſibi inuicem melius correſpondẽt:hi melius ſentire probantur.Hic ſpiritus animalis & ipſe alterabilis eſt:quãdo per fumos officinarum ſpiritus naturalis ad illum aſcendens immutatur.Q uid putas ſoporem in capite/in membris torporem inducere:niſi q fumi a naturalibus membris ſtomaco inq̃ & epate ad caput aſcendentes degrauãt cerebrum:Q uid quæſo eſt aliud ebrietas q̃ fumis uini aſcẽdẽtibus ad cerebrum turbari ſenſus:Q uid mania:Q uid omnis malenconiæ infinita uarietas:niſi cibi & potus fumoſitates ad caput euaporãtes:& modis innumeris cerebrum perturbantes:Neq; caput:neq; cerebrum deo/qui incorporeus eſt poſſumus aſcribere.Amor eius impturbabilis ẽ.nullæ eũ uertigines/nullæ malenconiæ/nullæ maniacæ turbatiões attingũt. Scũs ẽ hic & ĩmutabilis.nõ ergo ẽ aĩalis ſpũs tot mutatiõibus obnoxius. Sed pter hæc tria ſpũs genera animalibus attributa.Q uidam philoſo-

Z A B C

phi spiritum rebus penitus insensatis: & ipsis elementis inesse uoluerũt. Dicunt.n.terræ nascentia suum hr̃e spũm ex elementorum mixtura prodeuntem qui tandem resoluit' in æthera ipsis elementis spũm exhibens. Hoc est quod archimistæ quintam eẽntiam noiant: Dum metalla & mixta omnia resoluũt in elementa & illa in æthera. Dum resoluũt inq̃ mixta in terram: Terram in aquam: Aquam in aerem: Aerem in ignẽ: Ignẽ in æthera ad quĩtam essentiam sua sententia peruenerũt. Hãc illi putant elementorum esse & mixtorum spirituũ: Et eius uirtute metalla ad se in uicem transmutari: sicut naturali spiritu nutrimenta in nutriti substanti
D am conuertuntur. Sed quodlibet quisq; & quãtũlibet his credat modo constet hũc spũm alchimiæ claudi: & uase angusto obstrui: mirisq; repagulis carcerari: igni adiici: uenenis ifici. Miserum & misellum semper ad libertatem anhelare. Vnde sæpe imo semper illum detinẽtes aufugit: & quasi iniquos crudelissimosq; tortores: quos sæpe decipe conatus est fal
E lit tandem. Neq; iniuria quidem. Dolus enim an uirtus quis in hoste requirit? At spiritus qui hodie domini nostri Iesu Christi discipulis missus est: claudi non potest. Girans enim in circuitu per omnia pergit: omnia continet: perficit omnia: necunde fugit: neminem fallit: non tantũ metalla commutat: sed animas mutat & trahit ad se. Mutat iquã semper in melius. Non auferendo naturam pristinam: sed gratiam nouam producendo. Sanctus est & sanctitatis origo. Ita in animas sanctas transferens munera sua: prophetas & ueræ sapientiæ philosophos: amicos dei insti
F tuit: diuidẽs singulis prout uult. Tres quos primo nominauimus: spũs & a sancto spiritu longe distare monstrauimus: substãtia si sunt certis in sedibus collocata: Vt uitalis in corde: naturalis in epate: animalis in capite: Variabiles tamen sunt. Propter quorum uarietatem & incõstantiam non immerito dixit propheta. Spiritus pertransibit in illo & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum. Quoniã quatuor humoribus in hominis corpore assidue cõmutatis spirituũ huiusmodi dispositio semper fluit: & non subsistit unq̃ similis & æqualis sibi. Humoribus autem eisdem penitus perturbatis: corruptis: uel consumptis euanescũt: & locum hi spiritus amittentes: quia non sunt: & ille deficit: cognoscere nullatenus possunt. Hic uero quartus quem elementalem quorũdam opinione ostendimus: si sba sit: ratione caret: & se ipsum secundũ philosophos non sufficit moderari: sed a certa regitur intelligentia: quã illi no
G minant non errantẽ. Quare infœlices alchimistæ ubi omnia in cassum experti sunt fomenta uel potius tormenta: calorũ ignium mensuras: & uenenorum mortiferas uires: nũc ad astrologiã se conuertunt: putantes hunc spiritũ

